



11820347
2-70-47.58



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	41
Numero:	327



2 300 40
GALLE

R. 2441




DE IVDAEIS ET ALIIS INFIDELIBVS

CIRCA CONCERNENTIA ORIGINEM CONTRACTVVM, BELLA, FOEDERA, vltimas voluntates, iudicia, & delicta Iudæorum & aliorum infidelium, & eorum conuerfiones ad fidem,

PER CLARISSIMVM AC PRAESTANTISSIMUM IURIS VTRIUSQ; DOCT. D. MARQUARDUM DE SUFFANIS DE VINO SUMMO STUDIO, AC VIGILIIS ELUCBRATUS.


PERVTILIS, ET NECESSARIVS TAM IVDIGIBVS quàm caufarum patronis, Et ad communem studioforum vtilitatem nunc primum in lucem editus,

CVM SVMMARIIS AC REPERTORIIS, ab ipfo etiam authore editis, locisque fuis diligentiſſime accommodatis,



Cum priuilegio ſummi Pontificis Pauli IIII. & Illuſtriſſ. Senatus Veneti per annos XV. M D LVIII.

BEATISSIMO AC SANCTISS.
PAVLO III. PONTIFICI OPTIMO
MAXIMO, OMNIUM VIRTUTUM,
LONARVMQVE ARTIVM PATRONO.



VIT Hoc in more positum Beatis-
sime Pontifex, institutoque
Aegyptiorum, ut ingenarum ar-
tium professores, qui sese illustran-
dis, atque excolendis disciplinis
deditissent, earumque traditio-
nes, & praecepta literis consigna-
ta monumentis mandare uellent, in ipsis libris Mercurij
tantum, a quo omne literarum genus inuentum putabant,
nomen inscriberent. qua in re praedicationem, nobilitate
temque despicientes uel hoc nomine digni uideri possent,
qui praedicarentur, ac nominarentur, nisi modestiae lau-
dem impietate, atque adeo impudentia corrupissent, im-
modicam gloriam, atque honores tribuentes non illos modo
non agnoscenti, sed etiam in suo pyandro supremo tantum
numini deferenti, in quo Deum esse palam fatetur, quic-
quid ipse esset (haec enim eius sunt uerba) quidquid age-
ret, quidquid denique diceret. ego uero, cum nuper in iure
pontificio & ciuili libros tres de Iudaeis, & nationibus
tum ueterem gentium superstitionem, de qua nouos in dies
Christus in India, & in innumeris oceani insulis ecclesiae

suæ triumphos parit, tum Mahumeticam perfidiam con-
 lentibus scripsissem, ipsos canonum, legumque omnium (ut
 & eas Dei donum esse omnis antiquitas credidit) autho-
 ri dicare putaram, ex quo & humanarum actionum ipse
 est principium, qui nobis & initia sanctæ uoluntatis inspi-
 rat, & uirtutem, atque opportunitatem eorum, quæ rectè
 cupimus, tribuit peragendi. sed enim ueritus ne noxarum,
 ac criminum sordibus inquinati ut impurum fortè munus
 sperneret, & eo suum numen contaminari indignè ferret,
 rectè nunc & ritè me facturum existimaui, si Aegy-
 ptiorum institutum piè secutus, illos in sanctioris Trisme-
 gisti nomine in lucem emitterem, tibi, inquam, Beatissime
 pater inscriptos in uulgus darem, qui non modò solus uerè
 es habendus Ter Maximus, hoc est (ut quidam interpre-
 tantur) Maximus philosophus, in diuina scilicet, ac Chri-
 stiana philosophia princeps; Maximus Sacerdos, &
 Rex Maximus super oēs gentes, & regna constitutus,
 sed Dei etiam Opt. Max. interpret (quod indignè &
 sacrilegè de Mercurio Vetus fabulata est) inter-
 nūtiusque, imo Vicarius CHRISTI, Petriq; successor,
 ad quem cuncti, tãquam ad excelsum theologorum culmè,
 apostolici collegii uerticè, inappellabile causarum iudicè,
 patrè patrū, regni clauigerū coelestis, immo præsens, &
 familiare numè cõfugimus, eòq; audentiùs his lucubrati-
 onibus te tantum patronum nominare constitui, quod salu-

Hier. 1.

tauem

tarem uniuersis, & optabilem pontificatum præclaro ini-
 tio auspiciatus Iudæorū licentiam, labem, ac pestem pon-
 tificiæ ditionis, urbium seueris legibus repressisti, quodq;
 iam pridem a te tetrica, & incorrupta ueterum Christia-
 norum disciplina reuocata, nunc ab ijs, quibus fuisti synce-
 ræ pietatis, & religionis magister, Apostolicum munus
 obeuntibus in ignotis prius orbis regionibus Christianæ
 Reipub. fines ita propagantur, ut te orbi præsidete uatiz-
 cinium illud adimpletum uideatur, in omnem terram exi-
 uit sonus eorum. Et nunc demum uerum sit (quod ait Apo-
 stolus) Euangelium fructificare in omni creatura, iure
 igitur hæc, quali acunquæ sunt, augustissimi nominis tui
 auspicio eduntur. quæ si tibi non ingrata fuisse intellexe-
 ro, Deum quoque ad hoc ipsum munus, quod nuncupati uo-
 ti reus sanctissimæ Triadi sacrandum tibi supplex offe-
 ro, respexisse arbitrabor, simulque grauiissimo et maximo
 iudicio tuo confirmatus alia, et fortè Genio impellente a
 rebus, de quibus nunc agimus, non aliena, aggrediar.
 Vale, & diu felicissimè uiuas. Vtini, VII. Ca-
 len. Febr. M D LVIII.

Psal. 18.

Colof. 1.

Sanctissimæ Beatitude tuæ

Humillimus seruus;

Marquardus de Susannis Vtinenfis.

CLARISSIMO IVRECONSUL-
TO MARQVARDO SVSNEO IOAN-
NES BAPTISTA LVVISINVS IVRIS-
CONSVLTVS SALVTEM D.



IVRIS ciuilis summa scientia, qua cum optimarum artium studiis coniuncta Illustre tibi inter huius disciplinae principes nomen comparasti, iam pridem poscebat, vt in omnes id christiani orbis prouincias, atque adeo in omne æuum præclaris ingenii tui monumentis extenderes, Religiosi verò pectoris candor, atque antea vitæ ratio postulabat, vt nihil non spirans Euangelicam pietatem, & ad christianam politiam pertinens in aspectum lucemque proferres, ita vt, cum a Romanis Cæsaribus, & Põtificibus supremis diuinarum, humanarumque rerum arbitris iustitiæ gemini sint proditi tramites ad benè, beateq; viuendum, ab altero, qui a prophanarum disceptationum peritis teritur, tenditque ad humanæ societatis tranquillitatem, & concordiam, paulum deflectens in altero rectà ad Gloriosissimam Dei ciuitatem ducente consisteres, perturbatq; Christianæ Reipub. statum pro virili sanctissimis Maiorum legibus confirmares, Nũc, etsi tardius feceris, idem (vti ego interpretor) diligentius, cumulatissimè tamen hominum expectationi satisfecisti, & quidem magis tempestiuè, quàm si id antea præstitisses. Quando gentem Diis hominibusque omnibus ferè sæculis inuisam, & infestam, quæ intrà paucos annos bis patriæ nostræ supremam propè calamitatem attulit, è ciuitatis sinibus nuper expulsam, eiectamque eodemmet impetu pio stylo vbique locorum persequeris, Et principibus IESV CHRISTI non veterum Rom. Numinũ pecuniæ, Aesculani, & Argentini cultoribus, quantum ratio communis humanitatis patitur, & per leges licet profigandam tradis, cui sanè rei amplitudinem alioqui, dignitatemque religionis oppidò respicienti, extrà te vnum neminem manum

admouisse video in tanta ingeniorum ubertate, inq; tam uasta tractatum, quos vocant, voluminum sylua, nimirum, quia omnes ferè iuris interpretes non tam iustitiæ, quàm litigandi vias tradentes, & religionis decus priuata utilitate metientes ea tantum veteris iurisprudentiæ, & canonum loca scriptis libris illustrarunt, quæ quotidianis fori controuersis dirimendis sufficeret, simulque certissimum ipsis, atque imensum quæstum afferrent, tu uero nihil præclarior, aut præstantior esse ducens, quàm de Christiana Ciuitate benè mereri, iuris (vt Vulpiani uerbo utar) sacerdotis ritè facta obisti non tam æquum ab iniquo. licitum ab illicito discernendo, in quo tamen tum consulentibus de iure respondendo, tum iudicando, longum post te togatorum agmen relinquens omnè ferme ætatem consumpsisti, quàm, quod longè præstat, pios ab impiis, electum genus, regale sacerdotium ab Ancillæ Agar filiis separando. Equidem hoc opus a te, non; ut a multis factum est, informatum, sed omnibus suis numeris absolutum (phaleratam licet orationem contempseris ex instituto veterum. atque adeo auctore Platone, qui in primo de legibus inquit non obseruandam elegãtiam, uel ruditatem verborum, sed quæ recta ratio in legibus sit, quis error indagandum) præferre haud dubitem vel uoluminibus illis Iustini, Miltiadis, Apollinarij, Tertulliani, & Cypriani Maiorum, vt ita dicam, gentium Theologorum aduersus iudæos scriptis, quando eos operam lusisse satis constat, folique post Christiana sacra ab omnibus gentibus, & nationibus adscita, & accepta, iudæi religionem, leges, mores, & nomen contempto Euangelio retinent, retinent autem? immò tot clarissimis imperiis, regnisq; euersis, & ipsa Roma orbis terrarum arce a Barbaris excisa, atque penè extincto Romano nomine omne latus mundi tenentes, magis magisque opibus, & multitudine aucti irato Deo fruuntur, forsitan quoque, vt Mithridates Rex Romanos per contumeliam Thuscorum uernas dixit, nos item uernus suos appellant, quos Mithridatico edicto fatius aliquanto fuisset (quanquam nec id quidem licet) proscriptos, quàm hac ætate nefario ciuili bello duorum & viginti annorum curriculo duceta millia hominum Christiani sanguinis interfecta (o Euangelicam Principum clementiam iudæorum confugium & Aram) supra ducentas urbes euastatas, castella amplius tria millia deleta, certè illorum phanatici Archi synagogi nescio quem Mosem in fatidicis, ut aiunt, libris promissum Christianæ gentis æquè sanguine, ac Amalchitarum, & Amorrheorum

madentem expectant, cuius desiderium facile ferunt, tulereq; lætis oculis cernentes iam inde a Gregorii Magni pontificatu a Mahometanis regibus ecclesie uiscera discerpi & dilacerari, Asiam, atq; Africam pares Hierosolymitano excidio calamitates perpeffas, Europæ fortissimos populos, & clarissimas regiones ammissa veteri cum armorum, tum literarum gloria in chaldaica, atque Aegyptiaca seruitute consenuisse, in dies denique a recutitis Turcis Christiana Regna circumcidi, quanquam quid orientalis ecclesie & Imperii Tragædiæ ociosos spectatores uoco, qui ope & consilio semper religionis hostes iuuere? qui autè quadraginta annos primi orientis reges fabulosa numina colentes artem bellica tormenta aenea conlandi docuere, quibus Hispanos in nouas terras, & interiora Indiae Christi Imperium proferentes summouerent, & propellerent, Quamobrem tibi teterrimum hoc ac desperatum genus hominum Romanarum legum, quas illi (ut ait Ambrosius) crimina putant, uinculis constringenti ab omnibus, qui ecclesie nitorem indignè ferunt synagogæ sordibus contaminari, gratia debetur, hinc & alii, quibus tamen præcepisse magis, quam præbuisse facultatem scribendi uideris, incitabuntur, ut calanum distringant in sanctarum literarum corruptores, sub deciiis, & Diocletianis Christianos deferentes, sub Constantinis & Theodosiis perpetuis seditionibus uexantes, sacras nonnunquam Aedes incendentes, de quo quadam in Epistola Sanctissimus idem Episcopus uehementer conqueritur, nunc domos patentes, atque expositas habentes furibus, latronibus, sacrorum sæpe uasorum, ac donariorum compilatoribus, perditis ac profusis nepotibus, & aleatoribus, immanibus ad hæc, ac uoracibus usuris (tam insignitè sunt improbi) opimam prædam in umbra, & segni ocio ex obærata, & ferè nexa Christiana plebe referentes, ut nefanda quædam alia ab iis ædita scelera consultò omittam, hinc fortè quoque exciti principes homines alienissimos, atque inimicissimos ubique gentium semper dedecore, macula, turpissimæque ignominia notatos aut extrâ salutem illustres urbes aliquò ablegabunt, aut non ferèt eos canones, & leges fraudum, ac iudaicarum malitiarum omnium euericula eludere, nec deinceps malè audient tanquam eorum cupiditibus morem gerentes, & causæ religionis indormientes, Pudendū nanquè est olim iudæorum cophinum, fenūque suppelectilem fuisse, Christianis uero principibus continentibus a iudæis sceneratoribus nostros perindè atque Aegyptios suppelectile, argento, u-

ste,

ste, quibus refertæ sunt illorum domus, spoliatos. Proinde ut librum in apertum proferas auspice Christo, neque diutius suspensa ora nostratium teneas patria ipsa postulat, quæ non tam uult uideri iudæos expulisse, quàm de expulsis te togato duce iustum Triumphum retulisse, efflagitant omnes, ego que tui Amantissimus nemi ni concedens, quiq; in te colendo patriam mihi constitui sanctitatem, & hortor, & rogo non tam meo, quàm literariæ Reipub. nomine, spero enim ubi uideris eum doctorum hominū iudiciis probari, atque ultrò uinis, & osculis excipi, te alia quoq;, quæ hac luce, & splendore hominum carentia satis in tenebris delituere, editurum. Valè.

*Quæ prohibent nobis solymæ commertia coetus,
Permittunt tæ, graui iura supercilio.
Explicat hoc late Susana uolumine, quo se
Priscorum doctis æquat imaginibus.
His tumefactu uiris Vtina superbiat, et se
Viuerè perpetuas discat Olympiadas,*

Josephus Sporenus.

IN MARQVARDI SVSANNII
Juriscons. Clarissimi opus.

*Viueret æternam nigra ut post funera uitam,
Præclarum hoc uiuens edidit autor opus.
Qui legis, aut hæc dic semper monumenta manebunt.
Aut quicquam æternum uiuere posse nega.*

Io. Baptista Arigonius.

AD LIBRVM MARQVARDI SVSANNEI

IVRISCONSULTI CLARISSIMI.

*Vt quondam syriæ impius sacerdos
Pudorem haud uiolauit integellum
Susannæ, in uitrea lauatur unda.
Dum castè, et procul arbitris remotis:
Sic te nec dolor inuidus, nec ater
Dens unquam lacetabit ò Libelle
Docta et candidula expolite dextra
Quin rore Aetheris abluare sacro.
Atque omni uigeas perennis Aeuo.*

Bertrandus Calandrinus.

DIRCAEI PATRIS.

*Quæ procul Hebrææ pellunt commercia gentis,
Legibus explicitis, stat tibi magnus honos,
Sed quia praua procul gens hæc à menibus absunt,
Ciuibus est maior gloria, et utilitas.*

DIRCAEI FILII.

*Humanis quanto præstant cælestia rebus,
Et pari gemma est marmore lucidior,
Tanto alijs uiuent, quæ iura colenda tulisti,
MARQVARDE in toto legibus orbe magis,
Fortunate Solon, mage fortunate Lycurge,
Quæ uobis iura hoc gloria dante foret?*

AD MARQVARDVM SVSANNVM IVRISC.
CLARISS. MÆRCVS ANTONIVS
FIDVCIVS VTINENSIS.

*Quò mea perpetuum summo urbs in honore uigeret.
Sublimi feriens sidera celsa coma:
Post fora, post arcus, post templa, palatia, turres,
Prisco aliquid deerat stemmate maius adhuc.
Cum patriæ te certus amor Marquarde uolentem
Nobile, et egregium hoc ponere iussit opus.
Quo fora uincuntur, quo templa, palatia, turres.
(Aeui etenim hoc uires temnit, at illa timent)
Quo fructum doctrinæ immensum, et commoda mille
Frugifera ingenijs semina iacta dabunt.
Iure tibi acceptum decus hinc, quo in sæcula uiuet,
Non alij, urbs toto pectore grata refert.
Moenia qui statuit, minor est, quàm dogmata pãdens;
Munijt is corpus: consulis ipse animo:*

AD PRAESTANTISSIMUM IVRIS CONS.
MARQVARDVM SVSANNAM.

*Consilium solymæ turbæ Susanna dedisti
Pellendæ infesto limine Iuliadum.
Legibus idem instas late cohibere nefando
Fœnore, nec tristi regna perire dolo,
Haud æque ueterum quisquam prospexerat ante,
Vt tu diuino dogmate cuncta regis,
Ergo immortalis sequitur tua fama laborem,
Et te cœlestis ducit inireuias.*

Iacobus Fannius.

*Qui iuris latebris tulit nitorem
Tam culto eloquio, uigebit Autor,
Quandiu eximium hoc opus coletur.
Sed leges uetitum prius ferent, quàm
Tantillum proprii decoris unquam
Perdat aureolus libellus. Ergo
Nullo æuo ceber peribit Autor.*

Vincentij de Iustis.

INDEX OMNIUM QVAE
IN HOC VOLUMINE
CONTINENTVR.

PARS PRIMA HABET XIII. CAPITA.
EX PRIMO COLLIGITVR.

Vnde Iudæorum origo, & unde sic nuncupati. car. 4
Ordo sacerdotii Christianorum diuersus ab hebræorū ordine. car. 4
De verbo hebræi, quare sic nuncupati, & unde etiam Israelitæ. car. 5
Christianos filios Abraæ, & de nominibus, ex consulto positus anti-
quis patribus. car. 5
De origine Sarracenorum, & de Agarenis. car. 6
Primogeniti, Deo rebelles. car. 6
De verbo gentilis, & de Samaritanis, & Saduceis, & Paganis. car. 6
De Christianis, & quomodo vocarentur in exordio ecclesiæ, & de
verbo Christus, unde sit dictus, & eius variis nominibus in scriptu-
ra sacra. car. 7

EX CAPITE. II.

Iudæum esse an sit delictum, & quòd eos sustinet ecclesia, nec pertur-
bandos in eorum ritibus, & quare quidē Imperatores ipsi fuerint
fautores, & quare ab ecclesia tollerentur, & non alii infideles in eo-
rum superstitionibus. car. 7
De locandis domibus Iudæis fœnerantibus. car. 8

EX CAPITE. III.

De Synagogis Iudæorum, & earum constructionibus, & quid sit Sy-
nagoga, & quid ecclesia. car. 9. & 10
De mesquitis Sarracenorum, & eorum adoratione, & aliqua de Mau-
mete. car. 9
Synagoga funditus destructa, an possit reëdificari, & de fortificio de
structo propter rebellionem. car. 9. & 10
Quid de noua Synagoga in noua ciuitate, & an Iudæus possit habe-
re nutricem Christianam, & quando. car. 10
Abstinentum esse Christianis ab ingressu Synagogæ, & de festiuitati-

bus Iudæorum, & eorum cimiteriis non violandis. car. 10. & 11
 De violatoribus sepulchrorum, & de muliere pregnante mortua sepelienda. car. 11
 Quædam de cura sepulturæ. car. 11

EX CAPITE. IIII.

De distinctione habitus Iudæorum, & Sarracenorum vtriusque sexus. car. 12
 De prærogatiua populi antiqui Iudæorum, & aliqua de circumcissione & quare eis data fuit & lex. car. 12. & 13
 De habitus distinctione in Christianis tam sacerdotibus, quam secularibus, & tam masculis quam fœminis, & in gentilibus. car. 13
 De vestibus primorum parentum, & eorum statu, & esu pomi. car. 14
 Et de prohibita familiaritate nimia cum Iudæis, maxime Christianis simplicibus. car. 14
 An Christiani possint eis inferuire circa opera mechanica, & iterum de nutricibus, & de scolarî Iudæo. car. 14. & 15
 Quid de manducatione, & potatione cum infidelibus, & quid in prædicatoribus fidei Christi inter eos, & de esu Idolatorum, & ad quem spectet officium prædicandi. car. 15

EX CAPITE. V.

An liciti sint contractus cum infidelibus, & de mercibus ad eos defendendis, tam tempore pacis, quam belli, & quid si pro redimendis captiuis, & quid de Tartaris, & aliis populis extraneis, qui nō sunt hostes populi Romani, & qui dicantur de populo Romano. car. 16
 Et de assicurantibus merces. car. 17
 An sit præstandum auxilium, & danda elemosyna tempore necessitatis infidelibus, & aliqua de elemosyna, & maxime in clericis, & an parentes extraneis sint præferendi. car. 17. & 18

EX CAPITE. VI.

Vtrum sit licitum principibus Christianis implorare auxilium ab infidelibus ad sui defensionem. car. 18
 An sit licitum principibus Christianis inire pacem vel treugas cum infidelibus, & inconsulto summo pontifice, quando subest causa

aliqua, id perficiendi. car. 19
 Plures Pōtifices, & Impatores fœdera pepigisse cū infidelibus. car. 20
 Et quid si hoc fieret ex Dei voluntate, qui aut commissionem de bello, aut promissionem de auxilio faciat. car. 20
 De iuramento quod exhibet Imperator summo Pontifici. car. 21
 Confœderationis vocabulum quid præferat, & de natura confœderationis. car. 21
 Pacis laudes, & effectus, & causa pacis fauorabilis, & quod habet in se plurimum spiritualitatis. car. 22
 De contractibus initis cum principibus et eorū natura. car. 22. & 23
 De pace spirituali, & interna, de qua prædictum est adueniente CHRISTO. car. 29
 De cruciatis, aliqua. car. 23
 An per confœderationem inducatur subiectio. car. 23
 An præsumatur in Principe iusta causa. car. 23
 Bellum quando dicatur iustum, & de bello quod indicit ecclesia contra Sarracenos, & Turcas. car. 23. & 24
 Donatio Papæ in Carolum Regem, & successores an tenuerit de Ciuitate Hierusalem. car. 24
 Nō posse bellū indici infidelibus, ex eo tātū quia sint infideles. car. 24

EX CAPITE. VII.

An Principes Christiani possint expellere Iudæos, & alios Infideles de eorum terris, & quando & eorum bona auferre. car. 25
 Iudæi expulsi à regibus Hispaniæ, & Ducatu Mediolanensi, & variis prouinciis. car. 25
 Iudæorum scuitia in crucifigendis pueris, & aliis nephandis per eos perpetratis, & in eorum legibus Talmudicis. car. 27
 Infideles non posse expelli per Principes Christianos de eorum terris absque legitima causa, & tolerandos esse, vt eos lucri faciamus, secundum communem opinionem. car. 26
 Et quid de Mercatoribus Forensibus. car. 27
 Iudæos concitato tumultu sæpe occidisse Christianos, car. 26
 An Iudæi cogi possint ad soluenda tributa Principibus Christianis, ponitur regula, cum fallentiis. car. 27. 28. 29
 Quid sit tributum, & de eius solutione per Christum. car. 27
 De solutione tributi per varias prouincias olim, & de præfenti, & maxime Impatori Turcarū, & de origine solutionis tributi. car. 28

Principes teneri ad cōseruationē subditorū in pace & quiete. car.28
 Principes à subditis debere sustentari, & pro principibus orandum,
 & de modo orandi pro eis in primitiua ecclesia. car.28
 An Iudæi sint cogendi ad fidem, & qua coactione. car.29
 An sit licitum à Sarracenis exigere decimas. car.29
 An à Iudæis vsuræ possint exigi per Christianos. car.ead.
 Qui possint indicere tributa, & gabellas, remissiue. car.ead.

EX CAPITE VIII.

Iudæi confugientes ad ecclesiam an gaudeant immunitate ecclesiæ
 sicut Christiani & quibus casibus. car.30

EX CAPITE IX.

De signo Crucis sanctissimæ an profit Iudæis, & de nomine IESV
 per eos inuocato an aliquid operetur. car.30
 Diabolum non ita vexare Iudæos sicut Christianos, & magis peniten
 rem magis à Diabolo vexari, & tentari. car.ead.
 Plura de cruce Domini, & eius præfiguratione, multiplici in veteri lē
 ge, & Constantinum Cæsarem hostes in hoc signo uicisse & de
 eius inuentione, & quā signum Crucis ostendat effectus suos. car.31

EX CAPITE X.

An sit inuocandum nomen Domini nostri Iesu Christi in instrumen
 tis Iudæorum per notarium Christianum, & eius ommisio viciet
 instrumentū, & sit talis inuocatio de substantia instrumēti. car.32

EX CAPITE XI.

De vsura, & an sit contra naturam, & quo modo. car.33
 De eius prohibitione, tã iure naturali, quã diuino, & canonico. car.34
 An Iudæi licite possint fœnerari Christiano. car.eadem
 An dispositio c.i. de vsur. in vi. extendatur ad locantes domos Iudæis
 fœnerantibus. car.35
 De intellectu illius loci Deuteronomii, nō fœnerabis fratri tuo. c.35
 Iudæos non posse dicere Christianos, alienos, & de lege Mosis circa
 aduenas & peregrinos. car.ead.

Et de

Et de illis verbis Deuterono. xv. & xxviii. Fœnerabis gentibus mul
 tis &c. car.36
 De intellectu c.ab illo xiiii. quæst. iiii. car.ead.
 Iudæi an possent pro vsuris exercendis puniri criminaliter, & quādo,
 & per quem, & etiam Christiani, an in crimine vsurarū possit pro
 cedi criminaliter. car.ead.
 Ad quem spectare debet cognitio criminis vsurarum, & quando dica
 tur in eo quæstio iuris, uel facti, & quid in casu dubio. car.37
 An Imperator & alii Principes possint concedere Iudæis vt mutuent
 in eorum terris sub vsuris. car.ead.
 An summus Pontifex possit dispensare super vsuris exercendis per
 Iudæos, ubi recitantur opiniones, & ponitur communis opinio
 Doctorum. car.39
 Quid de præstante factum correspondens vsuris an sit licitum. car.42
 Quid è contra de ipso recipiente pecunias, ad vsuram, an peccet, cum
 sint correlatiua, præstare, & recipere. car.ead.
 An possit repetitio vsurarum sponte remitti, per illum, qui eas sol
 uit. car.ead.
 Ad quæ teneatur fœnerator Iudæus pro ipsis pignoribus cōseruan
 dis, & de lata, leui, & leuissima culpa. car.ead.
 An Iudæi recipientes pignori rem alienam dicantur committere
 furtum. car.49

EX CAPITE XII.

An magis peccet interficiens infidelem, quàm fidelem. car.43
 Et an magis iustum quàm peccatorem remissiue. car.ead.

EX CAPITE XIII.

Quod sit maius peccatum an rem habere carnalem cum infideli vel
 cum moniali. car.42
 Ex coitu cum moniali, quot crimina oriuntur. car.45
 Virginitas semel amissa non potest etiam per ipsum Deum resti
 tuti. car.ead.
 De pœna coeuntis cum moniali. car.ead.
 De edicto Iouiani Imperatoris circa sollicitantes moniales ad nu
 ptias. car.ead.
 Ex maiori pœna inferri maiori delicti. car.ead.

†††

De pœna violentis vestales apud gentiles, & per quos castigarentur,
quædam de bona Dea gentilium. car.46
Inuentiona contra moniales se stuprari permittentes. car.ead.

EX CAPITE. XIII.

An Bella Mota per Hispanos contra Barbaros insularum nouiter
reperarum quos indos vocamus fuerint licita, & de eorum con-
uersione. car.47

P A R S S E C V N D A

CONTINET CAPITA NOVEM.

EX PRIMO HABETVR.

Quibus legibus subiiciantur Iudæi, & tam in concernentibus ordinē
iudicii, quam causarum decisionem. car.49
Et quid in eorum testamentis, licet sint publici sceneratores, an sint
subiecti principibus Christianis, & de populo Romano. car.ead.
An Iudæi mutuantes filiis familias repellantur exceptione Macedo-
niani, & de eorum donationibus, an requiratur insinuatio in eis, &
de bonis eorum naufragium passis. car.ead.
An pater Iudæus admittatur ad defendendum filium in causa capita-
li sicut in Christianis, & ad beneficium. l. milites agrum. §. deserto-
rem, de remilit. & auctent. bona damnatorum. C. de bo. pro-
scrip. car.ead. & 50
Et quid de donatione inter virum & vxorem in Iudæis, & an possint
dare libellum Repudii. car.50
An pater Iudæus, & Sarracenus teneatur dotare filias, & filiis dona-
re propter nup. constituere, & si ob id legitima non sufficeret an pos-
set fideicommissum diminui, & an ad eos extendatur aucten. res.
quæ. C. com. de lega. car.ead.
Et de priuilegio tacitæ hypothecæ de quo in l. asiduis an competat
Iudæis in bonis mariti. car.ead.
An filii Iudæorum, & Paganorum sint in potestate parentum, &
sui parentibus, & appellatione socii, an veniat Iudæus. car.ead.

EX CAPITE II.

Quod Iudæi dicuntur de corpore ciuitatis, & veniunt appellatione
incolarum. car.51
An Iudæi dicantur fideles, & deuoti Sanctæ Romanæ ecclesiæ, & com-
putentur inter oues Christi. car.ead.
Iudæus an præscribat contra Christianum. car.ead.
An statutum exclusiuum sceminarum propter masculos extendatur
ad Iudæos. car.ead.
An etiam statutum retracti iure consanguinitatis ad Iudæos exten-
datur. car.52
An statutum pœnale in adulterii crimine comprehendat Iudæos, &
quid de aliis criminibus. car.ead.
An statuta loquentia de Iudæis extendantur ad Paganos. car.ead.

EX CAPITE III.

Commixtio alienigenarum sectarum reprobari etiam in matrimo-
niis. car.53
Iudæus carnaliter abutens Christiana qualiter puniatur, & tam scien-
ter, quam ignoranter. car.ead.
Et quid in ea quæ sit vitæ inhonestæ, & vilis conditionis, & quid si ta-
lis sit nupta, & quid in crimine raptus. car.54
Et quid si id committeret Iudæus in contemptum fidei, & quid in du-
bio sit præsumendum hoc casu. car.55
Et qualiter puniatur Iudæus, qui non per modum fornicationis sed
in figura matrimonii se commiscuit Christianæ. car.56
An fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli & quid de
sponsalibus. car.ead.
An Christianus cum hæretica contrahere possit matrimoniū. car.57
Et an matrimonium inter infideles sit uerum & ratum. car.ead.
Qualiter Iudæus puniatur, qui ignoranter rem habuit veneream
cum Christiana, vel Christianus cū Iudæa nupta vel virgine. c. eadē
Et qualiter Turca vel Sarracenus in prædictis puniatur, vel è contra
Christianus cum Sarracena uel Turca. car.57. & 58
An Iudæus possit contrahere matrimonium cum Pagana. car.58
Iudæus transiens ad sectam Sarracenorum an puniatur car.ead.
An filius natus ex Christiana, & Sarraceno si postea Sarracenus fuit
Christianus efficiatur legitimus, cum non potuerit tempore Na-

tiuitatis esse matrimonium inter eos. car.ead.

EX CAPITE IIII.

Quando lex Mosaica non est reprobata per ius canonicum ciuile, vel statuta an seruari debeat inter iudæos, & in quibus possit mutari. car.59

Ius primogenituræ an sit inter Iudæos seruandum. car.ead.

Quid in successione Iudæorum ab intestato, an sit lex Mosis seruanda, & quæ sit in hoc articulo communis opi. car.ead.& 60

In matrimoniis contrahendis iudæos legi Mosaicæ inherere, & an cū comatribus licite contrahant matrimonium & cum filia spiritali, & de libello repudii inter eos. car.60.& 61

An diuisio inter Iudæos fieri debeat secundum exempla veteris testamenti, uel secundum ius commune, & quis dicatur maior natu in diuisionibus faciendis. car.61

EX CAPITE V.

Lex uel constitutio simpliciter loquens an comprehendat Iudæos in materia non æquæ proportionabili sicut ad Christianos. car.62

Dispositio. c. quanquã de usuris an liget Iudæos, feneratores. car.ead.

An sententia excommunicationis eos non apprehendat, & quomodo possint Iudæi excommunicari. car.ead.

Equitas an sit seruanda Iudæis, & quid de iuramento in supplementū probationis an eis possit deferri. car.63

Restitutionis in integrum an sint Iudæi capaces, & de præscriptione contra Christianum. car.62

Equitas quid sit & quottuplex. car.63

An Iudæus admittatur ad ferendum testimonium contra Christianum. car.ead.

Iudæus sub qua forma debeat iuramentum præstare. car.ead.

Iudæus quibus casibus contra Christianum in testem admittatur & an Christiano assentiente. car.ead.

An possit esse interpres contra Christianum, & vni tantum stetur circa interpretationem literarum manu eorum scriptarum. car.64

Conuersus de nouo ad fidem an possit testificari contra Christianum. car.eadem

Iudæus contra Iudæum potest in testem recipi. car.ead.

Libri

Libri Iudæorum an probent contra Christianos.

Iudæus an possit habere seruum Christianum, & Christianus Iudæum, & quid de Christiano ascripticio. car.65

Priuilegia tacitæ hypothecæ an ad Iudæos extendantur, heres institui, vel legari an possit Iudæo. car.ead.

Plurima alia Iudæis inhibita, quæ supra dictum sit remissiuæ. car. ead.

EX CAPITE VI.

Iudæi priuati sunt ab omnibus officiis publicis, & quibuscunque dignitatibus, & ab omnibus commerciis ex quibus posset Christianis incommodum inferri. car.66

Sacerdotio & regno spiritali sunt etiam priuati, & translatum in Christum, & successiuæ in Petrum & successores. car.ead.& 67

De Ethimologia uerbi sacerdotis. car.ead.

Mos Prophetarum in eorum uaticiniis circa desolationes, & etiam restorationes, & tempus prædicerent. car.67

Persecutio Iudæorum per Hadrianum Imperatorem. car.67

Templum Hierosolymis non posse reædificari per Iudæos. car.ead.

De destructione Hierusalem per Titum, & quare tunc ibi tanta multitudo Iudæorum repperiretur. car.68

Omnia sacra, & sacrificia legis ueteris mortua, cum Christo in Cruce, & omnia ornamenta sacerdotalia. car.ead.

Regno etiam temporali priuatos esse Iudæos. car.ead.

De initio Regni CHRISTI contra morem omnium Regnorum. car.69

CHRISTVM non fuisse usum regno temporali nec unquam iurisdictionem exercuisse, & de eiectione euentium & uendentium de templo. car.ead.

Tempore legis ueteris, & etiam Romanorum, Imperatores, & Reges fuisse simul, & sacerdotes, & alibi, etiam locorum. car.ead.

Imperator esse minime potest Iudæus, aut paganus, & infidelis. car.ead.

Imperium, & sacerdotium ab ipso Deo processisse, & Deum exercuisse in cælo iurisdictionem. car.ead.

De iudicibus Iudæorum temporibus prisca, & collegio Sanhedrin. car.70

Iudæos esse non posse iudices, & incapaces iurisdictionis, & quid de prouentibus iurisdictionis. car.ead.

An in causis inter ipsos Iudæos possint esse iudices, & quid in causis

mere concernentibus eorum superstitiones, & ritus, an sint corā
 eorum iudicibus uentilanda. car.ead.
 Iudæus committens hæresim in sua lege per quem puniatur, & de eo
 rum Talmud. car.71
 Paulum Apostolum accusatum de quæstionibus legis eorum, coram
 ordinario Cæsare. car.ead.
 Iudicium seniorum populi Iudaici reprobatum. car.ead.
 Intellectus ad l.generaliter. §.fi.ff.de Decurio. car.72
 Iudæi Romanis olim inuisi, & ab vrbe expulsi, & habiti in derisio-
 nem. car.ead.
 Bachum à Iudæis cultum secundum Plutarchum. car.ead.
 Intellectus alciati ad l.generaliter. §.fi.& illius reprobatio. c.72. & 73
 Babylon Euphrateæ, & Babylon Aegypti, & de iniuic. car.73
 Arbitri an esse possint Iudæi, & de arbitris iuris quam iurisdictionem
 habeant. car.74
 An principes infidelium habeant de iure iurisdictionem in eorum
 terris. Vbi examinatur opinio. Innocen. & Hostien. Diuersæ in-
 ter se. car.ead.& 75
 An liceat Christiano appellare ad iudicem infidelem, exemplo Apo-
 stoli. car.ead.& 76
 Conuersio Iudæorum in fine sæculi. car.76

EX CAPITULO VII.

An Iudæus possit assumere dignitatem doctoratus etiam si nollet le-
 gere in scholis. car.76
 Doctores iuris ab Imperatoribus appellatos nobilissimos, & ami-
 cos, & fratres, & parentes. car.77
 An Iudæus possit esse aduocatus, & procurator, & tabellio, siue no-
 tarius, & quid inter ipsos Iudæos an possit officium scribæ exer-
 cere. car.ead.
 Quid de medico Imperatoris, vel Papæ, & an Iudæus medicus sit à
 Christianis in eorum infirmitatibus vocandus, & quid è contra an
 Iudæis per Christianos in infirmitatibus eorum subueniri. car.78
 An possit Iudæus esse procurator principis, & quid de coqui offi-
 cio. car.ead.
 An Iudæus possit esse tutor Christiani, & an tutor Iudæi. car.ead.

EX CAPITULO VIII.

An infideles subiciantur legibus canonicis. car.79

An pœnis spiritualibus, & censuris ecclesiasticis afficiantur. car.ead.
 Quid in eorum matrimoniis, & libellis Repudii. car.ead.
 Quid in denunciatione Euangelica. car.ead.
 An iura canonica obligantia ad iuramentum sub pœna periurii ar-
 ctent eos. car.80
 An pactum de non succedendo validetur iuramento Iudæi. car.80
 Iuramentum Iudæorum an validet actus eorum, & contractus. car.80
 Iudæus transgrediens iuramentum sibi delatum per l.Moisi, & secun-
 dum eorum ritum an puniri possit, & an incidat in peccatum. car.ead.
 An Iudæus iurans super contractu inito cum Christiano teneatur il-
 lud seruare. car.ead.
 Quid si Iudæus iuraret Christiano per CHRISTVM, car.ead.
 An liceat Christiano recipere iuramentum ab infidelibus per Deos
 suos. car.81
 Quid de Christiano iurante per Deos alienos. car.81
 An ualeat iuramentum Sarraceni per Deum suum. car.ead.
 An Christianus recipiens iuramentum ab infidelibus per Deos eo-
 rum, peccet. car.ead.
 De iuramento per creaturam, vel aliis modis an teneat. car.ead.
 Iurans per Demones an teneatur ad illud seruandum. car.ead.
 De iuramento minoris ad confirmandum contractum qualiter de-
 beat adhiberi. car.eadem
 Iurandi religio etiam apud gentiles obseruata, & de formis iura-
 mentorum in fœderibus faciendis, & de forma iuramenti in va-
 riis prouinciis. car.ead.& 82
 Forma iuramenti patrum antiquorum, & in lege veteri & noua, &
 de iuramento Imperatoris in coronatione, & uasallorum, & cleri-
 corum se purgantium ab hæresi, & ingredientis nouum magistra-
 tum, tutoris, & nuncii publici remissiue. car.ead.

EX CAPITULO IX.

An infidelis peccans contra legem naturæ puniatur per ecclesiam, &
 de Iudæo transgrediente præcepta legis Moisi. car.82
 Infideles delinquentes in opprobium fidei Christianæ qualiter, & per
 quem puniantur, & de Iudæo blasphemante. car.83
 De Iudæo subuertente animum Iudæi uolentis ad fidem catholicam
 peruenire, & persuadente Christianos ad eorum cultum, & circum-
 cidente Christianum. car.ead.

Per quem puniantur delinquentes infideles in criminibus ecclesiasticis, & non ecclesiasticis. car. ead. & 84
 Qualiter puniantur iudæi participantes Iudæis contra sacrorum canonū decreta, & de Iudæo blasphemante CHRISTVM. car. ead.
 Crimina ecclesiastica quæ sint, & quæ ecclesiastica secundum non mere, & quæ mixtæ, & quæ mere secularia. car. ead.

PARS TERTIA CON-

TINET NOVEM CAPITA.

EX PRIMO HABES.

Hominis excellentiam, & ad quid creatus, & diuitiarum, & bonorum omnium temporalium contemptu, & voluntate fugienda. car. 87. & 88
 Sapientes mundi non potuisse habere Dei cognitionem, & de erroribus philosophorum. car. ead.
 De ara erecta Athenis ignoto Deo. car. 89
 Nemo ante CHRISTVM aperuit Sanctissimam Trinitatem in qua aberrauit Mercurius Trimegistus. car. ead.
 Per fidem, & humilitatem patere aditum ad sacrarum rerum cognitionem. car. ead.
 De lege CHRISTI præconia, & mortem non esse timendam sed exoptandam. car. 90
 De Martyrum constantia in fide maxime virginū fragilium. car. ead.
 CHRISTVM non timuisse mortem, sed tanquam ducem omnes præcessisse. car. 91
 Legem Christi seruantem, iudicari, habere plus diuinitatis quam humanitatis, & in terris vitam agere cœlestem. car. 91
 De dice Dea præside iudiciorum, & dicaste qui fuerint. car. 92
 De Diis gentium, & quare ipsos adorauerint. car. ead.
 De Diis diuersarum gentium. car. ead.
 De Ioue, Marte, Mercurio, & aliis, quod fuerint homines scelestissimi. car. ead. & 93
 Gentiles plures derisioni habuisse eorum Deos, & tam à Romanis, quam ab aliis gentibus delusi. car. 93
 In templis Romæ olim nullum simulachrum extitisse in centum & sexaginta annis, & Deos sine simulachris cultos. car. ead.
 De

De simulachris, & imaginibus Deorum gentiliū, opprobria. car. ead.
 De Idolorum fallaciis in eorum responsis, & fraudibus Demonum. car. 94
 De nefandis sacrificiis gentilium in sanguine puerorum, puellarumque virginum, & viro- rum, & priorum liberorum. car. ead.
 Homo sacer quis dicebatur, & ver sacrum. car. 94
 Dii gentium non contenti cedibus hominum, mulieres etiam, stuprâdas curauerunt, & quibus locis. car. 95
 Gentes admississe plures Ioues, Apollines, & alios non uno contentos. car. ead.
 De pluritate Deorum gentilium, & cōflictu bellorū inter se. car. ead.
 Quod ex rebus creatis assumpserint sibi nomina Deorū, & alii aquâ, alii ignem coluerint. car. ead.
 Reprobatio infantiæ eorundem gentilium circa eorum deos. car. 96
 Gentiles adorasse etiam ipsa bruta, & bestias. car. ead.
 Cultum Demonum, & Idolorum ab orbe eliminatum. car. ead.
 Vindicta Dei contra Idolorum cultores. car. ead.
 Quod CHRISTO adueniente cessarunt Idola ab eorum responsis, quod non fuit factum tempore Mo- sis, licet prophetarum magna- lia virtute Dei fierent in Aegypto, & in mari rubro, & alibi. car. 97
 De prædicationibus per Apostolos partitis in diuersis prouinciis. car. ead.
 Quæ potestas fuerit relicta Diabolo contra nos. car. 98
 Dei tutelares diuersarum prouinciarum, & ciuitatum, & de Angelis custodibus populorum, & etiam cuiuscunq̃e hominis. car. ead.
 De ciuitate Aquileia, quædam enarrationes, & de Beleno, & Feleno idolis dictæ ciuitatis, & de Belzebuch, & Belio, & Baal. car. 99. & 100
 Idolatriam quis primus adinuenit. car. 100
 Euangelium an sit prædicatum in uniuerso mundo, & an sint ab eo Idola extirpata, & quædam de Antichristo. car. 101
 CHRISTVM colendum pro sapientia acquirenda, non mineruam, & pro corporis salute non Aesculapium, & ad hæc plura. car. 102
 Quibus primordiis ecclesia Christi radices egerit. car. 103
 De firmitate Sanctæ Romanæ ecclesiæ, & de eius principali fundamento. car. ead.
 Persecutio ecclesiæ CHRISTO ascribitur, & aliqua de sacerdotis dignitate. car. ead.

†††

Imperatores gentiles plures, quid de CHRISTO bene senserunt & eidem aras extruxerunt.	car. 104
Maumetistas non esse Idolorum cultores, & quid de Christo sentiāt, & de virgine gloriosa.	car. ead.
Psalmos Dauidis per omnes mundi nationes celebrari.	car. 105
Patriarchas antiquos habuisse plures vxores, & quare.	car. ead.
Detestatio uitrii sodomitici.	car. ead.
Animæ beatitudinem non posse consistere in oblectamentis corpora libus, & gloria mundi.	car. 106
Illusiones legis Maumethis.	car. ead.
Maumethes legem suam non nisi gladio tuendam statuisse ferunt.	car. ead.
Calliditas Maumethis in condendis eius legibus.	car. 107
Leges gentilium ab eorum diis processisse, vt minus à Ioue, & similia.	car. ead.
Miracula Christi ex propria natura solo verbo, & præceptiue.	car. ead.
Miracula Apostolorum, & prædicationes simplicium, & humilium, & ineruditorum, virtute Christi philosophos etiam ad se traxerunt.	car. ead.
De Angelis custodia castrorum & regnorum deputatis.	car. 108
Plures principes gentiles propter conuersionem ad fidem Christi, & orationes in Christum emissas, hostes debelasse, cum antea id proficere nequuerint.	car. ead.
De flagellis quæ infideles incutiunt in Christianos, & de ratione.	car. 109
De vindicta Dei contra hostes, & principes persecutores Christianorum.	car. 110
Cur Deus permittat infideles regnare.	car. ead.
De Sanctissima Trinitate, consideratio.	car. 111
Deum dilexisse olim præ cunctis orbis nationibus populum Israëlis.	car. eadem
Iudæi peiores sodomitis, & aliis gentibus.	car. ead.
De occisione Prophetarum per Iudæos.	car. 112
Sacerdotes Iudæorum hodie impuros, & nefastos, nec amplius ignem a cælo in eorum adita descendere, nec alia specialia in eorum sacrificiis.	car. ead.
Deiecto templo ipsos non posse obseruare præcepta legis veteris.	car. eadem
Deum reppulisse perfidam Synagogam, & ecclesiam amplexa-	

tum.	car. 113
Orationes Iudæorum à Deo exclusas, & de causa.	car. ead.
De Talmut, Deuterossi, & secunda lege eorum, & deliramētis quibusdam in ea descriptis.	car. ead. & 114
Nihil prænucciasse Christum quod non contigerit.	car. 115
Eclesiæ Christi firmitas, & prærogatiua.	car. ead.
Plato tradit credendum prophetis tanquam Dei filiis.	car. ead.
De nomine Iesu, & de aliis eiusdem nominis.	car. ead.
Arca Noe figura Crucis in qua saluari debuimus.	car. 116
Cæli & elementa, & insensibilia cognouisse, & Dominum aduenisse testata sunt.	car. eadem
Mosen & Daniele eruditos ex libris Aegyptiorum, & Caldeorum & licere Christianis legere libros gentilium sine peccato, vt inde summantur vtilia.	car. 117
De Sybillis plura, & an sint salutem consecutæ, & an ex spiritu sancto vaticinatæ sint, an vero fuerint arrepticæ.	car. ead. & 118. & 119
Deum vt non tantum bonis in bonum, sed etiam malis in bonum &c.	car. 119
Authoritates plures gentilium de Christo.	car. 120
Iudæi putant salutem dandam per Messiam temporalem, & per potentiam armorum, & non spiritualement.	car. eadem
Salus quæ expectabatur per Messiam esse debuisse spiritualement non temporalem, nec diuitias allaturum, nec per potentiam armorum.	car. 121
Error Iudæorum dicentium Messiam non debuisse esse Deum & hominem, & erroris refutatio.	car. 122
Filii quando portent patris iniquitates, & pro patribus puniantur, & an pater possit demereri pro filio.	car. 124
Calamitates, angustia, & afflictiones Iudæorum, cur tã diu & per tot sæcula durauerint, vsque in præsens, cum olim essent ad determinatum, & breue tempus.	car. ead. & 125
Præfiguratio baptismi in eductione populi per mare, & vniuersali diluio, & aliis figuris, & locis legis veteris, & in aqua quæ manauit de fonte præciosissimi pectoris Domini nostri tempore mortis eius.	car. ead. & 126
Sanctificatio aquarum in baptismo Christi, & sanctificatio ligni crucis per contractum Dominicæ carnis.	car. 127
Baptismi sacramentum cur in aqua institutum, & de multiplici baptismo, & de baptismo Ioannis.	car. ead.

Per baptismum euacuatam circūcisionem carnalem Iudæorum, & in eo contineri merita passionis Christi, & quomodo. car. 128
Hominis infelicitas in hoc sæculo, & de misericordia Dei. car. ead.
De uita longæua patrum antiquorum, & cur sint dies vitæ hominis abbreviati. car. 129. & 130

EX CAPITE. II.

Conuertens se ad fidem, spiritu sancto inspirante id facere dicitur. car. 130
Infidelis baptizare se volens, quid prius facere teneatur, & restituere, quæ extorsit per usurariam prauitatem. car. ead.
Inuitus nemo ad fidem compellendus est, & de infidelibus conuersis qui iterum ad infidelitatem reuertuntur. car. 131
Paruuli Iudæorum an possint inuitis parentibus baptizari. car. 132
De violentia præcisa, & conditionata in baptismo, & quando taliter baptizatus recipiat characterem. car. 133
Quid autem si baptizatus per vim non reclamauit, & tacitus remansit per longum temporis spacium, an characterē receperit. car. ead.
Quid agendum de sobole altero ex coniugibus infidelibus ad fidem se conuertente. car. eadem
Volens conuerti non tenetur restituere licite quæsita, sed ad quæ restituenda teneantur, & quid de rebus furtiuis, & immobilibus violentis. car. 134
Conuersi ad fidem an perdant agnationem, & ius succedendi parentibus, & attinentibus. car. eadem

EX CAPITE. III.

Infidelis perueniens ad actum baptismi an possit penitere, vel sit cogendus ad illum suscipiendum. car. 134
An infidelis in necessitatis articulo constitutus, non habens alium qui ipsum baptizet, an possit se ipsum baptizare, & de baptizato sine responsali. car. 135
An infidelis tempore necessitatis possit alium baptizare. car. ead.
An infidelis possit esse patrimus in baptismo. car. 136
An cum hæretico contrahatur spiritualis cognatio. car. eadem
An infidelis moriens qui voluit sed non potuit baptizari intelligatur baptizatus. car. eadem
Quid

Quid si Sarracenus uel infidelis simulatam habens intentionem baptismi baptizatus fuerit, an censeatur Christianus, & compellendus ut fidem seruet. car. eadem
An possit constitui procurator in baptismo infidelium ad respondendum in baptismo. car. ead.

EX CAPITE. IIII.

Pater Iudæus an teneatur præstare alimenta filio conuerso ad fidem, & filiam conuersam dotare, & filio dona. propter nuptias constituere, & quid de matre Iudæa, & hæretica. car. 137
An auct. res quæ C. com. de lega. habeat locum in Iudæis. car. ead.
An filius Iudæi baptizatus teneatur alere patrem Iudæum indigentem. car. eadem
Cui potius sit subueniendum an patri infideli, an extraneo fidelis. car. 138
An filii Iudæorum liberentur à nexu patriæ potestatis per baptismum. car. eadem
An Iudæi dicantur habere filios eorum in potestate, & quid sit, quando agitur de eorum commodo. car. eadem
Iudæi qualiter dicantur esse serui nostri. car. eadem
Qua de causa per baptismum non liberamur ab infirmitatibus corporalibus, sicut à peccatis. car. 139

EX CAPITE. V.

Infideles an per baptismum liberentur à pœnis delictorum, & an per illum tollantur accusationes criminum, & de infideli in fraudem pœnæ suscipiente baptismum. car. 139
Delinquens an euitet pœnam delicti si post delictum efficiatur clericus, & quando, & quid si antequam citetur ingrediatur religionem. car. 140
Infidelis an per baptismum liberetur à restitutione male ablatorum & emendatione damni per alium passus. car. eadem
Iudæus an post baptismum possit admitti ad publica officia, & sacros ordines. car. eadem
Et de Iudæis qui post conuersionem retinent ritus Iudaicos. car. 41
An seruus infidelis si baptizetur per baptismum efficiatur liber, & cō filium de Iudæo seruo Christiano effecto. car. ead.

Iudæum mancipium quō tractari debeat per Dominum. car.eadem

EX CAPIT E. VI.

Iudæus ad fidem conuersus de nouo, an possit esse testis contra Christianum, & quid in facto antequam esset baptizatus. car. 142

Iudæa ad fidem versā, an habeat priuilegium tacitæ hypothecæ pro eius dote, & quid de hæretica, quæ abiurauit hæresim, an recuperet priuilegium illud, quod amiserat. car.eadem

An filius Iudæi ad fidem conuersus possit petere legitimam patre uiuente. car.eadem

EX CAPIT E. VII.

An conuersus ad fidem possit manere cum vxore infideli nolente conuertere, cum qua in infidelitate contraxit. car. 143

EX CAPIT E. VIII.

Iudæa ad fidem conuersa an possit repetere a viro remanente in infidelitate dotem sibi à patre Iudæo, constitutam, & salua conscientia retinere. car. 143

Dos constituta per patrem usurarium nil aliud habentem in bonis pro satisfaciendis creditoribus, an possit repeti ab ipsa filia usurarii patre defuncto. car. 144

An Iudæa ad fidem conuersa possit dotem consequi tanquam miserabilis persona ab ipso eam dispensante, non extantibus certis personis, quibus sit facienda restitutio. car. 145

EX CAPIT E. IX.

An Iudæus baptizatus qui contraxerat matrimonium cum consanguinea in infidelitate, possit cum ea remanere. car. 147

Quid de infideli conuerso, qui habebat plures vxores, cum qua remanebit. car.eadem

An talis possit propria autoritate post conuersionē accipere aliam vxorem. car.eadem

Infideles an sint ab ecclesia repellendi tempore quo celebrantur diuina officia. car.eadem

Iudæa conuersa ad fidem post virum an recuperabit dotem cum suis priuilegiis. car. 148



MARQVARDI DE SVSANIS
IVRISCONSULTI VTINENSIS,
DE IVDÆIS ET ALIIS
INFIDELIBVS.



P A R S P R I M A .

S V M M A R I V M .

- 1 Festis diebus licere maxime scolaribus studio literarum Incumbere.
- 2 Spirituales actus exerceri posse Diebus festis.
- 3 Festis diebus expediri posse etiam ordinata ad Hominis salutem corporalem.
- 4 Bella licere Festis diebus Urgente necessitate.
- 5 Marani pessimum genus Hominum.



ATIS constat quaestiones siue Tractatus, qui de variis rebus, tum à superioris, tum nostræ ætatis viris doctissimis conscripti sunt, & in ampla volumina redacti, maxime conferre legalis scientiæ professoribus, tam in cō-

sultationibus edendis, quàm in causis diiudicandis, cum in eis omnia, quæ in Negotiis ad certam, specialemque causam pertinent, copiose pertractentur, & quæ per legum peritos in variis locis dispersæ examinantur, in illis, per veras conclusiones, discussa congerantur. Nam ubi tota res est collecta, ibidem facilius inueniri potest, quàm si per diuersa loca, non sine maximo labore perquiramur, cuius sententiæ fuisse videtur Iustinianus Imperator, qui ius omne illud antiquum, & in tot millibus librorum congestum, sub certis congruis titulis, Iureconsultis suæ ætatis clarissimis colligendum mandauit. Et cum adhuc neminem viderim, qui de Iudæis passim inter nos Christi fideles versantibus, cæterisque infidelibus, materiam, in opus speciale redegerit, licet sit ea res maxime utilis, & necessaria non modo ad lites tollendas, sed etiam ad animarum salutem, Ea ratione in primis adductus, vt ego quoque; licet minimus intra gregem Domini, aliquid in eius gazophilatium conferrem, exemplo pauperulæ illius Annæ de qua Marci xii. Lucæ xxi. Minuta hæc de meo qualibet ex ibi penuario, in archam Ecclesiæ catholicæ, comportare decreui, nam in templo Dei, offert vni quisque quod potest, secundum Hieronymum, qui magis inspicit. Cor, quàm opus. xv. q. vi. c. i. & sanè libenter efficiam, quantum possum, quando quidem non possum, quantum debeo, & opto, pro communi hominum utilitate, nec enim tam ægre feram, me in scribendo ab aliis victum, quàm dolerem, si qualiacumque; potui in medium afferre noluisse viderer, cum præsertim sciam Dominum diligere offerentem etiam Calicem aquæ frigidæ in nomine suo, prout & Petrus modica quædam obtulit rete scilicet lacerum hamum, arundinem, & nauiculam tantum. Quam ob rem non vlla laudis humanæ cupiditate ductus, sed seminandæ veritatis, xxxii. q. iiii. obiciuntur, & tantum ne in eius conspectu vacuus appaream. Offero domino Deo meo tractatum huc, (qualiscumque; sit) de Iudæis, & aliis infidelibus, quæ hic proximis annis, successiuis horis, & festis diebus congesti, cum mihi per Forenses occupationes, & publica negotia, aliquid

1 ocii daretur. † Hæc ideo me reprehendi posse iure ab vlllo, puto, quod dies festos, qui assignati sunt pro curandis rebus diuinis in his scribendis consumpserim, eo quod non videatur licere die Dominico studere, etiam scholari, per ea quæ tradit Ioan. And. & Anton. de But. in c. i. de feri. Quia Doctores magna ex parte sequuntur contrariam sententiam, quam tenet glo. in l. Diuus in verbo Milita-

rem. ff. eod. tit. & sequuntur, Dyn. Guil. Ang. Alex. & Iaso. qui assert prouerbiū illud nostrorum maiorum, qui dicere soliti erant, quod Scholares, qui obseruant festa, male scient Codicem, & peius digesta, atque etiam propter debilitatem memoriæ, vt in die festo non obliuiscantur, quod aliis diebus didicerunt. Et cum sit periculum in mora permittitur, quod alias non permitteretur, vt per Dy. ibi. Et quia iuvenes relicto studio diebus festis, aliis voluptatibus indulgere solent, quod iure diuino prohibitum est Deutero. v. Exo. 22. Immo ad Ecclesias vadunt, vt videant potius Dominas quàm Deū, vt tradit Abb. in d. c. i. col. ii. in fin. qui propterea eandem sequitur sententiam, quam confirmat pluribus mediis, & hoc approbat gl. in l. omnes, la. pri. in verbo artium. C. de feri. vbi etiam Odo. Rai. Ang. & Fulgo. & Azo. in summa eod. tit. post prin. & Archidia. in c. ieiunia. de consecra. distin. iiii. Dicens omnia spiritualia, etiam sine necessitate, licere diebus festiuis vt scholaribus, libris studere, &

2 prædicare, & San. Tho. secunda secundæ, q. cxxii. arti. iiii. † Vbi dicit quod nullus actus spiritualis exercitii est contra obseruantiam Sabbati. Sicuti etiam in operibus misericordiæ, non est habenda distinctio dierum, Math. xii. Lucæ vi. & xiiii. Ioan. v. vii. & ix. † Cum liceat etiam ea exequi omnia, quæ ad hominis salutem corporalem pertinent, vt in medendo, & pharmacis componendis, & exhibendis, & quædam humana officia, quæ necessitas exigit, possunt his diebus exerceri, vt officium colloquendi, scribendi, & præparandi cibaria, & ex hoc excusantur coqui, carnifices, scriptores, & alii, de quibus per Archidia. in d. c. Ieiunia & per Lucam de Pen. in l. fi. C. ne opera. collato. exi. lib. x. & Rosari. Bulti. Sermo. xix. par. i. Et si in terrestribus hoc permittitur, vtpotè Agricolis in colligendis eorum fructibus spiritualibus serendis, & percipiendis, vt per Cardi. Flo. & d. Fran. Zabarel. & Ant. de Butr. in d. c. i. de fer. & Aluarot. in prohemio seu. in pri. & secunda col. & Lucam de Pen. in l. i. col. ii. & iii. C. de Agri. & cens. lib. xi. vbi inuehitur contra Ignauos Scholares, qui festa libenter obseruant: Immo, & in ipsis diebus festiuis,

4 † licitum est bellare, & manum cum hoste cõferere, si necessitas urgeat, vt per Ioan. de Ligna. in tracta. de bello. cap. lxii. & habetur pri. Machab. xi. & per San. Tho. secunda secundæ. q. xl. Sed cum ex iis, quæ postea à me dicentur, facilius dignoscant Christiani omnes, qui hæc nostra legent, quomodo se gerere debeant cum infidelibus, & pariter ipsi nobiscum, & plura inferantur, quæ ad animarum

salutem conducere videntur, non erit alicui locus reprehensionis, cum praesertim haec nulla spe lucri adductus scripserim, sed tantum ut ignaros instituerem, & erudirem, solamque Dei gloriam & salutem animarum mihi proposuerim, quae tantam vim habent, ut facile me quamlibet occupatum, incitare ad scribendum potuerint. Erit igitur disputatio haec nostra tota non modo utilis legentibus ad quaerendum faciendum, cum saepe de his rebus nostra aetate oriri soleant controuersiae maximae, sed quod longe maius est ad pietatem, & religionem colendam, caelestesque thesauros comparandos, Quod si quid recte vereque dictum reperietur, id omne Deo attribuat. Sin autem aliquid perperam, minusue caute scriptum fuerit, summitto me omni tempore, libens, volensque correctioni, ac subiicio scripta haec meo iudicio, & decretis Sanctae matris Ecclesiae Romanae, volo quae omnia dicta, non nisi cum solita protestatione, de qua in c. haec est fides xxiii. quaest. pri. remittendo me semper eius determinationi, a qua nunquam intendere recedere, & quicquid aberratum esset protestor me paratum, quando cunque (si opus est) publice corrigere, & eo casu ea omnia pro renocatis haberi volo, coram Deo, & Mundo, ut facit Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo totius in fin. & Ant. de Rosel. in tracta. de potesta. pa. car. 46. & his in fin. nume. 17. Nec stili ornatum a me est quod quisquam requirat, nam simplicem ac tenuem dicendi rationem sequar, qualem nostri Doctores secuti sunt, ut ab omnibus facile intelligi possint, quae a me dicentur, tam sapientibus quam insipientibus, ut in spiritualibus fieri docet Apostolus. Ad quae fateor, ingenue, plurima addi posse, nam & facile est inuentis addere. His tamen in praesentia conuentus sum, relinquens aliis, cui natura praestantius ingenium suppeditauerit modum hanc rem latius explicandi, & satis mihi sit ut homines intelligant, me pro virili mea haec conatum, efficere; Quae si non perfecero, at incohata, & informata, saltem aliis, qui me peritiores sunt, expolienda relinquam, neque enim inuideo cuiquam bonum, quo ipse careo, sed e contra magnam voluptatem capio, si ea quae mihi natura denegauit aliis video inesse. Etenim scio me constitutum in eo statu, quo ille aedificare volens turrim, qui non computauit sumptus ad eam perficiendam, illusione dignus, de quo Lucae xiiii. Sed omnia libenter pro Domino meo sustinere paratus sum, sufficere namque puto mihi habuisse

habuisse animum paratum ad maiora peragenda si datum fuisset, iuxta not. in c. paratus xxiii. q. i. & satis sit ut commentandi veri, aliis quoque semitam monstrarem.

Et cum titulus Operis sit de Iudaeis, & Sarracenis, & aliis Infidelibus, videndum erit prius, unde nomina haec ducant originem, iuxta documentum Vlpiani in l. pri. in princip. ff. de iusti. & iur. ubi iuri operam daturus prius nosce oportet unde nomen iuris descendat, & in l. pri. ff. de dolo. & quod no. in l. pri. ff. si certum petat. & in l. pri. ff. de acquirend. possess. cum multis similibus, & ex Platonis sententia in Phaedro, in omnibus rebus hi qui bene consulere volunt est intelligere illud de quo consultare intendunt, & idem tradidit Cicero, quem refert Bald. in praeludi. feu. col. iiii. Et quia prius de personis, quam iuris ratio quaerenda est l. quidam. ff. de codi. cil. & l. si quaeramus. ff. de testa. Ideo Imperator praemisit titulum. C. qui milita. pos. libro. xii. titulo sequenti de re militari. Et sciendum est, tres esse infidelium species, scilicet Paganos Iudaeos, & Haereticos, cap. pagani xi. quaest. vii. de quorum distinctione habetur per San. Tho. secunda secunda quaest. x. Licet posset etiam allegari quarta species infidelium, videlicet, Maranos, ita vulgo appellatos, † qui nullam colunt religionem, & solent deprauare bonos mores ciuitatum, & ex eorum consuetudine pietatem Christianam ledere, & qui de facili possent maxime simplices in alienos ritus inducere a Fide CHRISTI alienos, propterea sibi cubi degunt, consulendum esset ut eorum commertia vitarentur, nam olim plures insignes ciuitates mercatoribus quoque forensibus se abstinerunt, iuxta text. in l. mercatores. & l. fin. C. de commer. & merca. Legitur enim Chartaginenses distincta diuersoria mercatoribus statuisse, nec ea, illis cum ciuibus communia esse voluisse, quibus tamen in forum via patebat, ad Naualia autem, & secretiora vrbis loca, ne aspectus quidem concedebatur, & Graeci eos intra urbem minime recipiebant & plures gentes leguntur mercatores ad se accedere prohibuisse, quod mores deprauarent, eo magis ergo deberet prohiberi ingressus vrbium dictis scelestissimis hominibus, nam quo ad mercatores alia nunc est ratio, ut habetur in l. vnica. C. de nundinis, & in l. semper. s. negotiatores. ff. de iure immuni. quibus etiam plurimum Romani ascripserunt, ut per Ciceronem in Oratione pro lege Manilia, & per Alberi. in rubri. C. de commer. & merca. & de hoc cum non sit locus sius plu-

ra prætermitto ex consulto. De quibus etiam Maranis an sint vocandi hæretici, vel apostatæ cum non in partem tantum de fide Iesu Christi male sentiant, sed in totum eam abiiciant, vide aliqua per Gundisaluum in tracta. de hæreti. q̄o. v. Hi sunt qui originem traxerunt ex Iudæis, qui metu amittendæ rei, se sacro fonte abluerunt, clam tamen paternis legibus inuigilantes, cæteris ex Hispania pulsus persuasione Vincentii ordinis prædicatorum, qui inter sanctos relictus est, qui pessimum genus hominum euasere, cum, ut audiui, nec Deum esse opinentur, de quibusdam vero aliis, qui Diabolica superstitione demonum ministerio vtuntur, ut de sortilegis & lamiis & similibus & de hæreticis, quia sunt alibi copiosè pertractata & non est intentionis nostræ ad ea diuertere, sed principaliter de Iudæis tractare ideo ab ipsis erit exordium.

- 1 Iudæi unde sic appellati.
- 2 Iudas inter eius fratres fortissimus, & honorabilior alijs.
- 3 Christus Redemptor ex Tribu Iuda.
- 4 Sacerdotes, quorū suasionibus Christus fuit crucifixus, ex tribu leui.
- 5 Error Cornelij taciti circa originem Iudæorum.
- 6 Hebrei unde sic nuncupati, & ponuntur plures opiniones.
- 7 Hebrei nominis ethimologia.
- 8 Iudæi primò uocati hebrei, postea Iudæi, & quare, & nu. 5.
- 9 Iudæi quare dicti Israelitæ, & populus ille Israel.
- 10 Iacob quare dictus Israel.
- 11 Iudæi moderni amiserunt filiationem Israel, & non amplius Israelitas uocari.
- 12 Nomina antiquis patribus imposita non uoluntate humana, sed de inspiratione processisse.
- 13 Sarraceni qui sint, & nu. 18.
- 14 Sarracenos compescendos ab inuocatione publica Maumetis, & de eorum templis, & pœna contrafacientium.
- 15 Templum Pantheon consecratum in honorem beatissimæ Virginis, & omnium Sanctorum.
- 16 Sarraceni unde originem traxerunt.
- 17 Sarraceni alio nomine appellati etiam gentiles, & de hoc uerbo gentilis.
- 18 Sarraceni quos libros ueteris Testamenti admittunt, quædam ex eis.
- 19 Sarraceni appellantur etiam pagani.
- 20 Pagani unde dicti.
- 21 Christiani unde sic appellati, & nomen Christi.

1



2

3

V D A E I † dicti sunt a Tribu Iuda, vna ex. xii. filiis Iacob. & sunt ex progenie Caldeorum, ut habetur In dith. v. Et Tribus Iuda † fuit præstantior cæteris, ut per Abb. in Rub. ext. de iudæ. fuit enim Iudas belliciosior aliis fratribus, & de stirpe eius Reges, & Principes germinati sunt. i. Paral. v. ibi, porrò Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, & c. & dicitur Gen. xlix. O Iuda te laudabunt fratres tui, Catulus leonis Iuda, & c. Ex quibus locis patet de præminetia Tribus Iudæ tam in honore, & excellentia, quàm in fortitudine. Et ex eadem Tribu † descenderunt Dauid, & alii Reges post eum in Hierusalem, & tandem CHRISTVS Redemptor noster, ut clarum est ex illis verbis, in d. c. xlix. Non au

feretur sceptrum de Tribu Iuda, & Dux de femore eius, & sequenti bus. & ii. Reg. vii. & Luc. i. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & hebra. vii. manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster.

- 4 Sicut ex Tribu Leui descenderunt † Sacerdotes, nam & Tribus Leui sola, honorata Sacerdotio, a negotiis ad victum pertinentibus libera erat, neque colebant agros, neque tractabant opificia, nec phas erat ex alia vlla Tribu Sacerdotem vnquam fieri, & inde Aaron, & ceteri Sacerdotium accipiebant, Qui cum Phariseis fuerunt causa, & origo mortis CHRISTI mediantibus eorum prauis persuasionibus, & iniquis consiliis. Quod Iacob ipsius pater prauit in spiritu, dum praedixit, Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, & in coetu eorum non sit gloria mea, quia in furore suo ceciderunt virum, &c. Sed quod attinet ad Sacerdotium non silebo, Quod diuersus nobis ordo Sacerdotii contigit, ab hebraeis, illi enim non nisi de semine Leuitarum, vt dictum est, & secundum ordinem Aaron Sacerdotio succedebant, Nos vero ex omni genere hominum, & secundum ordinem Melchisedech in Sacerdotium recipimur, cuius quidem generatio nusquam habetur, licet is credatur fuisse gentilis, vt praefiguraret de iudaeis ad gentes aliquando migraturum Sacerdotium, & illi de carne carnalia tantum metebant, at nostri de spiritu metunt etiam caelestia, & primus Sacerdos fuit Melchisedech, qui Abraham obtulit panem, & vinum in figuram Sacramenti Corporis CHRISTI xxiii. q. v. vt per Hostien. & Doct. in c. per venerabilem qui filii sunt legitimi, Hosti. in c. pri. de sac. vncti. Cardi. in de. pri. col. iii. in princ. de iudae. & xxi. distin. c. denique. & Genesi xiiii.

Sed Archidia. lvi. distin. c. Dominus, dicit Iudaeos dictos a nomine dignioris Tribus. I. Tribu Iudae Patriarchae, & quod sunt, qui legem Mosaicam ad literam tenent, se circumcidendo, & alia legalia faciendo.

- 5 Ex quo patet Cornelium tacitum lib. pri. historia. † Somniasse, dum asserit Iudaeos a Monte Ida nuncupari, & inde oriundos fuisse, & subinde etiam Supinam esse ignorantiam Dionis dicentis se nescire causam quare appellati sint Iudaei.

Lactantius vero lib. iiii. diuini. instit. cap. x. tradit ipsos prius fuisse dictos hebraeos, & postea amisisse hoc vetus nomen hebraei, & dictos Iudaeos a Iuda Principe eorum examinis, & terra, quam coluere, Iudaea.

- 6 Sed dicuntur etiam hebraei † ab Heber, cuius familia cultum tenuit vnus

vnus Dei, ceteris Idolatria fœdatis, vt per Hosti. in sum. de iudae. & Archidia. in d. c. Dominus, fuit q; Heber filius Salè filii Arphaxat. Gen. x. & xi. Et hoc tenet Ioseph hebraeus, in lib. pri. de antiquitatibus. cap. xiiii.

Augustinus autem, lib. xvi. cap. iiii. de ciui. Dei, recitat duas opiniones, dicens, Quod quidam putauerunt Hebraeos tale nomen traxisse ab Heber filio Salè, qui fuit abnepos Sem filii Noè, & prius vocabantur hebraei, sed detracta vna litera, dicti sunt hebraei secundum Iosephum, & prout dicit Glo. in verb. familia. in c. cum igitur. xxxv. q. i. Et quia in diuisione linguarum in eius familia lingua hebraea remansit, quae prima humano generi tradita fuisse dicitur, vt affirmat idem Augusti. eo. lib. c. xi. & subdit quod & alia potest esse opinio, vt. scilicet Abraham tanquam Hebraei dicti esse videantur, vt etiam dicit Glo. in d. verb. familia, quae satis rationabilis opinio videtur, tamquam a primo patre, cui facta fuit promissio redemptionis Israel, eique data fuit circumcisio, qua hebraei distinguuntur a gentibus sicut & ipsi in multis locis Euangelii sacri professi sunt, dicentes. Nos filii Abraham sumus, videtur ergo, quod potius ab Abraham, quam ab Heber ita nominentur. Sunt etiam nonnulli, qui putant hebraei nomen a pastura pecudum deductum esse, eo quod Iacob urgente penuria Annonae in Aegyptum migrauerit cum. xii. filiis suis, & cum eis pastoriciam vitam egerit.

- 7 Paulus vero Episcopus Burgen. tradit † eos sic appellari ab Ethimologia vocabuli, quod idem sonat, quod peregrinos esse, & in re, ita eis successit, cum ferè semper peregrinati sunt, modò in Aegyptum, modò per desertum, modò in terram Canaan, modò huc, modò illuc, nunc autem in vniuersum orbem captiui peregrinantur.

- 8 Licet Augusti. in lib. quaestio. vete. & noui testa. q. cviii. firmauerit † hebraeos nuncupatos ab Abraham, potiusquam ab Heber, ex rationibus ibi per eum allegatis, cuius sententiae, & aliorum sequacium obstat, quod habetur Genesi. xiiii. in illis verbis. Et ecce vnus, qui euaserat, nunciauit Abraham hebraeo &c. prout etiam huius contrarii meminit Archidi. in d. c. Dominus dicens ob id Augustinum retractasse priorem suam opinionem, & ideo verius videtur quod ab Heber hebraei dicti fuerint potiusquam ab Abraham.

- 9 Dicti sunt etiam Israelitae, † & Israel denominatur populus hebraeus a Iacob, vt per Augusti. lib. xvii. de Ciui. Dei. c. xxxix. quod nomen Iacob adeptus est, dum iret in Mesopotamiam, cum vidisset in spiritu. vel somno scalam, quae a facie terre vsque ad caelum

pertingebat, & angeli ascendebant, & descendebant, & Dominus incumberebat super eam, Gen. xxviii. ex qua visione deinceps appellatus est Israel, Iacob, quod nomen postea populus hebræus ex illo procreatus assumpsit, & tale verbum idem sonat, quod vidēs Deū, innuens si populus hebræus in vocatione sua, & fide permanisset, utique Deum facie ad faciem vidisset, sed sua nequitia, & iniquitate eatenus excæcati sunt, ut nunquam videre possint faciem clementissimi Dei, Item & Angelus luctando cum Iacob, vocavit eum Israel. Gen. xxxii.

Sed Isidorus de sum. bono, q. c. ii. dicit, quod hebræi vocati sunt ab Heber, qui pronepos fuit sem, ut dictum est, Israelitæ verò ab Israel filio Isaac, nam Patriarcham hebræorum constat fuisse Israel, à quo duodecim tribus iudeorum, Israelis vocabulū fortitæ sunt, Iudeis autem, scissura. x. tribuum, nomina imposuit, nam antea hebræi, siue Israelitæ nuncupabātur, Ex quo autem in duo regna Dei populus diuisus est, tunc duæ tribus, quæ de stirpe Iuda Reges habuerunt, nomen iudeorum fortitæ sunt. Reliqua pars decem tribuum, quæ in Samaria sibi Regem constituit, ob populi magnitudinem, pristinum nomen retinuit Israel. Hæc ille.

10 Iudæi tamen moderni amiserunt filiationem † Abrahamæ, & nomē Iacob, & Israel perdidērunt, nec amplius sunt vocandi Israelitæ, quia eiectione sunt ab Ecclesia, & non sunt sequuti religionē, Abrahamæ, & Iacob, quia non receperunt, nec voluerunt CHRISTVM illis promissum, & expectatum, & sic christiani remanent veri filii Abrahamæ, & Iacob secundum repromissionē, quia imitantes Abraham, & Iacob receperunt CHRISTVM illis promissum, & expectatum, & sunt benedicti, & per baptismū, regenerati in CHRISTO. qui est semen Abrahamæ, & de hoc vid. etiam Bart. in l. i. C. de paga. & Oldra. consi. lxxii. An contra.

11 Scias etiam quod nomina eorundem Patrum antiquorum, † ut Abraham, non fuerunt eisdem imposta casu, nec humana voluntate, sed solo Dei præcepto, & inspiratione: in quantum fuerunt imago, & figura, CHRISTI, & Ecclesiæ, secundum Augustinum contra Faustum, & lib. xvi. c. ii. de Ciuit. Dei. Sic de nomine Saræ, Iacob, & Petri, qui Simeon. i. obediens dictus est, & Cephas, erat enim Abraham nonaginta annorum, quando fuit sibi datum illud nomen, quod illi impositum fuit secundum carnem (imponerent enim hebræi tempore circumcisionis nomina, sicut & christiani tempore baptismi) Vnde post circumcisionem ipsius Abrahamæ

Deus vocavit illum Abraham in signum gratiæ, eo quod futurus erat pater multarum gentium. Gen. xvii. & ideo Abraham est nomen fidei, gratiæ, & Sacramenti, & sic habuit duo nomina, vnū naturæ, alterum gratiæ, vnde etiam ex eo nati sunt filii ex Ismaele secundum carnem, at illi fuerunt filii secundum spiritum, qui sequuti sunt fidem eius de CHRISTO. & de natis ex carne, & spiritu differunt et habetur Ioan. iii. ibi, quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est, & per Apосто. ad Roma. iiii. & ad Gala. iii. & origenem omelia. ix. libri Genesios. & hæc sufficiant quo ad concernentia ipsos hebræos in præmissis.

12 Sarraceni autem sunt, † qui adorant sacrilegum Maumethem, de quibus habetur in cle. pri. de iude. Et licet Iudæi tollerentur in terris Christianorum in eorum ritibus, quia colunt verum Deum. c. Iudei. c. consuluit, de iude. Sarraceni tamen minime tollerantur, & per d. cle. pri. prouidetur, ut Principes, sub quorū Domini orantur, † cōpescant Sarracenos sibi subiectos ab inuocatione publica Maumethis, & ab aliis eorum ritibus, Detrahitur enim honori fidei christianæ si talia permitterentur, ut in l. i. & tot. titul. C. de paga. & eorum sacrifici. & prohibentur, ne faciant eorum sacrificia inspecto iecore animalium, vel extis, promittendo, vel diuinando futura, immò statutum est eorum templa debere claudī sub pœna amissionis bonorum, & vitæ. l. i. & ii. eo. tit. Et omnia eorum templa applicantur Reipublicæ, ut Imperator, ea cuiusq; velit possit donare. l. omnia. C. eo. Sicut fecit Phocas Imperator, qui anno Domini. 607. concessit beato Bonifacio Papæ. iiii. Pontifici Romano

14 Templum illud, † quod Pantheon appellabatur, ut consecraretur in honorem Beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum, cuius rei meminit Azo. in sum. C. de paga. & infra in iii. parte latius explicabitur.

15 Qui Sarraceni descenderunt † ab Agar, quæ fuit ancilla Saræ, & Abrahamæ, quæ eidem genuit Ismaelem, à quo ipsi originem traxerunt, & ideo potius vocari deberēt Agareni, quàm Sarraceni, cum non à Sarra, sed ab Agar deriuent, & minus idoneæ faciunt se ita nuncupari ab vxore Abrahamæ, cum ducant ortum ab eius ancilla, ut per Imol. in d. cle. i. col. ii. versic. quarit Guilielmus, ubi etiam Card. col. i. & per Ioan. de Ana. in Rub. ext. de iudæ. col. i. & alios ibi, & Alberi. in Rub. C. de paga. & per Deci. in c. i. col. vii. ext. de constituti. Et de ipso Ismaele quod factus sit sagittarius, prout vsque in præsens sagittis vtuntur Sarraceni, habetur Gene. xxi. inde per Agar ancillam, intelligitur secta Maumethi; per Sarram Ecclesia fide-

lis. xxiii. q. iiii. c. quando. & c. si Ecclesia.

Et mirum est, quod ex primo genito Abraham. sex Ismaele orti sunt Deo rebelles, cum fuerit author Gentilium, infidelium, & natus ex matre Aegyptia, à qua etiam infectus fuit, sicut & habetur de Esau primo genito, & Iacob, in cuius secundo geniti domo Dominus regnare voluit. Et ut altius meditemur, idem contigit in primo Angelo, qui fuit Deo rebellis, & notandum quod Sarraceni ad literam vocantur bestia, quia & Ismael pater eorum vocatus est à Domino Onager, de quo ui. Oldra. conf. lxxii. an. contra.

- 16 Et prædicti etiam alio nomine ¶ Gentiles vocantur, ut probatur, xxviii. q. i. c. caue, & ibi Archid. dicit, quod Gentiles dicuntur, qui tales sunt, quales sunt geniti. s. qui, nec receperunt circumcisionem, nec baptismum, & ibi Ioan. de Tur. Cre. dicit, quod tales pauci reperiuntur, cum ferè omnes Gentiles nunc circumcidantur, & cibos discernant, & de his ui. no. in c. ii. de cõcessio. præben. & Deci. in c. i. in x. col. versicu. & dicuntur, ext. de constitu. Dicuntur etiam Ethnici. Aliter etiam Gentiles intelliguntur Nobiles, iuxta vulgare idioma, de quo ui. Tiraquel. in tracta. de nobilitate. car. 2. nu. 50. & in tracta. de retractu lignagier. in glo. ix. q. i. Sed Alex. conf. 130.
- 17 super eo, de quo quæritur, colu. ii. vers. & illos, vol. vii. dicit ¶ Sarracenos illos intelligi, qui nec nouum, nec vetus testamentum recipiunt, sed Deos plures colunt, aliter Hosti. in sum. de iuda. 6. qui sunt Sarraceni, cum sequenti, & specu. eo. tit. vbi dicunt quosdã Sarracenos (& sunt Samaritani) recepisse libros quinque; Mosi, sed prophetas abiectis, & videri potest iiii. reg. xviii. quosdam non recepisse, quæ Moses præcepit, de quibus etiam per Deci. in d. c. i. col. v. vers. quarta conclusio.


- Saducei etiam quinque tantum libros legis recipiebant, prophetarum vaticinia respicientes, ut per Isido. de sum. bono. cap. iiii.
- 18 Sarraceni dicuntur etiam ¶ pagani, & ita loquitur tit. C. de paga. & ii. q. vii. c. pagani, & de consecrati. distin. i. c. ecclesiam, in qua, & secundum Ioan. de tur. crema. paganus dicitur, qui nec est Christianus, nec iudæus. i. neque baptizatus, neque circumcisus. Paganus etiam in iure accipitur pro eo, qui non est miles, & ideo dicitur miles habere bona castrensia & paganica. l. si. cum si. C. de inoffi. testa. & ff. & C. de testa. mili. per to. vbi plura specialia ponuntur in eorũ testamentis. Item peccatum paganitatis incurrit, qui sedi Apostolicæ non obedit. Glo. in c. dolentes, de celebra. missa. in verb. diuinum officium. De quibus paganis Isidorus, de sum. bo. lib. viii. cap. x.

19 cap. x. sic dicit, ¶ Pagani ex pagis Atheniensium dicti, vbi exorti sunt, ibi enim in locis agrestibus, & pagis gentiles lucos, Idolaque coluerunt. A tali initio Pagani vocabulum sortiti sunt.

Et sicut Iudæi à iuda, hebræi ab heber, agarini ab agar, pagani 20 ¶ à pagis sunt dicti, ita etiam Christiani à CHRISTO c. i. de sacra vncti. Suscipimus enim vnctionem, & crisma quando militie Christi ascribimur, & in c. de his, de consecra. distin. v. Et primo apud Antiochiam fuit nomen illud, postquam Petrus apostolus se primo post anno, mortuo Christo, fuit Episcopus Antiochæ. xxii. distin. c. sacrosancta. vii. q. i. mutationes. Abb. in c. i. de his, quæ fi. à maio. per ca. Et primo dicebantur discipuli Christiani, Actuum xi. & ui. Augusti. in lib. iiii. de Doctrina Christi. & per Abb. in c. causam, quæ, de iudi. in i. no. vbi dicit, quod appellabantur discipuli, vel fratres. Licet etiam Christiani à Iudæis, quasi in opprobriũ Nazarei vocabantur, pro eo, quod Dominus noster, atque Saluator à Vico quodam Gallileæ Nazarenus sit appellatus. Non gloriatur autem quis se Christianum, qui habet nomen, & facta non habet, ubi autem nomen sequutum fuerit opus, certissime ille est Christianus, qui se factis ostendit Christianum, ambulans sicut & ille ambulauit, à quo & nomẽ traxit, ut p. lli. lib. vii. c. fi. de sum. bo.

21 CHRISTVS autem ¶ a chrismate est appellatus. i. vnctus, præceptum enim fuit iudæis, ut sacrum conficerent vnguentum, quo perungi possent hi, qui vocabantur ad Sacerdotium, vel ad regnũ, Et sicut nunc Regibus indumentum purpuræ, insigne est Regie dignitatis, sic illis vnctio sacri vnguenti nomen, ac potestatem regiam cõferebat, & inde Christi dicti à Chrismate, quod est vnctio. Non est autem Saluatoris proprium nomen, CHRISTVS sed communis nuncupatio potestatis, Dum enim dicitur Christus cõmune dignitatis nomen est, Dum IESVS CHRISTVS, proprium nomen Saluatoris, & vocabulum, de quo per Archi. in c. si baptizata. de cõsecra. distin. iiii. & glo. in c. i. in verbo Iesu Christi. de immunit. eccle. in vi. Idem Archi. de consecra. distin. v. c. nouissime, & de nomine Iesu ui. infra in par. iii. princ. c. i. nu. 53. qui etiã, & ianua, siue hostium, vocatus est, & via, & columna, & nubes, & petra, & agnus, & manna, & caper, & vitulus, & leo, & fons, & sapietia, & verbum, & filius, & angelus, & Saluator, & Dominus, & homo, & filius hominis, & lapis angularis, & sol, & propheta, & panis, & rex, & ædificator, & agricola, & pastor, & vitis, & similibus nominibus, secundum varios effectus ad salutem nostram.

- 1 Iudæi sunt inimici crucis, & nominis CHRISTI blasphemi.
- 2 Iudæum esse an sit delictum, & qualitate.
- 3 Iudæos sustinet Ecclesia ex pietate, & eorum ritus.
- 5 Iudæis, & in eorum fauorem, condita lex specialis contra Christianos.
- 4 Iudæus an possit omiſſa conditione. l. Christianis agere ui bonorum raptorum.
- 6 Consuetudo, quæ uiget per Italiam de tollerandis Iudæis mutu. mibus sub uſuris, an sit tollerabilis.
- 7 Ritus Iudæorum quare tollerandi, non sic Sarracenorum, & cæterorum infidelium.
- 8 Iudæi licite habent domos in terris Christianorum, nisi tibi uelint exercere uſuras.

- 1  T licet Iudæi t̄ sint inimici Crucis Christi Redemptoris nostri. c. licet vniuersis, ext. de testi. & eiudem nominis blasphemi. c. i. c. cum sit nimis, ext. de iudæ. Et ipsum esse t̄ iudæum sit crimen, & delictum habito respectu ad ipsum Deum, & pœnam æternam, non autem quo ad iudicem, & forum contentiosum, vt per Roma. & Alex. in l. multum in terest, circa fi. ff. de verb. oblig. & no. per Bar. & alios max. Ias. in l. apud Iulianum, alias est. l. idem Iulianus. s. constat. ff. de lega. pri. & per Feli. in c. multorum. colum. ii. versic. vtrum autem esse iudæorum, de iudæ.
- 3 Ipsos tamen Iudæos t̄ ex pietate sustinet Ecclesia, & pietas Christiana receptat, c. & si Iudæos. extra de iudæ. & ratione humanitatis à nobis sunt fouendi. c. iudæi, extra de testi. & propter implementum legis charitatis. Math. v. diligite inimicos uestros, & cum sint participes naturæ nostræ tanquam proximi nostri sunt à nobis diligendi, de peni. distin. ii. c. charitas est. s. item proximos, cum Glo. in verb. participes. Et non sunt perturbandi in eorum solennitatibus, & cerimoniis. c. qui sincera. c. iudæi de. i. de iudæ. l. die sabbati. C. eo. tit. Nec debet eis molestia inferri, & in eorum bonis sunt cōseruandi. l. nulli. C. eo. tit. c. sicut, ext. de iudæ. & per Aposto. i. Corin. ix. & factum sum iudæis tanquam iudæus, vt plures lucrifacerem, & c. x. circa fin. sine offensione estote iudæis, & gentibus, nam & Romani sustinebant iudæos posse filios circumcidere absque pœna, secus in aliis gentibus. l. circumcidere. ff. de siccar. Et de tollerandis eis in eorum ritibus, vi. Sanctum Tho. secunda secundæ. q. x. arti. xi. Item Imperatores Honorius, & Theodosius t̄ condiderunt specialem prouisionem pro iudæis, & paganis contra Christianos

rapiantes bona eorum mobilia, de qua in l. Christianis. C. de paga. & eorum templis, quod non reperitur specialiter statutum pro Christianis contra eos, prout per Roffre. in libellis suis, super commento dictæ constitutionis, Dicens. quod non sine causa sic statuerunt. s. propter raritatem iudæorum, & paganorum, quia multi Christiani sunt in eorum terris, & pauci iudæi habitant inter Christianos, Ideo voluerunt Principes Illi, quod ipsi ita pauci essent tuti inter Christianorum cœtus, & subdit etiam intellexisse à multis, quod in partibus vltamarinis, & in Hispania apud Sarracenos, quia ibi sunt pauci Christiani, est similiter prouisum speciali lege de ipsis Christianis non offendēdis, & magis, & atrocius puniatur Sarracenus offendens Christianum, quàm paganum.

- 5 Quid autem si iudæus, vel paganus t̄ nollet vti beneficio dictæ cōstitutionis Imperialis, aut nollet agere conditione ex. d. l. Christianis, sed vi bonorum raptorum, an possit, vi. per Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de iudæ. & Ioan. de Ana. in d. c. & si iudæos, & tangit etiam Roffre. vbi supra.
- 6 Et videtur t̄ admitti iudæorum tollerantia inter nos etiam in ipsis mutuantibus sub uſuris, per ea, quæ tradit Alex. consi. i. col. iii. & iiiii. & per to. vol. ii. concludens generalem consuetudinem, quæ hodie uiget per Italiam de sustinendis hebræis mutuantibus sub uſuris in ciuitatibus esse tollerabilem, immò necessariā, & salutiferā, & sine peccato propter necessitates hominum, & quia alias Christiani exercerēt ipsas uſuras, secuti Paul. de Cast. consi. ibidem per eum allegato. Et idem Alex. in cōl. cvii. pro inuestigatione. col. iii. & iiiii. eo. vol. de qua latius dicetur infra cap. xi. nu. xi. istius primæ part. princ.
- 7 Sustinentur etiam in eorum ritibus seruandis, t̄ quia in eis olim præfigurabatur ueritas fidei, quàm tenemus, vt per Feli. in c. cōsuluit. col. ii. versic. ii. nota. de iudæ. vbi etiam Marianus & inde prouenit hoc bonum, quod testimonium fidei nostræ habeamus ab hostibus. & quasi in figura nobis representatur quod credimus, secundum S. Thomam secunda secundæ q. x. arti. x. Et in eis est manifestatio iustitiæ Diuinæ ex eorum pœna, quod sint rei Dominicæ passionis, prout imprecari fuerunt dicentes, sanguis eius super nos. & secundum Augusti. occisi non sunt, sed dispersi, ut quamuis in fide, vnde salui fierent, non haberent, tamen vnde nos adiuraremur; retinerent, in libris suffragatores, in cordibus nostri hostes, in codicibus testes. Non autem sic tollerantur ritus aliorum infidelium.

delium, cum nihil veritatis, aut vtilitatis nobis afferant, vt habetur in l. i. & ii. C. de paga. Et de aliis pluribus eidem iudæis permiffis tradit Bal. confi. cccxvi. incip. quia fæpe col. i. in fi. cum feq. vol. i. Et ficut nos fuffinemus iudæos, ita olim ipfi iudæi fuffinuerunt Iebufeos ad fecum cohabitandum in Hierufalem, vt legitur Iudi. i. & Iofue. xv. & xi. q. iii. nolite.

- 8 Et ideo licite habēt † iudæi domos in terris Christianorū, vt probatur, in c. quia, & ibi per Fely. in prin. de iudæ. & in c. quanto de vfur. vbi dicitur, quod foluunt de domibus decimas, nifi vellent in eis exercere vfuram, quia tunc fecus efferet, per c. i. de vfur. in vi. Et quæ ibi tradit Domini. qui extendit illum tex. qui loquitur de quibusdam Christianis exercentibus vffuras, circūfundo diuerfas pro uincias fecundum Doct. ibi, quod habeat locum etiam ad locates domos iudæis feneraturis, quia licet celfet in eis fauor animæ, remanet tamen alia ratio. f. depauperationis foluentiū vffuras, quod placet Fely. in d. c. quia, circa fin. Et dicit fe credere hoc verius efferet, reprobat opinione aliquorum contrarium tenentium, quod intelligendum efferet, nifi iudæi exercent vffuras in aliquibus terris Christianorum Principum, præuia difpenfatione fummi Pōtifcis, vt confultit And. Sicu. confi. xv. vifo puncto. col. ix. vol. iiii. & fecundū ea, quæ dicentur cap. xi. nu. i. 4. cum feq.

S V M M A R I V M . C A P I T I S . I I I .

- 1 Sinagoga iudæorum veteres tollerantur inter Christianos.
- 2 Hereticis non permittitur congregatio, ficut iudæis.
- 3 Priuilegium tacite hippotecæ non competit mulieri hereticæ, ficut iudææ.
- 4 Sinagoga quid fit, & Ecclefia quid.
- 5 Ecclefia, & Sinagoga qualiter inter fe differant, & an oratorium in domo propria poffit dici Sinagoga remiffiue.
- 6 Mefquita quid fit, & aliqua de Maumete, & nu. 7.
- 8 Sinagoga funditus deffrueta an poffit reædificari.
- 9 Hippothecata domo, & deffrueta per ignem, aut aliter, an duret obligatio in arca, & pignorat arca an intelligatur fuperficies obligata.
- 10 Nouum an dicatur quod renouatur.
- 11 Nouum ædificium an dicatur quod de eo non funditus deffrueto fit renouatio.
- 12 Monafterium ex toto dirutum an poffit reffitui inconfulto fummo Pontifice.
- 13 Noui operis nunciatio an fieri poffit vetus ædificium funditus deffruetum reædificanti.

14 Sinagoga

- 14 Sinagoga noua in Ciuitate noua an poffit per iudæos erigi, & an Epifcopus poffit concedere ædificium Sinagoga.
- 15 Iudæus an poffit ex difpenfatione Epifcopi habere nutricem Christianam, in domo, & quid extra domum.
- 16 Iudæi die fabbati, & alijs feftiuitatibus eorum non poffunt trahi ad iudicia.
- 17 Iudæi non poffunt alios ad iudicium trahere die fabbati, & in eorū feftiuitatibus.
- 18 Cimiteria, & fepulchra iudæorum non efferet uiolanda, nec eorum cadauera exhumanda.
- 19 Exhumantium cadauera deffunctorum pœna qualis.
- 20 Sepulture cura an fit adhibenda.

- 1 **I** T Ideo quia † tollerantur in eorum ritibus, permittitur eiffdem, vt habeant licite eorum fynagogas veteres, & quod in illas Christiani non irruant. l. in fynagoga. C. de iudæ. c. confultit, extra eo. tit. & nouas erigere non poffunt, vt ibi, & in c. iudæi, & in l. fi. C. eo. reffectio enim facilius conceditur, quàm erectio de nouo. Et in hoc iudæi funt potioris conditionis, quàm hæretici, † quia iudæis permittitur locus cōgregationis, qui dicitur fynagoga, non tamen permittitur hæreticis locus, in quem congregentur. l. ii. C. de fum. trini. vbi Glos. in verb. obffinationis, quæ rationem afignat, quia. l. ipfi iudæi legem acceperunt à Domino, fed non hæretici, & fides iudæorum habet primordium veritatis, vnde non dicitur per omnia falfa, vt per Fely. in d. c. confultit, col. ii. verfi. ii. nota.
- 3 Et in alijs etiam non efferet par caufa iudæorum cum hæreticis, † nā & priuilegium tacite hippotecæ, quod habet vxor in bonis mariti, de quo in l. afiduis. C. qui potio. in pigno. habe. habe locum in iudæa, vt per Hofti. & alios, in c. gaudemus. de diuor. non fic in muliere heretica. l. i. cum auct. fequen. C. de hereti. & in auct. de priu. do. here. muli. non præffan.
- 4 Et fcindum efferet, † quod fynagoga idem efferet, quod congregatio, & dicitur iudæorum, vt per Ioan. And. in c. fundamenta, col. i. de electi. in vi. in nouel. & ecclefia Grecæ, Latinæ dicitur vocatio, quia continet populum conuocatum Amore per Spiritum Sanctum ad vnam fidem, ad Chrifti conuiuuium, vt audiat præmia, & pœnas futuri feculi, & percipiat corpus Chrifti, & alia Sacramenta. † Qd quidem nomen Ecclefia efferet præffantius, & nobilius, quàm nomē fynagoga. i. congregationis, cum iftud conueniat etiā pecoribus, vnde dicitur grex, quia congregatur, vt per Archi. & Domi. in c.

C

ecclesia, distin. i. & Ioan. de Ana. in c. iudæi. el primo, de iude. Et plinius Bal. in cōf. cccxvi. quia sepe reuocat, vol. i. & in cōf. cccxxxviii. inquisitio dicta. col. ii. vers. descendendo ad factum, vol. v. Et de his per Isido. de sum. bo. lib. viii. cap. i. vbi dicit, quod apostoli. semper dixerunt ecclesiam Christianorum, nunquam autem Synagogam, ratione, de qua supra.

- 6 Mesquita † autem dicitur Sarracenorum, ad quam iidem Sarraceni conueniunt pro adoratione Maumethis Sacrilegi, quem vocant maemeth. vt dicit tex. in cle. i. de iudæ. & Sarrace. in vi. & ibi per Glo. in verb. mesquitis, & circa eorum templa sunt Turres miræ altitudinis, quam eorum Sacerdos tempore orationis ascēdēs voce alta digitis in aures insertis, hæc verba ter repetit. Allah heeber. i. Deus verus vnus, audito clamore conueniunt in templū nobiles, & otiosi tantum deuotioni astricti, & descendens sacerdos orat cum illis, idque ex officio facere debet quinquies inter diem, & noctem, abluuntque manus, pedes, & pudibunda, postremo ter spargit aquā super capite recitando hæc uerba ellhe molu. lillahi. i. gloria deo meo. † De quo maumethe vi. Glo. ibi in verb. machometum, & latius per Imo. & max. Cardi. ibi, & de eo meminit Bar. in l. iusurandum. §. iurare. ff. de iureiur. Et fuit de anno sexcentesimo duodecimo in circa ab incarnatione Domini, & tempore Heraclii Imperatoris, & fertur ipsum traxisse originem ab Ismaele filio Abrahæ, & Agar eius ancilla, & quidē Ismael fuit pessimus idolorum cultor, quem Dominus Deus eiecit è domo patris, iussitq; morari in deserto pharam, & fuit sagittarius. Gen. xxi. prout sunt communiter Turcæ, & Parthi, iuxta illud. Fidentemque fuga parthum, versisq; sagittis. Et natus est maumethes in quadam villa propè mequam in Arabia, & patrem habuit nomine abdalla, & in Aegypto versatus est cum quoddam Ianne monacho antiocheno, heretico, à quo plura habuit contra iudæos, & Christianos tam de veteri, quam noua lege ad sui defensionem, Audiuit etiam Sergiū Monachum arrianum, qui expulsus in Arabiam se contulerat, & de sectæ maumeticæ reprobatione vi. infra parte. iiii. cap. i.
- 8 Et quoad synagogas, quia diximus non posse nouas erigi, † quid si qua fuerit funditus destructa an poterit reedificari? Et Hosti. in d. c. iudæi, & c. consuluit, videtur tenere quod sic, & idem sentit ibi Ioan. de Ana. in d. c. consuluit, in ii. col. vers. quid autem si Synagoga, ponderando textum in illis verbis. f. vbi non habuerunt, quasi velit inferri, quod vbi habuerunt, possint synagogam etiā de nouo

construere, pro qua opinione facit, quia remanet solum, siue arca, superficies autem cedit solo. §. cum in suo, Insti. de rer. diui. debet ergo iudicari idem de superficie, quod de solo, cui cedit, & facit tex. in l. si conuenerit. §. si nuda, & in l. domo. C. de pigno. Vbi dicitur, quod si pignorata est domus, † quæ postea combusta est, & tantum arca remansit, vel è contra, si pignorata est arca, & super ædificatum est, remanet obligatio tam in arca, quam in ædificio. Cōsideratur ergo solum, tanquam principale, & sic licet synagoga in totum sit destructa, cum remaneat solum, siue arca, vbi extabat ædificium, illud deberet attendi, vt facilius concedi deberet eiusdem

9

10 de nouo Instauratio, Nam & non dicitur nouatum, † quod alias statutum fuit quod renouetur. xxii. quest. i. Acutius. xxxiiii. q. i. non satis, & hanc partem videtur sequi Deci. in c. domum suam. col. ii. de reg. iur.

Attamen Do. Abb. in d. c. consuluit, circa si. tenet partem cōtrariam, videlicet quod si fuerit funditus destructa, non possit de nouo erigi, quia ex quo funditus est destructū, videtur omnino nouū ædificium, vnde ipse intelligit illum tex. in d. c. consuluit, quando minatur ruinam, seu corrui, non tamen ex toto, seu funditus, quia tunc minimè posset reedificari, & in idem concurrat Fely. ibi, in i. no. dum dicit, quod paria sunt facere de nouo, vel reficere in forma noua, Addēdo enim aliquid vni subiecto mutatur eius natura, subditq; quod vbi est funditus ruina, uel extirpatio, idem est, quod in constructione de nouo, & hæc videtur verior opinio, pro qua est bonus tex. in l. inter stipulantem. §. sacra, in finalibus verbis. ff. de verb. obliga. Vbi benè probatur, quod quando ædificiū est funditus destructum, † si reedificatur, dicitur opus nouum, & tex. in l. si ita legatum. §. si. ff. de lega. i. & quod tradit Bald. in l. si vt proponis, la. ii. C. de nup. qui dicit, quod si extat constitutio Ecclesiæ, q. nullum fortilitium fiat sine consensu Papæ, & quoddam fortilitiū fuit funditus destructum propter rebellionem, Quod filii rebellis, vel ipse reconciliatus non poterit illud inconsulto Papa reficere,

11

12 & facit Glo. in c. de monachis. xviii. q. i. dicens, quod si † monasterium est ex toto destructū, non possunt monachi illud reficere sine consensu Papæ, sicut nec à principio illud potuissent facere, secus si non esset ex toto destructū, quia possent reparare, & ita tenet Hosti. in sum. de eccles. ædifi. §. si. ad si. Et faciunt no. per Doct. in l. i. §.

13 si quis ædificium. ff. de oper. no. nun. vbi concludunt, quod † si ædificium vetus est funditus destructum, & reficitur, tunc potest ei

nouum opus nunciari, quia dicitur de nouo facere, si verò non esset funditus destructum, tunc secus. Ad quæ etiã vi. do. Ias. in l. quo minus col. pe. ff. de flumi. & Paul. de Cast. in l. fi. in princ. ff. de vsuca. Vbi de verbo funditus. Ad contraria posset responderi q̄ hoc est fauore fidei, vt non ita de facili concedatur reedificatio Synagogæ funditus destructæ inconsulto Summo Pontifice, cum in eis Iudæi soliti sint etiam Christũ blasphemare, & alia contra fidẽ nostram committere, ut per Rosar. Bult. in consi. quod fecit cõtra iudæos, & est in prima parte sermonum suorum post quartum decimum sermonem.

14. Et ex prædictis infertur, † quòd in noua ciuitate iudæi nõ possent nouam synagogam erigere, vt per Ioã. de Ana. in c. iudei, col. ii. vers. nunquid autem, extra, de iudæ. vbi etiam cõcludit Episcopum non posse licentiam concedere iudæis nouam ædificandi synagogam, rationibus per eum allegatis, sed hoc spectat ad Papam cum tendat hæc prohibitio ad fauorem, & decorem fidei Christianæ, pro qua re facit etiam, quod tradit Abb. in c. ad hæc, circa fi. de iudæ. vbi concludit, † quòd iudæus non potest ex dispensatione Episcopi habere nutricem Christianam in domo, ea de causã, quia Episcopus non potest dispensare contra ius, nisi expressè, vel tacite, permittatur, allegat Inno. in c. dilectus, de tempo. ordi. Et Archidi. in c. licet cannon. de electi. in vi. Et idem Abb. in c. at si clerici, §. de adulteriis, de iudi. vbi etiam Fely. col. fi. vers. Episcopus nõ potest. extra domum autem sic, vt ibi per eum, & Ioan. de Ana. in d. c. ad hæc, circa fi. vbi subdit, quòd ex eo, q̄ sunt opiniones vtrum de iure possint iudæi eas habere, vel non, propriè dici non potest dispensatio contra ius, per ea, quæ no. in c. fi. de offi. archiepif. & per Imo. in c. ex tuæ, de cleri. nõ resi. & Ioã. And. in c. fi. de appella. in vi.

Et quoad ipsas synagogas iudæorum consulendum est Christi fidelibus, vt ab earum ingressu abstineant, cum ibi pater afficiatur contumelia, filius eius Iesus laesitur conuiciis, spiritus sanctus contemnitur, & in quibus non est amplius arca, & si qua est nihil melius habere certum est, quàm iis, quæ veniunt in foro, imò potius habet, nam hæc nihil lædere possunt, si quis adeat, illæ verò quotidie multam noxam inferunt iis, qui accesserunt, & non est amplius propitiatorium, non unctio, non testamenti tabulæ, non sancta sanctorum, non velum, non summus sacerdos, non thymiana, non holocaustum, non uictima, non alia, quæ tunc illis reddebant arcam venerabilem, vt possit secundum Chrysostomum dici nunc

esse

esse spelunca latronum, lupanar, transgressionis locus, diaboli sedes, animarum exitium, & perditionis baratrum.

- Et quod dictum est de synagogis veteribus permittendis ipsis Iudæis, ita etiã eis à iure cõceditur, † vt in die Sabbati, nec in aliis eorum festiuitatibus possint conueniri etiam pro fisci commo-
16 dis, l. die sabbati. C. de Iudæi. Similiter tamen † & ipsi non possunt dictis diebus alios cõuenire, & sic videtur, quòd fauor eorum retorqueatur contra eos in quoddam impedimentum, contra. l. q̄ fauore. C. de legi. Sed secundum Butriga. ibi illud est, quia fuit inductum hoc in fauorem festiuitatis, & non Iudæorum. Bald. etiam ibidem, colum. iii. vers. quinto, oppono dicit soluendo cõtrarium, quòd illud est propter naturam feriarum, quia feriæ conceduntur tempori, & non personæ, reprobata solutione Petri ibidem de ratione inconuenientiæ.
- 18 Cimiteria etiam iudæorum † nullus debet mutilare, aut inuadere, nec eorum corpora exhumare. c. sicut, extra de iudæ. æquè nec
19 Christianorum. Et de pœna † exhumantium corpora defunctorum, ui. in l. pe. ff. de sepul. vio. Si autem sepulchrum aliter violatur, quomodo quis puniatur, vi. in l. ii. §. si quis, eodem titu. & in l. sepulchra. C. eo. & no. quòd in tantum odit lex violatorem sepulchrorum, quòd Iudex negligens tales punire multetur in libris. xx. auri. l. si quis sepulchrum. C. eod. tit. & ratio est, quia inuadens sepulchra dicitur offendere viuos, & mortuos, & eis iniuriam facere, & lex ipsa intelligitur reuocare ad animum talem iniuriam pro reliquis defuncti, vt tradit Bald. in l. fin. C. de sepul. vio. nam & priuari sepultura est maxima pœna. C. de his, qui paren. vel libe. occi. l. i. & Bald. in cons. ccccxxvi. incip. præmittendum est, uol. pri. Infideli tamen ecclesiastica sepultura est prohibita, quia etiam uiui ab ecclesia repelluntur. c. ecclesiam, cum sequ. de consecra. distinct. i. vbi etiam de muliere prægnante mortua an sit in ecclesia sepelienda, cum foetus sit pars vètris, & ibi glo. in verbo celebrare dicit, quòd consuevit aperiri, & foetus extrahi, & extra cimiteria sepeliri, de qua re ui. Hostien. in sum. de consecra. eccle. vel alta. & Goffre. in sum. in fin. eo. tit. nec Christiani possunt sibi eligere sepulturam in sepulchris iudæorum, vel sarracenorum. c. sacris, de sepul. & in sepulchris Christianorum est tm̄ requies defunctorũ. xii. q. ii. aurum.
- 20 Licet quoad sepulturæ curam † Augusti. lib. i. de ciui. Dei, c. xii. dicat omnia ista. i. curacionem funeris, conditionem sepulturæ, p̄pam exequiarum magis esse viuorum solatia, quàm subsidia mor-

tuorum, & subdit, verum sepultura curam etiam Philosophi contempserunt, & sãpẽ vniuersi exercitus dum pro terrena patria morerentur, vbi postea iacerent, vel quibus beltiis esca fierent, non curarunt, licuitque poetis plausibiliter dicere. Cœlo tegitur, qui non habet vnam, quanto minus debent de corporibus insepultis insultare Christianis, quibus & ipsius carnis, & membrorum omniũ reformatio non solum ex terra, verum etiam ex aliorum alimenterum secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera recesserunt, in temporis puncto, reddenda, & reintegranda promittitur, sed idẽ Augusti. cap. xiii. eiusdem libri, de ratione sepeliendi corpora maxime sanctorum ita dixit, ipse quoque Dominus, die tertia resurrecturus, & religiosã mulieris bonum opus prædicat, prædicãdumque commendat, quod vnguentum præciosum super membra eius effuderit, atque hoc ad sepeliendum eum fecerit, & laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum diligenter, atque honorificẽ tegendum, sepeliendumque curarunt, hæc ille, & de gloriosa Christi sepultura prædixit Esaias. cap. xi. & erit sepulchrum eius gloriosum, & Iacob moriens iniunxit Ioseph filio suo, vt in monumentum maiorum suorum inferretur Gene. 47. & Ioseph fratribus mādauit, ut & ipsi meminissent, & posteris traderent, cum migrarẽt in terram illam patribus à Deo promissã, vt ossa sua in eam transferrent, Gen. vltimo. & de sepulchris Adã, Abrahã, & Isaac, vt per Hieronymum, in lib. hebraicarum quæstionum, & habetur in c. hebron. xii. q. ii. Sed in præmissis seruãda sunt per sacros canones instituta, quo ad Christi fideles, & locorum consuetudines, & ritus, per Pet. de Ancha. in c. nos, extra de sepul. & de his ecclesia. vii. & in c. ecclesiastico. xi. q. ii. & Psal. lxxviii. in prin. & habetur. ff. de religio. & sumpt. fune. & C. eodem titu. & in officina textoris, in titulo, de vario inhumandi ritu, vbi latissimẽ.

S V M M A R I V M. C A P I T I S. I I I I.

- 1 Iudæi debent distingui à Christianis habitu, idem in sarracenis utriusque, sexus.
- 2 Iudæi debent portare signum distinctionis palam, & tam de die, quàm de nocte.
- 3 Rescriptũ Papæ, ut Iudæi non distinguantur habitu, ualet stante loci consuetudine.
- 4 Circumcisio cui primitus data fuit.
- 5 Circumcisio quid pre se figurabat.
- 6 Iudæis olim datus habitus specialis, & lex specialis.
- 7 C H R I S T V S utebatur uestibus hebræorum more.

- 8 *Habitus distinctio in clericis, & de uestibus sacerdotalibus antiquis.*
- 9 *Habitus distinctio uirginum, & matronarum à meretricibus, & ancillis.*
- 10 *Signa clericorum, & mulierum nuptiarum, & quod per signa res cuius sit dignoscitur, & nune. 11.*
- 11 *Toga, p. ludamentum, purpura quid. & de uestibus Romanis, & de uestibus priorum parentum, & de statu illo innocentie ipsorum, & esu pomi.*
- 12 *Habitus facit hominem præsumi qualis est habitus ipse.*
- 13 *Christianis prohibitum se exponere asiduo iudæorum seruitio, maxime simplicibus, & tam in domo, quàm extra.*
- 14 *Christiani possunt in mechanicis, ut in faciando seruire iudæis.*
- 15 *Christiani communicantes iudæis in mercimonijs, non peccant.*
- 16 *Iudæis nouiter ad fidem conuersis nulla sit communio cum infidelibus.*
- 17 *Nutrices Christianas non possunt iudæi habere in eorum domibus, sed extra, numero 16.*
- 18 *Episcopus non potest dispensare, ut iudæi habeant nutrices Christianas in domo, numero 16.*
- 19 *Manducatio, & potatio cum iudæis quando licita.*
- 20 *Paganorum cibus uti Christianis an liceat, & quando.*
- 21 *Sarraceni hodie iudaizant, & eadem causa prohibetur esus cum eis, quam cum iudæis.*
- 22 *Idolatriæ uescei quando Christianis liceat.*



T licet Iudæi tollerentur passim in terris Christianorum, vt dictũ est, cum eorum cerimonijs, & synagogis, cum tamen sint alterius sectæ pro euitandis pluribus delictis, quæ ex eorum commixtione cum Christianis, & è contra de facili possent contingere tam respectu virorum, quàm mulierũ mixtim versantium, vt dicitur in c. in nonnullis, extra de iudæ. Ideo prouisum est, † vt iudæi, & Sarraceni utriusque, sexus per habitum publicẽ distinguantur à Christianis, quod procedit tam de die, quàm de nocte, † & signum distinctionis debent portare palam, & publicẽ, non autem occultẽ, & sub mantello, vel plicatura mantelli, vt per D. Abb. in d. c. in nonnullis, in i. no. affirmãs hoc uidisse fieri à multis, & propterea in terris Serenissimi Domini Venetiarum deferunt ipsum signum in capite, videlicet biretum crocei, vel luthei coloris, vt ab omnibus dignoscantur, quod introductum est in eorum ignominiam, & opprobrium, vt ab eis sit cauendum, † Valeret tamen rescriptum Papæ, vt non deferrent distinctum habitum stante loci consuetudine, vt Ferrariæ secundum

Fulgo. confi. cxv. cum istud sit de iure positivo, & per Deci. in c. cō-
 suluit in iii. no. extra de appella. Licet olim populus iudaicus, de
 quo Christus erat nasciturus secundum carnem, signis quibusdam
 differentibus ex Dei ordinatione distinctus esset ab aliis gētibus,
 dixit enim vt leui. xx. Separauit vos à ceteris populis, vt essetis mei.
 & Deuter. 7. Te elegit Dominus Deus tuus, vt scis eius populus pe-
 culiaris de cunctis populis, qui sunt super terram, Nā & eisdem da-
 4 ta fuit circumcisio, † quam Abraham primus accepit. Gene. xvii.
 vbi Abraham nonaginta & nouem annorum erat, quando circum-
 cidit carnem præputii sui, ipse enim fuit primus, qui vnus Dei fi-
 dem publice confessus est, & ante circumcisionem fuit iustus, & fi-
 delis, qui credidit, & reputatum est ei ad iustitiam. Gen. xv. de qua
 re ui. Chrisosto. in caput. xvii. Gen. Homilia. xxxix. Tho. i. Quæ figu-
 5 ra circumcisionis, vt Lactantius refert, erat, † vt significaretur nu-
 dandum esse pectus. i. aperto, & simplici corde nos viuere oportere.
 Quoniam pars illa corporis, quæ circumciditur, habet quan-
 dam similitudinem cordis, & est pudenda, & ob hanc causam nu-
 dari Deus eam iussit, vt hoc argumento nos admoneret, ne inuo-
 lutum pectus haberemus. i. nequid pudendum facinus intra con-
 scientiæ secreta velemus. Sed secundum Theologos sanguis il-
 le, qui effundebatur, in circumcissione, præfigurabat sanguinem
 Christi effundendum pro omnibus in pretium, & pignus salutis, in
 cuius virtute sanguis ille, expiabat à peccato originis, & quod fuit
 data in quadruplex signum, Primo in signum distinctiuum, in quā-
 tum distinguebat filios Abraham & Israel à cæteris nationibus, si-
 cut Baptismus est signaculum fidei distinguens christianos ab infi-
 delibus. Secundò in signum tributi, & seruitutis propter pecca-
 tum primorum parentum. Tertio in signum figuratiuū, inquan-
 tum figurabat circumcisionem animæ, nam etiam est circumcisio
 spiritualis, quam seruant Christiani, de qua per Ezechiam. c. xlii. &
 Hiere. iiii. circumcidimini Deo, & auferite præputia cordis vestri,
 & Deuter. x. & xxx. Et circumcidet Dominus Deus cor tuum, &
 cor feminis tui, ad diligendum Dominum Deum tuum, & hæc de-
 bebatur fieri post aduentum Messia, de qua Gala. v. & Roma. iii. In
 Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium,
 sed fides, quæ per dilectionem operatur, & per baptismum fit ho-
 mo noua creatura, ad Gala. vlt. quæ circumcisio fit non in vno mē-
 bro tantum, sed in toto corpore simul, Bernar. in sermone de cir-
 cumcissione. Quarto fuit circumcisio data in signum fœderis, &
 pretii

pretii futuri per Christum soluēdi. Gen. xvii. vbi Deus fecit pactū
 cum Abraham præcipiens circumcisionē fieri in signum fœderis, &
 Deus acceptabat illam circumcisionem in signum pretii futuri
 soluēdi per Christum in cruce, vt tradit Augusti. contra faustum.
 Nam circumcisio de se nullius erat valoris ad tollendum peccatū,
 nisi ratione fidēi conferentis, Ideo necessaria erat fides confitētis,
 nam illa circumcisio non continebat realiter merita passionis
 Christi, sicut baptismus, qui in casu necessitatis cōferri potest etiā
 ab infideli, & de circumcissione ui. sanctum Tho. in iiii. sentē. distin.
 i. & quæ dicam infra iii. parte prin. cap. i. in fi.
 6 Item fuit eis data lex † vt haberent Iudæi specialem modum viuē-
 di, qui etiam habitu quodam singulari distinguebantur ab aliis na-
 tionibus, de quo nume. 15. vbi dixit Dominus ad Mosem, loquere
 filiis Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos qua-
 tuor palliorum ponentes in eis vitas Hyacynthinas, & Deutero.
 7 xxii. † Quo habitu etiam Christus. vtebatur, Matthæ. ix. vbi mu-
 lier illa, quæ sanguinis fluxum annis duodecim passa fuerat, dicitur
 accessisse retro, & tetigisse fimbriam vestimenti sui, & Matth. xiiii.
 Item quia mulier illa Samaritana, de qua Ioā. iiii. cognouit Iesum
 ex habitu, dum dixit. Quomodo tu iudæus cum scis? Et dicat que-
 so iudæi, cum in terris Christianorum ipsi obseruent sabbatum,
 circumcisionem, & eorum festiuitates, cur etiam non deferunt an-
 tiquum morem vestimentorum, Patrum suorum? vel si eidē abro-
 gatam putant per nouam legem, cur & cæteris non abstinent, &
 idem dico de sacerdote, regno, & principe, & vnctionibus sanctis,
 & incenso, & quare non ædificant sibi altaria, & omnia alia, quæ
 sunt in lege contenta?
 8 Et illa distinctio † habitus in aliis quoque seruetur, & quandoq;
 in ignominiam, & quandoque in honorem, sicut videmus in cleri-
 cis, vt habetur. xxi. q. iiii. c. i. & per to. & de vita, & hone. cleri. c. cle-
 rici, & in vestimentis Sacerdotum. Quas autem vestes debeant de-
 ferre religiosi, vel clerici beneficiati, vel in maioribus constituti, vi.
 in cle. ii. eo. ti. Et de vestibus sacerdotalibus antiquis, Exo. 28. 31.
 35. 39. & Ezechi. 42. & 44.
 9 Item † & virgines, & matronæ apud Romanos vtebātur vestibus
 dissimilibus ab ancillis, & meretricibus, vt in l. item apud labeo-
 nem. §. si quis virgines. ff. de iniur. vbi diuersa erat uestis meretricia
 à matronali, & ancillari, & possunt cogi meretrices ad portandum
 habitum distinctum ab aliis mulieribus, vt cognoscantur sicut iu-

dei, vt per Paul. de Cast. in l. minima. C. de episco .aud. Et seruus à liberto digno scēbatur per pileum. C. de lati. liber. tollen. l. i. s. sed & qui domini, & per Cassene. in catulo. par. i. cōclufione. xliiii. col. iii. Et lacerna, & sagum erat uestis, qua digno scēbatur miles à pagano. l. si ignorans. ff. loca. No. etiā, quod est prohibitum mulierem vti veste virili, & virum fœminea, Deutero. xxii. ibi, non induetur mulier &c. nam vir est imago Dei, fœmina viri tenet imaginē.

10 Secundum Apolto. Item & per alia signa † distinguuntur homo ab homine, in Clericis enim fit ratio capitis, & corona. xii. q. i. duo sunt, & per Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleri. & in clericis non est determinatus habitus certi coloris vel formę sicut in fratribus, licet certi colores sint eis, phibiti, cle. i. de electi. & ibi gl. ff. Abb. in c. cleri. cl. ii. in v. eo. de vit. & hone. cleri. domi. in c. iudex. §. idem. de sent. excom. in vi. debet tamen esse talis vt a laicis distinguatur vt in c. pe. xxiii. distin. ex no. in c. perpēdimus. xxi. q. iiii. & in c. Nullus. c. episcopi. xxi. q. iiii. Et signa mulierum nuptarum sunt annuli, vt no. in c. illud, de præsumpt. & professus à nouitio, in c. pe. extra de regula. & pro consul ex proconsularibus insignibus.

11 l. i. ff. de offi. pro consu. Et res ipsa cuius sint † per signa ostenduntur. Lucæ. xx. ibi, ostendite mihi numisma census, & in l. quod si neq. §. ff. de peri. & com. rei ven. & in l. stigmata. C. de fabricen. lib. xi. Et de signis mercatorum in ballis suis, & de diuisa alicuius an possit per alium deferri, ui. per Doct. maxime Ias. in l. si vnus. C. de testa. Ant. de Butr. in c. cum dilecta, de excessi. planto. & per Bar. in tracta. de infi. & ar.

12 † Sed quoad vestes Toga erat communis vestis Romanorū Imperatorum, licet Alexander Imperator, qui fuit post Heliogabalū in animo habuerit omnibus officiis proprium genus vestis attribuere, & omnibus dignitatibus, vt ex habitu digno scerentur; & etiam omnibus seruis, vt in populo possent discerni, ne quis seditio sus esset, & simul ne serui ingenuis miscerentur, Id tamen Vlpiano, & Paulo iureconsultis, qui apud ipsum floruerunt. displicuit, dicitibus plurimarum rixarum causam fore, si abiecti homines iniuriis exponerentur, & olim exules carebant iure toga, vt scribit Pli. ii. in epist. lib. iiii. Pallium autem Græcorum Philosophorum vestis erat, descendens vsque ad calceos, & Tertullianus librum scripsit de pallio, quo eius vetustatem, & commodum edocet, quo etiam se vsū dicit reiecta toga. Paludamentum etiam erat vestis, qua Imperatores, & etiam milites utebantur. Sed purpura

insigne præcipuum fuit Principum, & Imperatorum, & priuatis eius vsū interdixerunt. l. i. C. quæ res vendi. non pos. de quorum insignibus vide latissime per Cassene. in suo cathalogo, in i. parte. Et de vestibus romanis tex. in l. vestis, cum duabus seq. ff. de aur. & argen. lega. Et quæ ibidem repetit Lazarus bæsius, & per Lucam de pen. in l. i. col. pen. C. nulli licere in fre. lib. xi. Priores autem omnium fuere Tunica pellicea, quibus post offensam, & deiectionem à Paradiso, Adam & Eua induti sunt à Deo, & fuerūt ex pelle illius agni, de quo dixit Ioannes Bapt. Ecce Agnus Dei. & de quo per Ioan. in Apocalip. qui occisus fuit ab origine mundi, qui si in statu innocentia permansissent, homines fuissent nudi, sicut ex Adam, & Eua nudi creati sunt, Nam vestitus est homini necessarius secundum statum præsentis miseria, & propter defensionem ab exterioribus nocumenis, vt intemperie caloris, & frigoris, & ad tegumentum ignominia, ne turpitudine appareat, in quibus præcipue est rebellio carnis ad spiritum, quæ duo cadere non poterant in statu innocentia, cum in eo non potuisset corpus hominis lædi per aliquod extrinsecum, manente anima sub obedientia Dei, nec etiā erat tunc aliqua turpitudine in corpore hominis, quæ confusionem induceret, vnde Gen. ii. dicitur, erat autē nudus vterq; Adā, & vxor eius, & non erubescabant, quia nullā legem senserant in mēbris esse refrenandam, prout etiam in statu futuri sæculi non erit huiusmodi vestimentorum vsus, sed corpora impassibilitate decorata, & ab omni vitio, & turpitudine semota, lucis pulchritudine vestientur, fulgebunt enim iusti sicut sol in regno Patris eorum, Matth. xiii. & Sap. iii. fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundineto discurrent, & habetur in c. nemo, de consecra. distin. i. Experimus igitur quantæ fuerit abominationis apud Deum esus ille pomi veti ti per primos parentes, vt fuerint eo statu priuati, cum si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astrinxissent, ad cœlestem Angelorum Patriam quandoque sine carnis morte transissent, pomum autem illud dicitur fuisse vnam secundum quosdam, & pro hoc est, quod dicitur Hier. xxxi. Ezechi. xviii. Patres nostri comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, alii dicunt, fuisse uerè pomum, & alii ficum propter folia, quibus se cooperuerunt, vt per Glo. in l. qui fundum. ff. de verbo. signi. Et maurmerhes in alcorano dixit, quod fuit arbor tritici septem spicas habens, & vnam rapuisse Adam, in qua erant grana quinque; de quibus duo comedit ipse, & duo dedit Euæ, quintum detulisse secum &c.

Quod quantum distet à vero, & vanum sit, quilibet potest considerare, cum & ipsa arbor fuerit lex, quæ præbet cibum scientiæ boni, & mali, & in ea describuntur bona in præmium obseruantibus eã, & mala in pœnam transgredientium, & ipsorum peccatum fuit transgressio præcepti dati, ne comederent de illo ligno scientiæ boni, & mali. Et de vestibis primorum parentum, & de vestibis diuersarum gentium, & tam virorum, quam sceminarum, ui. Isid. de sum. bo. lib. xix. cap. xxii. cum sequ. & Alex. de Alex. lib. v. genialium die rum cap. xviii. Et nota † quod præsumitur quis talis qualis est habitus, quem gestat, vt per Bar. in l. ii. C. si ser. expor. ven. per Dy. confi. liiii. tex. in c. si iudex laicus, de senten. excom. in vi. Iustum est enim dicit ibi tex. vt ipse talis quem gestat ex habitu, quousq; appareat aliud, præsumatur.

14 Habitu ergo à nobis distinguuntur iudæi, † vt dignoscantur, & tanquam à nobis Christianis bene noti non vtantur eorum nimia familiaritate, & conuersatione, sicut olim lege veteri erant prohibiti iudæi, ne gentibus associarentur, quia seducebant iudæos & Deum sequerentur, sed alienis Diis seruirent, Deutero. vii. sunt enim ipsi aptiores ad subuertendum, Glo. xxviii. q. i. s. verum & 35. q. i. s. hac itaque, & ex hoc Christianus non potest se exponere assiduo iudæi seruitio, qd' maximè prohibetur simplicibus. c. ad hæc, extra de iudæ. quod habet locum tam in domo, quam extra domum, vt ibi concludunt Abb. & Fely. reprobata opi. Hosti. & Ioan. de Ana. cum causæ prohibitionis ita militent in præstante iudæo assiduum seruitium in domo, quam extra domum, quarum vna est, ne propter continuam conuersationem, & assiduam familiaritatem subuertantur animi simplicium, Altera ne iudæi videantur superiores, si famulos habeant Christianos, & ista ratio ponitur in c. & si iudæos, eo. ti. & vtraque militat in Christiano seruiente iudæo tam in domo, quam extra, de quo etiam per Aposto. ii. Corin. vi. nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum
15 iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? † Admittuntur tamen Christiani secundum Doct. vbi supra, vt possint eis seruire in operibus mechanicis, vt in fabricâdo, & Si. & p. Fel. in d. c. ad hæc.

Et quid de scolari iudæo an sit permittendus intrare scholas, ui. Doct. in c. i. extra de iudæ. vbi. d. Abb. dicit, quod cõsuetudo habet,
16 quod admittantur, Item non peccant † Christiani communicantes iudæis in mercimoniis, vt per Abb. in c. post miserabilem in ii. 17 no. extra de vsur. † nam solum interdicta est nimia familiaritas, & conuersatio

conuersatio cum illis, vt supra. Licet tutius esset ab eis abstinerere, ne audiant cum illis versantes, in die illo, ab eo, qui illos iudicaturus est, dicere, Discedite, non noui vos, communicastis enim cum iis, qui me crucifixerunt, & contra eos vide quid dicat Christo. Christianus es? quam igitur ob causam molestus es Ecclesiæ, qui perfa est, non ne quæ perfarum sunt, curat? barbarus non ne barbaros ritus emulatur? qui habitat in ditioe Romanorum non ne eorum vtitur legibus? Et inferius, neque enim exiguum interuallum est inter nos, & iudæos, neque de rebus leuibus, & vulgaribus quæstio est inter nos, ne tu unum, & idem credas nostrum, & illorum esse institutum, ac non miscenda misceas, illi crucifixerunt Christum. Tu crucifixum adoras, vides quantum interest & c.

18 Et de nutricibus Christianis dicendū † eas iudæos posse habere extra domum, nam possent iudæorum creaturæ perire, si non reperirent nutrices Christianas extra domum, vt tenent Ioan. Andr. Ant. de Butr. Cardi. & communiter Doct. in c. & si iudæos, extra de iudæ. Et circa hoc dispensatio non requiritur, ut per Fely. in c. at si clerici. s. de adulteriis, col. fi. extra de iudi. vt tamen habeant in
19 domo † Episcopus dispensare non potest, secundum communiter Doct. in d. c. ad hæc, & dixi supra cap. proximo præcedenti nu. 15.

Et eisdem rationibus, quibus prohibetur continua conuersatio
20 cum iudæis, † interdicitur etiam manducatio, & potatio cum eis. c. nullus. c. omnes. xxviii. q. i. Et hoc multo magis, cum maior familiaritas contrahatur in cibo, quam in colloquio, & facilius decipitur quis inter epulas, vt per Ioan. Andr. in d. c. inter omnes, & facit Glo. in l. dolum. C. de dolo. Item hoc fuit inductum in detestationem, & odium iudæicę prauitatis, & cecitatis. ne videamur factum eorum venerari, vel ne videamur eis inferiores, si vteremur eorum cibis, ipsis iudicantibus nostros immundos, cum eis non vtantur, pluribus enim non vescuntur iudæi, quibus Christiani aluntur, Possunt tamen cibaria emi à iudæis, quibus Christiani vti possunt, quia omnia munda mundis, distinct. lxxxii. proposuisti, & not. in d. c. nullus.

21 Est tamen licitum euntibus ad prædicandum fidem Christi, † & eorum sotiis vti cibis paganorum, seruata temporum qualitate, & secundum canonicas sanctiones, c. quam sit, de iudæ. & Luca. x. vbi septuaginta duobus discipulis Dominus dixit, in eadem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt, qui numerus septuagenarius intelligitur secundum Bedā, de tot gentibus mun-

di, quibus Euangelium erat prædicandum, Nec possemus aliter eos lucrari, si colloquium eorum vitarem, & conuiuium. c. infideles. xxiii. q. iiii. & c. ad mensam. xi. q. iiii. Quæ intelligenda sunt de illis paganis, qui non discernunt cibos, alias si discernere, non liceret nobis cum eis comedere, vt per Glo. in c. quàm sit, in verbo, vbi licet, extra de iudæ. & Glo. & Domi, & alii in d. c. ad mensam, ratio nibus, de quibus supra, ne videamur inferiores illis, vtendo cibis, 22 quos discernunt, & factum eorum venerari, † Nā & Sarraceni hodie iudaizant, Vnde eadem causâ prohibitionis, & periculum est vtroque casu, & cum vtrisque, tam iudæis quàm sarracenis, vt per Goffre. in sum. de iudæ. vers. circa iudæos.

Et quod dictum est Christianos posse vti cibis paganorum, quã do ad eos accedunt causâ prædicationis, sanè intelligendū est, vt. s. quod apponitur non sit idolis imolatum, quia tunc sanctius esset fame perire, quàm idolatrico uesci. In summa tamen famis necessitate † posset quis uesci etiam idolatrico ad uitæ tantummodo sustentationem, vt per Goffre. vbi supra, cum nullum peccatum, nisi uoluntarium. xv. q. i. c. i. & c. illa, Et de his ui. i. Corin. viii. Vbi Apostolus dicit, Qui credit in unum Deum, & unum Dominum Iesum Christum. potest manducare de idolatricis, credens nihil esse idolum in mundo, & quod nullus Deus, nisi unus, qui autem cum conscientia idoli quasi idolaticum manducat, peccat, & fratrem scandalizat, & idem. c. x. & ui. etiam. xxx. distin. si quis carnem, ubi Domi. & no. in c. Paulus. ii. q. vii. de Petro, qui cum esset Antiochiæ, edebat cum gentibus, nec discernebat cibos, ob quod reprehensus fuit à Paulo, ad Galat. ii.

Qui autem debeant prædicare, dic, quod Epi ex officio & officii necessitate vt Alex. de Ales. par. 3. q. lxxviii. mēb. iiii. art. ii. §. iiii. q. ubi cūq; sint, dicuntur missi, sunt enim loco Apostolorū. c. in nouo. xxi. distin. c. ecclesiæ. xxxv. distin. c. quorum. lxxviii. distin. Et solus Episcopus dat generalem licentiam prædicandi, & ui. Glo. in cle. i. in uerbo, officia, de regula. tex. cum Glof. in cle. dudum, de sepul. ubi Cardi. & Pau. examinant de potestate prædicandi, vbi etiam de curatis, diacono, & aliis. Monachi uero non ex officio sed ex commissione sedis apostolicæ cuius factioni impune refragari non licet. xi. distinct. cap. consequens. prædicant. Sunt nanque. & ipsi in partem sollicitudinis assumpti in ædificationem nostram ii. Cor. xii. quod diffusus tractat Alexand. de Ales. part. iiii. quæst. cviii. memb. iiii. arti. iiii.

- 1 Christianis an liceat contrahere, & distrahere cum iudæis, & sarracenis, & deferre merces ad infideles.
- 2 Tempore guerra nullæ possunt merces deferri ad infideles.
- 3 Tempore pacis quæ possunt deferri.
- 4 Tempore guerra an possint deferri prohibita in casum redemptionis captiuorum.
- 5 Infideles, & simul hostes Populi Romani differunt ab infidelibus, qui non sunt hostes. quoad delationes mercium ad illos.
- 6 Populi Romani appellatione quæ gentes ueniunt.
- 7 Elemosina an sit tempore necessitatis faciendâ infidelibus, & an de præcepto, uel sit de consilio.
- 8 Elemosina per clericos quomodo fiat, & an aliquid profit illam facienti in peccato mortali.

- 1 **A**N autem † sit licitum Christianis contrahere, & distrahere cum iudæis, & sarracenis, & dicendum est, quod sic regulariter, in rebus licitis, & legitimis, vt per Rom. consi. ccclxxxix. hæc Domina Petra, & Petrus de Ferrariis, in pti. Sub forma libelli, in actione reali, in uerbo, ueris, ac legitimis, col. vii. vers. sed quid dicemus. Vtrum autem merces deferre liceat apud barbaras nationes, & infideles. no. in l. cotem in princ. ff. de publi. & vectig. & in l. i. & ii. C. quæ res expor. non pos. & in l. pen. & fi. C. q. res ven. nō pos. & in l. ii. C. comer. & merca. & in l. i. C. de litto. & itine. publi. custo. lib. xii. & in c. ita quorundā. c. significauit. c. quod olim. c. ad liberandam, extra de iudæ. in quo concludendum est secundum Doct. in locis, de quibus supra. † Quod tempore guerra nullæ merces per Christianos deferri possunt ad infideles, & etiam illæ, quæ non præstant subsidium ad bellandum, nam existente bello inter nos, & istos, durat prohibitio generaliter de omnibus rebus, & idem est dicendum de tempore treugæ, & de illo tempore, quo timor est belli. d. c. significauit, cum ibi no. ubi est melior tex. in iure, quod etiam in materia pœnali tempus guerra comprehendit tempus treugæ, ubi Henri. boich cōcludit indistinctè omnes merces esse prohibitas deferri per Christianos ad infideles tempore guerra, siue sit treuga, siue non, pro qua opi. dicit facere tex. in c. quod olim, in uerbo mercimonia, uel alia consilia, uel alia subsidia, de iudæ. f. d. c. significauit.

- 3 Tempore autem pacis † remanet prohibitio solum in mercibus, quæ præstant auxilium ad bellandum, ut sunt arma, ferrum, & alia, de quibus in d. c. ita quorundam, nam tales merces nullo tempore pacis, vel guerræ possunt ad infideles, & barbaros deferri, possent enim infideles facere pacem fraudulenter, & possent fulciri huiusmodi armis, & ipsis postea uti contra Christianos tempore belli, ut notant Doct. ubi supra, maxime per D. Abb. in d. c. quod olim, in pri. no. Quo uero ad alias merces possunt tempore pacis exportari ad infideles ad commodum ipsorum Christianorum, & omni ingenio extorquere aurum a barbaris. d. l. ii. C. de comer. & merca. Et quorum mercium sit prohibita delatio ad infideles, ui. Nic. Bueri. Deci. clxxviii. col. iii. cum seq. Et in tantum † est prohibita delatio mercium inhibitorum, & interdictarum, de quibus supra, ad infideles tempore guerræ, quod dicto tempore, nõ possunt deferri etiam pro redimendis captiuis secundum magis communem opinionem, nec excusatur deferens eas, etiã ex post facto, quia cum ex illis armis ueniant impugnandi postea Christiani, non debet impendi subsidium ad malum committendum propter bonũ, quod uidetur sequi, talis enim compensatio à iure est reprobata. c. super eo, cum simil. de usur. & ita tenet Glo. & Doct. in d. c. significauit, ubi D. Abb. dicit hoc procedere durante guerra. Tempore autem pacis dicit procedere opi. Ioan. And. qui uult, quod ante factum sequenda sit opinio Glo. ut prohibita in d. c. ita quorundam, deferri nequeant. Nam si infideles perpenderent, quod pro redemptione captiuorum possent consequi tales merces prohibitas, nõllent aliud pro redemptione captiui, quàm res prohibitas deferri, & uolenti fraudem committere paratum esset uelamen, ut semper diceret se fecisse pro redemptione captiuorum, sed post factum consulendum esse dicit Abb. secundum opi. lapi. Inno. & Hosti. qui tenent contra Glo. ut. f. pro ea redemptione sit licitum deferre merces prohibitas, & cum hac distinctione transeunt communiter Docto. in d. c. significauit. † Et quod supra dixi magis communem opinionem esse, quod etiam pro redimendis captiuis non possint prohibita, ut arma, & alia deferri ad infideles, hoc uerũ fore, & magis communiter teneri, firmat Alex. in cõsi. cxxx. super eo, col. ii. uerfi. & etiam secundum, uol. vii. ubi optime declarat prædicta, distinguendo de farracenis, & barbaris, nam dicit, quod iura prohibentia Christianis habere comertia cum infidelibus, & uetãtia deferri prohibita, loquuntur in farracenis, & hostibus Imperii Romani,

- Romani, ut sunt & Turcæ, cum quibus haberemus bellum indictũ, in aliis uerò præter tales, qui non sunt hostes, sed populi extranei, ut sunt Tartari, cum quibus habemus pacem, uel neque guerram, neque pacem, nec aliquid agere cum eis, ut cum populis India, distinguit, quod. f. aut querimus de mercibus non prohibitis, & tunc clarum est, quod possunt deferri, postquam tales possunt etiam de ferri tempore pacis ad farracenos, aut nos quarimus de prohibitis in d. c. ita quorundam, & putat eas etiã posse deferri ad ipsos, cum non reperiatur prohibitum, nisi quando deferantur ad farracenos, uel hostes populi Romani, De quo ui. etiam Bal. & Christopho. por. in §. si ab hostibus instit. qui. mo. ius patriæ pote. sol. & quæ tradit Benuenu. Straccha in suo tracta. de mercatura. ii. parte. nu. 40. cum sequentibus, & in iii. parte. nu. 12. cum sequentibus, ubi ponit particulariter quæ sint merces prohibita, & de puluere, & bombardis, & sulphure, & si. Et quia dixi hostes populi Romani,
- 6 † Sed qui dicantur de populo Romano? Et Bar. in l. hostes, col. ii. uerfi. & secundum hoc. ff. de capt. & post. li. te. dicit quasi omnes gentes, quæ obediunt Sanctæ Matri Ecclesiæ, esse de populo Romano, & facit. l. Roma. cum ibi no. ff. ad municip. de quo etiam ui. quæ dicam infra par. ii. prin. c. ii. Et in materia delationis mercium ad infideles, hoc non omittã, quod si quis assecurat merces deferendas in nauis, si sunt deperditæ, non posset opponere assecurato, quæ merces non essent ipsius assecurati. l. commodare, iuncta. l. seq. & ibi Bar. ff. com. facit. l. quod si nulla. ff. de hære. uel acti. uendi. Nec è contra rebus saluis potest assecuratus dicere, quod non erant suæ, ut per Glo. & Bar. in l. cum res. C. de probati. Si tamen essent farracenorum, uel aliorum infidelium, quæ possent capi, iuxta no. in Auc. nauigia. C. de furt. Tunc liceret assecuranti dicere, post perditionem mercium, quod merces non erant suæ, cum si sciisset assecurans esse infidelium, non assecurasset aliter ipsas merces, & ita tenet Pet. Sancti in tracta. de assecura. in iii. par. col. vii. nu. 10.
- 7 Et quia supradictum est de non deferendis mercibus ad infideles, videamus, † An infidelibus tempore necessitatis sit præstandum auxilium, & danda elemosina, & an ad hoc teneamur, in quod dicendum est quod sic, ut teneamur eis in necessitatibus subuenire, & principes Christiani tenentur diligere iudæos, & farracenos in quantum sunt naturæ nostræ participes, ut habetur de peni. distinct. ii. charitas, & ex ista charitate, quæ eis debetur, tenemur eis subuenire in necessitatibus, distinct. xlii. quiescamus, xvi. q. i. & 86.

distinct. non satis, & per Oldra. consi. lxxxvii. & Alexan. consi. xcix. Vifa inquisitione, col. iii. in princ. vol. vii. fideles tamen, & iusti sunt infidelibus preferendi. Ecclesiasti. xii.

Et quoad ipsius eleemosynæ largitionē, sciendum, quod eleemosynæ largitio est in præcepto sub dilectione proximi. Sed quia præcepta dicuntur de actibus virtutū, ideo eleemosyna cadit sub præcepto secundum quod est actus veritatis, i. q̄ fiat secundum quod recta ratio requirit, secundum quam aliquid est cōsiderandum ex parte dantis, & illius, cui fit, ex parte dantis, vt fiat de illo, quod superest, & superfluū est dantis. Luca. vi. quod superest, date eleemosynam, & dicitur superfluum non solum respectu sui met, sed etiam aliorum, quorum cura sibi incūbit, prius enim decet & sibi, & suis providere, si quis enim suorum curam non habet, fidem negavit, & peior est infideli. Thimo. v. & in c. si qui. xxx. distin. & postea aliis, & providendum est prius suis etiam quod sint hæretici, & petens eleemosynam esset bonus, & fidelis, licet in amore præferri debeat extraneus fidelis, de quo ui. Glo. in d. e. non satis, & xxx. distin. c. i. Et idem in clericis. c. de his, de ecclesi. edi. & ita intelligitur. xv. q. i. c. fi. Et ex parte recipientis eam requiritur, Quod sub sit necessitas talis, sine qua eleemosyna non potest se aliter suslētare. lxxxvi. distin. pasce. Ex quibus cōcluditur, quod eleemosyna est de præcepto, quando quis habet superfluum modo prædicto, & alius indiget, aliter est de consilio, & ad hæc ui. tex. xlvii. distin. sicut hi. ubi est tex. aureus contra diuites auaros, ubi inter alia hæc sunt uerba. Quis enim tam iniustus, tam auarus, quàm qui tam multorum alimenta, non suum usum, sed abundantiam, & delicias facit, neque enim minus est criminis, habenti tollere, quàm cum possis, & abundans scis, indigentibus denegare, Esurientium panis es, quem detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, et absolutio, pecuniam, quam tu in terram defodis, tantorum te ergo inuadere scias bona, quantis possis præstare quod uelis.

8 † Et si ab aliquo debetur Eleemosyna indigētibus, ad id maxime tenentur clerici, qui non debent ditare consanguineos uel agnatos, sed solum sustentare de bonis ecclesiæ, si indigeant, ui. Glo. in c. i. de cohabi. cleri. & muli. & xxxi. distin. omnino, ubi Domini. ita dicit concludendum in hoc. Si quæritur, an præbiter possit dare de rebus immobilibus, & non potest, ut est casus xii. q. ii. quisquis, & ibi Glo. i. aut uult dare de rebus mobilibus, & tunc, aut uult dare

pauca, & ratione impensū officii, & potest, ut in c. relatum, el. ii. de testa. aut uult dare multa, & non potest, & isto respectu dicitur q̄ grauius est dare consanguineis, quàm aliis, ut dicitur. ii. q. iii. peruenit, unde dicit ibi Glo. quod Episcopi sunt cęci circa nepotes, vt eos dicent, ideo bonum fuit providere. Aut non uult dare res, sed alimentare eos, & tunc aut ipsi non indigent, & non est licitū, ut in Glo. i. in c. i. de coha. cleri. aut ipsi indigent, & potest eos alimentare, ut uoluit Glo. in d. c. omnino, & d. c. i. & procedit hoc ultimum etiam si uellet alere de pane, & aliis oblationibus, quæ nūc in altari, ut no. Glo. xi. q. i. hanc consuetudinem. Hæc uolui adduxisse, ut tam secularis, quàm clericus possit instrui, qualiter se habere debeat circa eleemosynarum largitiones. Et in dandis eleemosynis an parentes sint cæteris preferendi, ui. no. in c. singulis lxxxvi. distin. ubi late per Ioā. de Turre Crema. Et de Eleemosyna. qualiter fit tribuenda, ui. Doct. in c. inter opera. extra de sponsa. & ibi Glo. quæ dicit, quod debet esse cōtritus, qui facit eleemosynā, Prodest tamen etiam non contrito, sicut, & alia bona opera facta in peccato mortali, quæ possunt ad tria, uidelicet ad consequenda temporalia, ad minus supplicium subeundum in inferno, & quoad hoc ut peccator citius conuertatur ad pœnitentiam, ui. Glo. in c. nihil prodest, de pœni. distin. iii. & extra de pœni. & ternis. c. quod quidam, & qualiter sit seruandus ordo in eius distributione, an primo sibi ipsis ex parentibus coniunctis, benefactoribus, debilibus, & infirmis, & in omnibus ui. Lucam de Pœn. in l. cētum. C. de anno. ciuili. lib. xi. ubi latissimè.

S V M M A R I V M. C A P I T I S. VI.

- 1 Christianis an liceat inuocare auxilium infidelium contra alios Christianos.
- 2 Inimici etiam per dolum impugnandi.
- 3 Christiani adiuuant licite infideles contra alios infideles.
- 4 Pacem inire cum infidelibus an liceat Principibus Christianis sine consensu Pape.
- 5 Confederatio quid sit, & an per eam inducatur subiectio, & nu. 8.
- 6 Pacis causa plura concedi, quæ aliis secus.
- 7 Pax spiritalis, & interna quæ sit.
- 8 An per confederationem inducatur subiectio.
- 9 Bellum quando dicatur iustum.
- 10 Bellum licitum contra sarracenos.



Idimus qualiter, & quando liceat Christianis cum eorū mercibus, & aliis charitatis operibus præstare auxiliū infidelibus. Quæro modo, ¶ an sit licitum Principibus Christianis implorare auxiliū ab infidelibus ad sui defensionem contra alios Christianos, In qua re Ioan. And. in additi. ad Specu. super Rubr. iudæis, uerſi. conuertendo hunc casum, dicit se putare Christianos posse licitè uocare infideles pacificos nō habentes guerram nobiscum, actiue, uel passiue, necessitate tamen imminente, alias non, scilicet si guerra uiget cum eis, uel si nostrū bellum, propter quod ipsos uocamus & iniustum, uel etiam iustū, sed non uiget necessitas, & Oldra. in consl. lxxi. incip. nūquid Christianus, idem tenet, quando bellum est iustum, ut quando fit pro sui defensione, ¶ dicitq; quod non solum cum infidelibus, & dolosis possumus inimicos impugnare, sed & per dolum. xxii. q. ii. utilen, & xxiii. q. ii. Dominus, & Deci. in l. ea est natura. ff. de regul. iuris. Ias. in l. si rem tibi. ff. de præscrip. uerb. Exemplum Machabeorum, qui fuerunt uiri Sancti, & pugiles fidei, qui inierunt pactum cum Romanis, ut mutuo se iuuarent, ut. i. machabe. viii. & xii. Et tamen Romani erant pagani, & no. per Abb. in c. quod super, ad fin. uerſi. ult. hic queritur, extra de uoto. Quibus addi potest quod legitur. iiii. reg. xvi. ubi Acaz rex Hierusalem implorauit auxiliū Regis Assiriorum contra alias Tribus, & David etiam petiit auxiliū ab Achis Philisteum. i. reg. xxvii. & cum exercitu philistinorū uenit ad bellum contra Israelitas. i. reg. xxix. & Paulus ad sui defensionem uocauit Phariseos, dicens se phariseum, & petiit à præside milites, quorum auxiliū seruaretur illæsus. actu. xxiii. & xxiii. q. iii. c. sex. in fi. & c. maximilianus, & per Ancha. in c. præidentes, de hæreti. in vi. & in d. c. quod super his, col. fi. uerſi. quinto quæro. Martinus autem laudensis in tracta. de bello. q. iii. dicit, quod Princeps Christianus non potest uti defensione infidelium sine peccato, nisi quando non potest aliter se tueri. Sicut e contra in bello iusto ¶ fideles adiuuant infideles contra infideles. xxiii. q. i. quid culpatur xi. q. iii. Julianus, & habetur per Tertullianum in apologetico, cap. v. de illa Christianorum legione, quæ militabat in castris Romanorum contra alios gentiles, quorum præcibus imber de cælo descendit miraculose, cum aliter Romanus exercitus defecisset, & patet etiam de aliis Christicolis, qui militauerunt in castris paganorum, & infidelium, ut de Eustachio cognomento placido magistro militiæ Traiani Imperatoris, cui in uenatione inter cornua

cerui

cerui CHRISTVS in cruce apparuit, & baptismum suscepit, & de Sebastiano Narbonēsi sub Diocletiano cohortis prætoriæ præfecto, Georgio, & aliis, & per tex. in d. c. Julianus. Sed in quæstione principali Ioan. de Ana. & Fely. in c. ad liberandam, de iudæ. ubi examinant hanc quæstionem, concludunt, quod licet Christianis inuocare auxiliū infidelium contra alios Christianos tribus currentibus. Primo, quod non uigeat bellum actiue, uel passiue cum infidelibus. Secundò, dummodo inuocans iuste offendat, uel defendat. Tertiò, dummodo sit necessitas inuitabilis, & ita residet Fely. ibi. col. ii. uerſi. ultimo uide, quod in idem recidit cum opinione Ioan. And. in loco præallegato. Et idem concludit Ant. Corsetus, in tracta. de potesta. regia, in iiii. parte princi. q. lxxxiii. qui refert quasi de uerbo ad uerbum consilium Oldra. de quo supra, concludens etiam ipse, quod in bello iusto licitum est Christianis uti auxiliū infidelium, & quod quando bellum est iustū non refert, qualiter uincamus hostem, & ut ibi per eū, & circa præmissa uide etiam Pet. de Ancha. in d. c. præidentes, in si. de hæreti. in vi.

Aduerte tamen, quod implorans eorum auxiliū non permittat infideles quo ad sacra immisceri cum Christianis, uel quod palam ipsi secundum eorum ritum in exercitu suum inuocent maumetem, aut de sacris suis cum Christianis publicè confabulentur, quia hoc expresse prohibetur in clem. i. de iudæ. Sed si uolunt sacra sua celebrare, hoc faciant secretò, & in parte remotiori exercitus, ad quam interdicitur Christianis accessus, hoc monet Bonifa. de Vitalinis, in d. cle. pri. de iudæ.

4 Quæro, iuxta præmissa ¶ an licitum sit Christianis principibus inire pacem, seu indutias, & treugas cum infidelibus, in consulto Summo Pontifice? Circa quod dicendum uidetur, quod Christiani principes possint absque licentia Papæ componere pacem, & treugas cum infidelibus, quia ille potest facere pacē, qui potest indicare bellum, ut no. per Doct. in c. i. ext. de treuga, & pace. Sed quilibet princeps nō recognoscēs superiorē potest indicare bellū, De quibus non recognoscētibus superiorē, per Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postli. rerum, & per Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & in l. i. C. ut armo. usus. lib. xi. p. Abb. in c. sicut, el. iii. col. iiii. de iureiuran. Et Fely. in c. excommunicamus, extra de hæreti. Idē ergo uidetur dicendum circa pacis, & faderis compositionem. Et quod ad Duces belli spectet facere pacem, est tex. in l. conuentio-num, cum ibi notatis. ff. de pact. ubi tex. & Doct. concludūt, quod

pacem inire spectat ad belli Duces, & tex. ibi dicit, quòd talis appellatur publica conuentio, intelligendo tamen, quando proprio iure quis est Dux belli, & exemplificant in Regibus, & similibus, qui possunt indicere bellum, non autem sic in simplici capitaneo guerræ, sicut nec simplex capitaneus potest bellum gerere, alias incidit in crimen læsæ maiestatis. l. iii. ff. ad. l. Iul. maiesta. immò si bellum gereret sine mandato superioris, etiam quòd uinceret, capite plecteretur. l. iii. §. in bello. ff. de re mili. Quod tamen est uerum, nisi ex noua causa, uel ex ueteri, incognita superiori moueretur ad prælium. l. si hæredem. ff. manda. Solum ergo requiri uidetur in pace firmanda, & fæderibus ineundis, quòd hæc gerantur per Principem non habentem superiorem, & qui possit iure indicere bella, cum ista a pari procedere uideantur, iuribus præallegatis, & no. in l. qui seruum, & in l. stipulatus fuero. §. si stipulor. ff. de uerb. obli. & in l. cū proponas. C. de pact. in l. quid ergo. §. si hæres. ff. de lega. i. Canno. in c. i. de treuga, & pace. & in c. iii. de iureiur. Et pro hac opinione facit tex. in l. in nomine Domini. l. ii. in princ. C. de præfec. prato. Aphri. ubi gloriatur Iustinianus Imperator cum Dei laude de pace in æternum inita cum Rege Persarum. Et ad idem tex. in extrauaganti, de pace constantiæ, in princ. ubi de pace per Federicum Imperatorem cum Longobardis. Vbi præsupponitur ualere pacem inter Christianos, & infideles, & hanc opinionem tenet Matthæ. de Afflic. in titu. de pace iur. fir. §. conueticulas, col. iii. uerfi. an autem rex Christianus, nu. 32. Et pro eadem opinione facit etiam, quod habetur de Abraham, qui fædus iniuit cum Abimelech alienigena. Gen. xxi. & Iacob cum Laban. Gene. xxxi. & de iudæis cum Romanis, qui erant idolatræ. i. macha. 8. Cuius pacis rescripti in tabulis æreis talis tenor erat. **BENE SIT ROMANIS, ET GENTI IUDAEORVM IN MARI, ET INTER RA IN AETERNVM, GLADIVS QVE, ET HOSTIS PROCVL SIT AB EIS.** Erant enim Romani cum eorum fæderatis beneuoli, & hanc habebant consuetudinem, quando Monarchiam Orbis adipiscebantur, ut quæcunq; gens cum pace, & cæreis sibi occurrisset, darent eis libertatem, in tantum, ut fratres illorum dicerentur, ciuesq; Romani appellarentur, dabantq; potestatem ædificandi curiam, & consules habendi sicut & ipsi, ut dicitur de Paulo Apostolo, qui appellabat se ciuem Romanum, Thimotei. iiii. Nā pater Pauli de Giscolo oppido, ubi natus erat, transfatus in Tharsim Ciliciæ, eo tempore aduenientibus Romanis in

Ciliciam, occurrit eis cum aliis Tharsensibus, qui ut pote nobilis accepit eos cum pace, & tunc Romani concesserunt ei prædicta omnia, & pater Pauli ab eisdem pennulam accepit in signum libertatis, & amicitia, quæ erat uestis consularis, qua induebantur Consules Romani ingredienti curiam, post cuius mortem ob illius memoriam hanc uestem sibi Paulus retinuit, de qua idem Apollolus loco, de quo supra meminit, licet quo ad patrem Pauli Chriostomus de Paulo loquens dicat, alterius enim patrem ignoramus, tam fuit ille obscurus, atque ignotus, cilicem tamē fuisse affirmat, in lib. i. car. 2. contra gentiles, & nos docuit Christus consentiendū esse, dum sumus in uia, ne dum extraneo, sed etiam aduersario, dum modo ex hoc non offendatur Deus. Matth. v.

Quæ quidem conclusio, quòd Principes Christiani possint inire pacem, aut inducias cum infidelibus inconsulto Papa, intelligi, & procedere debet, quando scilicet subesset aliqua causa iusta id faciendi, ut puta quando urgeat necessitas, uel similis, nam si quis Christianus princeps uideret principem infidelem præpotentem, & insuperabilem, & quòd contra ipsum non posset haberi defensio, quæ esset sufficiens, Tunc pro salute, & conseruatione fidelium, posset fædus iniiri cum infidelibus, uel alia simili, & iusta de causa. In istis enim confederationibus attenditur finis, & causa, ob quæ fiunt, ad inspiciedū an sint licitæ, uel non, & an finis sit legitimus uel non, ut per Bald. in l. i. in princip. ff. quòd cuiusque uni. not. Et pro hoc faciunt notata supra quæst. proxima. Nam si licet Christianis principibus inuocare auxilium infidelium contra alios Christianos, ex causa scilicet defensionis, idem & multò magis uideatur dicendum in præsentis quæstione, ut cum eis possint ex iustis de causis fieri induciæ, & treugæ, ut fiat cessatio à bello. Nec enim debet quis exponere se, & suos pro recuperatione rerum suarum, manifestæ morti, & periculo fortunæ, cum incertus sit belli euētus. iii. reg. xii. & uelle assumere impossibilia, quod esset fatuitas, & Deum tentare, contra præceptum diuinum. Deutero. vi. Matthei. iiii. & xxiii. q. viii. si nulla, & ipsi etiam Summi Pontifices tali casu necessitatis pepigerunt fædera cum infidelibus, ut de Beato Gregorio cum Longobardis. c. si in morte. xxiii. q. viii. & de Leone primo illius nominis, Pontifice, qui cum uideret statum Ecclesiæ Romanæ constitutum in manifesto periculo, & Urbem ipsam cum uniuersa Italia ruituram, composuit fædus cum Athila Rege hunnorum, ut per Paulum Diaconum, in martiano lib. xv. pro qua opi-

nione facit, quod dicit Cy. in l. neminem. C. de sacro. eccle. Quod rex potest inconsulto summo Pontifice tempore necessitatis, puta quia habet guerram, & redditus Regni non sufficiunt, capere calices, & cruces, dummodo tempore pacis resarciat. Attamen liceret se fortunæ exponere, & quomodo cunque bellare cum eisdem infidelibus, nec aliquo modo facere cum eis pacem, si hoc fieret ex Dei uoluntate, qui aut commissionem de bello, aut promissionem de auxilio faciat, ut Iudi. vii. & i. reg. xxx. & iii. reg. xx. Vbi Acab rex Israel cum septē millibus bellū gerens Dei uoluntate, subiugauit Benadab Regem Sirix cum triginta duobus Regibus, & eorum numero exercitu. & iii. reg. xix. ubi angelus occidit ex caldeis. 185. millia. & nume. 14. ubi Iosue, & Caleph dicebant ad populū Israel, nolite rebelles esse contra Dominum, neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita possumus eos deuorare, recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscum est, nolite timere, & Deutero. 7. & Iudith. 9. & Iosue. 4. ubi hostes ultro cedebant, nec armis, aut acie opus erat, sed ex tubarum sonitu mania ruebant, & iuxta illud Iob. pone me iuxta te. & cuiusuis manus pugnet contra me, & de Alex. qui cum uidisset Sacerdotem iudæorum pontificalibus indutum, & laminam desuper caput habentem, in qua erat scriptum nomen Domini Tettagrammaton, descendit de equo, & solus cum Sacerdote abiit in Ciuitatem Sanctam Hierusalem, & in Salamonis templo nomen. D. Dei cæli, & terræ adorauit, & neminem ausus est offendere cum eius exercitu relicto extra Ciuitatem, & 2. paralipomenon. 14. Domino cedente contriti sunt ethiopes, & ibidem. c. 20. ubi Dominus dedit insidias super Hammon. Tunc enim non est dubitandum, an infideles sint potetiores, uel non, & an sit bellandum, uel non, quia id belli genus, quod Deus imperat, iustum est, qui nouit quod cuique fieri debeat, in quo bello ductor exercitus, uel ipse populus, non tam author belli, quā minister Dei iudicandus est, 23. q. ii. Dominus, & habetur in c. quid crudele ea causa. q. iiii. Et habetur de uictoria Abraham, quam habuit de quinque regibus, & Deo protegente hostes deuicit. Gen. 14. & de multis aliis, quæ temporibus iudicum usque in tempora Dauid in Israel contigerunt, Is enim de Domino dicebat, Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Vel etiam fortè, quando Princeps Christianus haberet exercitum numerosum, & præpotentem ut infideles imbecilliores posset de facili superare, & esset certus de uictoria consequenda ex circumstantiis,

stantiis, & re ipsa oculis prudentiæ principis subiectis, inuocato semper prius nomine Domini, iuxta præceptum Apostoli ad colossenses. iii.

Nec conclusioni prædictæ obstat tex. in cle. i. §. porro, de iurciuran. ut prohibetur Imperatori tempore coronationis, parentela, & confœderatio cum pagano, aut Sarraceno, qui præstat etiam iuramentum tempore approbationis, de quo in c. tibi Domino. 64. distin. Quia uerbum illud confœderatio importat conspirationem cum infideli contra ecclesiam, ut patet ex illis uerbis, ibi. aut cum aliquo alio præfatæ ecclesiæ inimico, uel rebelli, & ex præcedentibus, & subsequenter uerbis, & per tex. in cle. ii. §. sanè, de re iudica. in uerbo confœderationes, & conspirationes, sicut alibi dicitur de factione cum barbaris, in l. quisquis. C. ad l. Iulii. maie. in Glo. in uerbo factionem. Nam & confœderationis uerbum licet apud 5 clasicos non inueniatur, tamen secundum nostros, † nō est aliud confœderatio, quàm facere quasi ex duobus corporibus unū corpus, ad inuicem se protegendum contra hostes, & inimicos cuiuslibet ex colligatis, & quod unus adiuuet alium, si requiratur, & hoc uerum, quando non sint certæ conuentiones inter confœderatos, ut per Marti. Lauden. in tracta. de confœderati. §. vii. allegantem Bal. in l. executorem. C. de executi. rei iudi. & est in vii. col. in fi. cū seq. Nota tamen, quod adhaerentes, & confœderati non includuntur in capitulis pacis, nisi exprimentur, per tex. in c. ab apostolicæ, in ii. col. de re iudi. ibi omnes amicos, sibi que adhaerentes in pace ponere, & ibi Geminianus, & Abb. in c. pri. in vii. col. de postulat. præla. & no. in l. à diuo pio. §. sententiam. ff. de re iudi. Et confœderati sunt eiusdem intentionis, & voluntatis, Idem Bal. in l. libert. C. de inoffi. testa. & quod tradit idem, in Rub. de treuga, & pace, & Petr. de Ancha. confi. 158. incip. ex narratis, col. ii. & per Alberic. Bru. consil. 86. Dubitatur an Regia maiestas, per to. Et ut solet dici, amicus amicorum, & inimicus inimicorum, & de hac uide. pri. machabe. 8. Aduerte tamen quod principes confœderati, & colligati, qui tenentur se inuicem iuuare, non tamen debent præstare iuuamen faciendi guerram iniustam, secundum Ang. in l. si quis ingrui. §. pri. ad Sillani. de quo ui. Iaso. & Zafi. in l. qui seruum, de uerbo. obliga.

Quæ quidē confœderatio si eo modo fieret contra Papam, cui dubium hanc fore abhominabilem, & execrabilem, & tanta pertinacia uix careret labe hæreticæ prauitatis, iuxta notata per Doc.

in illa. q. de Imperatore monito, & non se corrigente, sed contra Papam bellum mouente, de qua in c. olim, el primo ubi etiam Hosti. col. vi. de resti. spolia. & per Abb. in c. sicut, el iii. col. iiii. vers. sed circa prædicta, de iureiuran. Et eiusmodi confœderatio esset contra id, quod scribit Aposto. ii. Corinthi. vi. nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate. Tenentur enim Imperator, & reges præstare auxilium ecclesiæ contra hostes suos. d. cle. i. de iureiuran. c. sex. c. maximilianus. 23. q. iii. c. non inueniam. 23. q. iiii. & omnes etiam principes seculares tenentur ad defensionem ecclesiarum, & bonorum eius. c. i. de supplen. negli. præla. c. Adrianus. 63. distin. & 33. q. v. Principes, & c. regum, & nolentes possunt per Papam excommunicari ea causâ, & q. c. administratores, & c. ecclesia. 97. distin. Vt Innocentius Arcadium, Ambrosius Theodosium magnum Innocentius. iiii. Federicum Barbarum fam. c. duo sunt. 96. distin. & in c. ad Apostolicæ. de re iudic. in vi. & no. in c. per uenerabilem, de electi. & in c. nouit. de iudi. & in c. pro humano, de homici. in vi. & in c. ex gestis, de cleri. non resi. per Abb. in d. c. sicut, col. iiii. uersi. Ego amplius dico, de iureiuran. Notandum est tamen, quod Imperator non debet deponi à Papa, nisi ex maxima, & grauissimâ causâ (vt utar uerbis authoris) quia Imperator, & alii Principes non possunt deponi sine maximis periculis, nec est simile de depositione clericorum, qui pro quolibet peccato deponi possunt, ita Marti. Lauden. in tracta. de princ. §. 35. incip. Imperator, & dicit Bal. in l. fin. in fi. C. de legi. quod hoc debet fieri ex causâ graui, & notoria, ex qua turbatur uniuersus status Christianus, uel ecclesiæ. Immo si quis contra Papam inspiraret, incidere in crimen læsæ maiestatis, nam eisdem modis committitur tale crimen contra Papam, siue per laycos, siue per clericos, quibus contra Imperatorem, de quibus in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. ut cõcludit preposi. in c. imprimis. §. de persona, col. vii. vers. qui autem. ii. q. i. plene per D. Hierony. Gigan. in tractat. de crimin. læsæ maiestatis. i.

Est enim Papa omnium Christianorum Dominus. c. cuncta per mundum. ix. q. iiii. & omnes dignitates mundi præcedit. clem. pastoralis, de sen. & re iudi. Et sicut summo sacerdoti leuitici generis omnes iudæi obedire tenebantur, cuiuscumq; status essent, Deuter. 17. Sic omnes Christiani de primo usq; ad vltimum Papæ locum CHRISTI tenenti parere tenentur, de quo ui. Archi. Floren. in summa, parte. iiii. lib. 22. §. 17. & in d. parte lib. i. cum seq. & ideo de-

bet osculari in pede, vt per Glo. & Ioan. de Plathea, in l. i. C. de domesticis. lib. 12. Immo videtur idem consistorium facere cum Deo. Inno. & Hosti. in c. iiii. de translato. prælato. & dicitur Deus uiuens in terris. c. quod olim, de iudæ. Et ipse etiam Imperator non dicitur habere plenitudinem potestatis, nisi id à Papa consequatur, ut p. Archi. & alios, in c. legimus. 93. dist. & no. in d. c. p. uenerabile.

Sed si fierent confœderationes per Principes Christianos cum infidelibus ex causis præallegatis in principali quæstione exurgenti necessitate, uel simili &c. & prout dictum est factas sapius fuisse etiam per summos Pontifices, & Imperatores cum infidelibus, nõ essent prohibitæ, sed potius dignæ commendatione pro conseruatione status fidelium. Item tex. in d. §. porro nõ loquitur in Regibus, & aliis Principibus, qui non præstant iuramentum fidelitatis summo Pontifici, licet ei subsunt ratione fori pœnitentialis, in multis aliis casibus Reges Papam recognoscunt, vt Inno. in c. cum te, de re iudi. Et pro conclusione supra firmata facit, Quod plura sunt bona pacis, & adeo grande bonum est, vt in rebus humanis nihil gloriosius, nihil delectabilius, aut utilius audiri, cõcupisci, possideri ualeat, secundum Augusti. Inde Ouidius lib. iiii. de fastis canit Pace Ceres læta est, & uos orate coloni, perpetuam pacem, pacificumq; ducem, Et habetur pro uerbi. 12. Qui pacis inuencit consilia, sequetur eos gaudium, Et infinita de ea possent adduci ex psalmis, & aliis prophetis, & dicit philoso. in pri. de cœlo, & mundo, omnis motus est ad quietem, & Augusti. 19. de ciui. Dei, & secunda secunda. q. 29. arti. ii. nemo est, qui non appetat quietem, & pacem, Et sicut nemo est, qui gaudere nolit, ita nullus est, qui pacem nolit, & ratio est, quia, vt ait philoso. 8. Ethi. Natura semper fugit triste, appetit autem delectabile, & ipsæ etiam feræ pacata feritate habitant simul, & ad inuicem sociantur, vt per Augustin. d. c. 19. & quàm sit pax fructuosa potest considerari ex eis, quæ paci sunt opposita. s. bella, rixæ, discordiæ, partialitates, odia, perfidiæ, seditiones, proditiones, homicidia, depopulationes, incendia, captiuitates, & mortes filiorum, & proximorum, familiarum, & ipsarum etiam urbiu desolationes, & alia damna infinita. De cuius pacis præconiis uide Alberi. in l. i. in princ. C. de cadu. tollen. & Lucã de Pen. in l. i. C. publicæ lætici. vel consul. lib. 12. ubi latissime, & bonus tex. in c. vt constituerent. 50. distin. circa fi. Vbi dicitur. Verum in huiusmodi causis, ubi per graues discensionum scissuras, plurimorum populorum strages iacet, detrahendum est aliquid, &c. † Et sic propter

tollenda bella, & pro pace inducenda receditur à iuris ordine, nã ex pacis causa propter publicam vtilitatem, licet principi à proprio contractu recedere, tex. est in l. pe. ff. de decre. ab ordi. facien. per Card. confi. 85. Dominus Nicolas, per Allic. deci. 361. Monasterium Sanctæ Mariæ, col. ii. & no. in c. nisi essent, de præben. & in c. his quæ. de maiori. & obe. & in c. quod sicut. de electi. Et quòd princeps plura possit ex causa pacis, quæ alias secus, tradit latè Ias. in confi. 236. viso titulo quæstionis, col. i. & ii. vol. ii. & habetur per Glo. & Doct. in c. ii. de re iudi. in vi. Fely. in c. ex parte, de accusat. Anto. Corset. in tracta. de potesta. regia, col. ii. & col. 12. cum seq. q. 41. ubi etiam enumerantur plurima pacis priuilegia, & Soci. iu. ni. confi. 140. stantibus his, col. v. vol. ii.

Pro qua re facit, quòd pax est fauorabilis, & ideo etiam habet in se plurimum spiritualitatis, Nam qui facit contra pacem, frangendo fidem, dicitur venire contra charitatem, recedit enim à dilectione proximi, in qua cõsistit uirtus, qua saluamur. c. sicut, el. iii. & ibi Abb. in ii. nota. de iureiuran. Et cum quis ueniat contra præceptum Dei principale, ideo crimen fractionis pacis spectat ad ecclesiã, vt. no. in c. nouit, de iudi. & in c. i. de treu. & pace. & per Spe. cu. de. competen. iudi. Et ecclesia se interponit ut pax seruetur. c. i. cum ibi. no. ext. de pactis. & hoc est expeditum de iure canonico, Sed dico, quòd etiam de iure ciuili ad officium Episcoporum spectat facere tueri pacem, & seruare, & punire etiam eius uiolatores, vt est tex. in c. i. §. episcopus, de pace iura. firman. & ibi no. maximè per Aluarot. Nam cum consistat in dilectione proximi, etiam infidelibus esset seruanda, si cum eis fieret, cum appellatione proximorum ueniant etiam infideles, ut per Abb. in d. c. nouit, col. ii.

Immò etiam inimicis, quos diligere tenemur, est fides publica seruanda. c. nol. 23. q. i. c. innocens. 22. q. iiii. c. Dominus noster. 23. q. ii. & per Doct. in l. conuentionum. ff. de pact. Quæ res maximè fecit Romanos dominari, ut per Lauden. de principi. nu. 257. Vbi quòd tria fecerunt Romanos Dominari, sanum consilium, secreta tenendo, priuata paupertas, & dictis suis pertinaciter inherere, nõ frangendo fidem, de quo ui. Valeri. maxi. lib. vi. cap. vi. de fide Romanorũ, & lib. ii. cap. iiii. de priuata fide, & de perfidia. lib. 9. cap. vi. & pri. macha. 8. Et principibus præcipue conuenit, ut infinita possent adduci, Sed hoc sufficiat, quòd omnes contractus initi cū principe sunt bonæ fidei propter fidem in eis, plusquàm cum aliis exuberantem. Bal. in tit. de pace constan. §. si qua uerò. Præpo. in c. i. in tit.

i. in tit. de natu. feu. Ias. in §. actorem, col. i. in tit. de actio. & in l. ciuitas. col. iiii. ff. si cert. pet. & in l. si insulam, col. x. de verbor. oblig. Bologni. confi. 48. col. ii. in fi. Et nihil est, quòd lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, Epistola inter claras. C. de summa Trini. Et in Principibus conuenit illud uerbum, semel loquutus est Deus, & quod scripsi scripsi, Et debet esse sicut polus in cælo. Bal. confi. 327. lib. i. Deci. in l. nemo potest, de regul. iur. & confi. 150. lib. iiii. & confi. 689. lib. v. Et Iosue fidem seruauit meretrici Rahab. Ios. ii. & iii. & gabaonitis, qui deruperunt Israel. Ios. 9. Et Dauid fidem seruauit Semei seditioso, & maledico. ii. reg. 19. dum dixit, quid ultra loqueris? fixum est, quod loquutus sum.

7 † Est autem & alia pax uera spiritualis, & interna, de qua psal. 36. & 118. Esaiæ. 52. & 57. Miche. 5. Zacha. 9. prouerbi. 28. Matthæ. 10. Lucæ. 2. & Ioan. 14. quæ consistit in hoc, quòd caro obedit spiritui, sensualitas rationi, ratio Deo, & de qua Apostolus Philip. 4. & Collossen. iii. & Roma. 12. & i. Corinthi. 7. & 14. Actu. 10. & 24. Et hanc pacem prædixerunt omnes prophetæ futuram tempore aduentus Christi, qui pro hac descendit de cælo, ut pacificaret per sanguinem quæ in terra, & cælis sunt, & terram cælestibus sociauit, & quam nobis pro omni hæreditatis censu reliquit.

Et quod supra conclusum est de principibus Christianis, in cõponenda pace, & treugis cum infidelibus limitarem non procedere quãdo bellum esset commune omnibus Christianis, & communiter gestum cum infidelibus, ut in Cruciatu, quod cõtigit sapius per elapsa tempora, Vt temporibus Urbani secundi, qui concilio apud clarum montem in Gallicis habito animauit principes Christianos ad recuperandam Hierosolimam de manibus Sarracenorum, adeo vt tricenta millia hominum, nomen in Christi militiam dederint, prout in sua historia enarrat Albertus monachus.

Item & tempore Calisti. ii. & tertii, Lucii. ii. Eugenii. iii. & quarti, & sub aliis subsequentiibus Pontificibus, & nouissimè sub Leone X. in secunda sessione concilii Lateranensis. Nam his casibus non possent fieri pax, aut treuga cum infidelibus Summo Pontifice inconsulto, qui in huiusmodi sacro bello esset Princeps, & Dux supremus, cum uerteretur interesse totius Christianæ Reipublicæ, & proinde eius consensus deberet omnino requiri, per no. in d. l. conuentionum, cum aliis pluribus supra allegatis.

8 Et quod attinet ad confederationes, sciendũ est, † q̄ per confederationem non inducitur propterea subiectio, etiam si alter ex

principibus, uel ciuitatibus colligatis solueret alteri censum aliquem, sicut etiam dicitur de terris recommendatis offerentibus brauium in signum præminentia alteri ciuitati, & non censetur de eius districtu, sed potius confœderata, ut per D. Cardin. & Petr. de Ancha. in cle. ii. de electi. Et uide de istis recommendationibus late per Soci. consi. 74. in præfenti consultatione, col. iiii. & v. vol. i. Et quoniam Princeps recipit populum aliquem, uel Ciuitatem in fidem & protectionem suam, quod non derogetur Iuri illius, qui est receptus, ui. Bar. in l. i. C. de excusati. mune. Ias. in l. qui seruum. ff. de uerbor. obliga. & in consi. 57. uis literis salua guardia, uol. iiii. Canno. in c. recepimus, & in c. ex parte, de priuilegi. Et Ideo olim Numa Põpilius constituit collegium ferialium, quorum officium erat custodire, ne alicui confœderata urbi bellum à Romanis iniustum inferretur, Quod si forte ab aliis fœdera uolarentur, repetere res, & si non redderentur, bellum decernere. Ibat enim ad fedifragam ciuitatem ferialis, & admonitis, ut iustè facerent, nisi paruissent, (Diis fœderum inspectoibus inuocatis) bellum comminabatur, & de modo, & ordine, & ad ea requisitis uide apud Liuium. Dionysium, & Plutarchum.

An autem præsumatur iusta causa in Principe, no. in l. si. C. si cõtra ius. & Abb. in c. quanto, nu. 10. de consuetu. & in c. quanto, in v. col. uerfi. si tamen Papa, & in c. sicut col. v. de iureiuran. & in c. in causis, de re iudi. Et uidetur concludendum, quod in Principe semper præsumitur iusta causa, etiam si eam non exprimat, secundum Cyn. & Bal. in l. rescripta. C. de præci. Impe. offe. Bal. in l. si testamentum, C. de testa. Ant. de Butr. & Imol. in c. cum inter de remun. & in c. constitutus, de relligi. Domi. Abb. in c. cum olim, col. viii. de re iudi. & dicit Inno. in c. ad aures, de tempori. ordi. Quod uani capitis est existimare principem non posse præcipere sine causa cognitione, uel sine expressione causa, quod dictum pro notabili refert, & sequitur D. Abb. in c. si quando, in fi. de rescript. fac. no. in c. Lugdunensis ix. q. i. & ui. Lucam de Peru. in l. fin. C. de loca. prædi. ci. lib. 11. col. 21.

9 Et quia supra dictum est de pace, & de bello, † Quando autem dicitur iustum bellum, ui. in c. iustum 23. q. ii. per Egidi. qui ponit septem species belli. Bal. autem in l. ii. col. pen. C. de serui. & aqua, ponit triplex bellum, & per Inno. in c. olim, de resti. spolia. & And. de Iser. in uisibus feud. in tit. de pace tenen. c. antepe. & seq. & in titul. hic fini. lex Federici. c. Domino guerram. col. ii. ubi autoritate

Diui Thomæ dicit Tria requiri ad hoc, ut bellum sit iustum. Primum autoritas principis. c. quid culpatur. 23. q. i. Secundum, ut illi, cõtra quos mouetur bellum, ex aliqua culpa hoc mouerint, ea. cau. q. ii. c. Dominus. Tertium intentio scilicet uel quia intendit, ut bonum promoueatur, uel ut malum uitetur, & non cupiditate, aut crudelitate, Quia nocendi cupiditas, uel ulciscendi crudelitas, implacabilis animus, feritas bellandi, cupido dominandi, & similia damnantur in bello, de quo etiam an sit iustum, uel iniustum ui. Abb. in c. sicut, el. iiii. de iureiuran. & Doct. in c. pro humani, de homici. in vi. & Guil. de cuni. Bart. Bald. Alberi. & alios in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. ubi etiam per D. Iaso. col. iiii. Bart. in l. apud hostes. ff. de capti. Lucam de Pen. in l. vnica. C. ut armo. usus, per to. maxime col. iiii. lib. xi. Matth. de Afflict. in uis. feu. in tit. quæ sint regalia, in uerbo, & bona committentium, Ioan. de ligna. in tractat. de bello.

10 Et bellum, † quod indicit Ecclesia contra Sarracenos, dicitur iustum, & licitè potest indici, ut per Ant. de Butr. & Ioan. de Anan. in c. quod olim, de iudæ. Inno. in c. quod super, in ii. col. in Glo. in uerbo pro defensione, uerfi. potest etiam indicere, de uoto, & not. in c. petitio, extra de homici. & per Bart. in l. i. C. de paga. Quia tenent occupatam terram Sanctam Hierusalem, quæ est terra promissionis, quam promissit Deus Abraham & semini eius, & dicit nobis debitum, quia sumus filii Abraham, secundum Apostolum. Similiter dicit, quod ecclesia indicit bellum contra turcas, quia non permittunt nos ire ad Sarracenos ad ipsam habendam, quæ debetur Ecclesie, ut dicunt Doctores in c. ad apostolicæ. §. nos itaque de re iudi. in vi. Tam ex natinitate, quàm ex conuersatione, & etiã ex passione Domini nostri Iesu CHRISTI. Et cum hodie Imperator Turcarum ipsam terram detineat, potest Ecclesia contra ipsum ea de causa bellum indicere, stantibus maxime his, de quibus dicitur infra, par. ii. princip. cap. vi. uerfi. diximus qualiter, nu. 26. Et potuit Papa donare Hierusalem, quod detinetur ab infidelibus, & donatio tenuit in Carolum Regem, & eius successores propter ius, & spem postliminii, ut per Bart. in l. id, quod apud hostes. ff. de lega. i. & per Marti. Lauden. in tracta. de princip. §. 246. Et cum Bar. transeunt omnes ibi indifferenter, licet D. Ias. in d. l. id quod, contrarium teneat, quia præsuppositum Bar. dum præsupponit, quod Regnum Hierusalem semel fuerit ecclesie, dicit esse falsum, Immo quod fuit Romanorum Imperatorum, quibus erant

subiecti iudæi, ideo quod Imperator, & non Papa uidetur habere ius in eo regno, & propterea non tenuisse donationem, de qua supra, cum Papa non se impediatur de iis, quæ sunt Imperatoris, nisi in spiritualibus. c. cum ad uerum. 96. distin. & c. nouit, de iudici. & in c. solitæ, de maiori. & obedi. Sed ego teneo communem opinionem ex rationibus per me latissimè cumulatis infra par. ii. cap. vi. num. 26. sequutus opi. Hosti. magis communem, ad quæ me refero, cum hæc quæstio dependeat ab illa, quæ ibi tractatur. Nota tamen circa bellum contra infideles indicendum, quod non potest contra eos simpliciter bellum indici, quia sint infideles, sed ex certis, & legitimis causis, ut etiam supra dictum est. Nam etiam in lege ueteri non reperitur, quod fuerit indictum bellum contra eos, quia essent infideles, sed quia uel recusabant dare transitum, uel quia eos offendebant, ut Madianitæ, uel ut recuperarent sua Dei largitione concessa, sed Dominus noster Iesus Christus non per milites, sed per prædicationes uerbi sui, mundi possessionem adeptus est, Nam milites Dei sunt exercitus cælorum, de quibus habetur. Gene. ii. & hebraicè Zebarth dicuntur, & aduertat unusquisque fidelis, quod moriens in bello contra infideles, regnum cælestis adipiscitur. c. omnium. 23. q. v.

S V M M A R I V M . C A P I T I S . V I I .

- 1 Principes Christiani quod possint expellere iudæos, & infideles de eorum terris, & bona eorum auferre secundum unam opinionem, sed amplectitur contrariam opinionem tanquam ueriores.
- 2 Delicta, & scelera horrenda per Iudæos contra Christianos.
- 3 Vaticinium Esaiæ, quod reliquæ iudæorum saluæ sint &c. quomodo.
- 4 Iudæi non sunt expellendi per Principes Christianos sine causa, nec eorum bona ab eis auferenda.
- 5 Forenses mercatores non possunt à terris expelli sine causa.
- 6 Tributum, & de eius materia, & origine, & an Iudæi possint cogi ad tributa, & quid de decimis usque in finem.



Vid autem si Principes Christiani uellent expellere iudæos absque causa, & alios infideles de terris suis, & ab eis auferre bona. An hæc possent licite? Circa quod uariæ fuerunt opiniones Doctorum. Quidam enim tenuerunt, quod licet persona priuata non debeat eis molestiam inferre

- 1 inferre, † Princeps tamen hoc possit, quia facti sunt nobis serui per Christi mortem. c. & si iudæos. c. consuluit, extra de iuda. & sicut Princeps, qui est eorum Dominus, possit eos vendere, multò magis expellere, argu. l. i. & ii. C. si fer. expor. uen. v. uoluit Archid. in c. qui sincera. 45. distin. Nam etiam Iustinianus Imperator tertio anno sui Imperii promulgauit legem, ut non essent pagani, nec heretici, nisi soli orthodoxi Christiani, datis illis induciis usque ad menses tres ad conuersionem. Et ista ratione possit etiam Princeps eorum bona auferre, & pro hac parte plura adducit Ioan. de Ana. in d. c. & si iudæos. col. ii. vers. in contrarium facit, & Anto. Corset. in tracta. de potesta. regia, in quinta, & ultima parte. q. 81. col. iii. Dicens, istam partem amplectendam, attenta hodie malitia iudæorum, † qui semper conantur contra Christianos aliquid mali facere, & clam pueros Christianos rapere, & eos crucifigere, prout sua tempestate dicit comprobatum fuisse, & quod ideo sapientissimè Reges Hispaniæ se gesserunt tunc profugando omnes iudæos de regnis suis, & quod etiam disputatum, & obtentum fuit Mediolani, ut iudæi non possent ibi commorari, ut patet ex quodam con filio edito per Reuerendum D. fratrem Bernardinum de Bussi, ordinis minorum, quod est positum inter eius sermones, & est post sermonem quartum decimum primæ partis, cui se subscripserunt plures solennes Doctores sui temporis, qui etiam in fine præallegati eius consilii, dicit quod aliàs à multis prouinciis Christianitatis eiectioni sunt propter eorum defectus, & de Sabaudia, Anglia, & Francia, & del. 1180. & 1182. & 1307. & 1322. & anno. 1348. pestilentia per totam Europam grassata est, cuius rei fuerunt authores, fontibus infectis ueneno, sacculis in eis repertis plenis ueneno, Ad quæ uidentur etiam, quæ tradit D. Antonius archiepiscopus Florentinus in secunda Historia, tit. xvii. cap. i. §. vi. fol. mihi. 210. ubi de illo Vuilhelme puero in Anglia, qui fuit crucifixus à iudæis in die Parasceues in Vrbe Voruicho. Idem scribit Polido. verg. lib. xvi. Angelicæ historia, carta mihi 302. à tergo, quod iudæi degentes Nordouici quendam Christianum puerum furtim captum totum integrum annum enutriuerunt, ut aduentante Paschate cruci affigerent, qui tanti criminis conuicti meritas dederunt pœnas. Item lib. xvii. car. 327. dicit, quod ex Anglia fuerunt expulsi, & lib. xiiii. quod orto tumultu fuerunt per Christianos interfecti omnes cum mulieribus eorum, præter paucos, qui professi sunt se Christianos fieri uelle, & etiam de præmissis uide Vincentium in suo speculo

historiali lib. 30. cap. 25. & 52. Et habetur de Simone puero tridentino martire ab eisdem suffocato, de quo constat ubique terrarum, & Tridenti claret miraculis ad fidei nostram incrementum, ut gloria Dei manifestetur, & prauitas tanti sceleris execrabilior fiat, Item anno Domini. 728. congregati iudæi in Ciuitate Beriti in vna domo, cæperunt Imaginem ligneam Crucifixi, & primo flagellarunt eam, quam deinde cum omnibus opprobriis, & iniuriis crucifixerunt, & lancea latus transfixerunt, à qua miraculosè exiuit magna copia sanguinis, in tantum quòd emanauit per rimulas portarum in viam publicam, quo miraculo viso omnes iudæi sponte venerunt ad baptismum, miraculum ipsum prædicantes, prout tradit Iaco. de Valen. super commento psal. 67. uers. dixit Dominus ex basam, ubi quoque scribit iudæos in aliis prouinciis, & in diuersis temporibus similia perpetrasse, & plures Christianos cruci affixisse, perseuerantes in patrum suorum infidelitate, & malitia, qui Christum Dominum nostrum crucifixerunt, prout etiam tradit Socrates lib. vii. cap. xvi. ecclesiasticæ historiæ, qui propterea iugiter, & successiuè conterit capita eorum, & plurima per eos maledicta, & maledicta ponuntur per fortilicium fidei lib. iii. Et per Finum Ferraricensem in eius sigello contra iudæos. lib. ix. cap. vi. quæ perlegès totus perhorruì, nec calamus tam detestanda scribere ausus est, & quid, quòd per paganos, siue gentiles etiam ipsos sub Tiberio Cæsare fuerunt ab vrbe expulsi propter eorum scelera, ut scribit Iosephus lib. 19. antiquitatis iudaicæ, cap. x. & ui. quæ dicam infra par. ii. cap. vi. nu. 18. prout etiam expulsi fuerunt à Ioanne Rege 37. Castellæ à Regno, sic persuadente Vincentio monacho ordinis prædicatorum, quo tempore multi iudæi metu amittendæ rei baptizati sunt, clam verò paternis legibus inuigilantes pessimum genus hominum euasere Marani hodie vulgo nuncupantur. Et ex nostris uideri possunt varia iuriconsultorum consilia, de pluribus eorù delictis, consulentium de qualitate pœnarum eisdem infligendarum, inter quos Ioan. calderi. consi. ii. in tit. de iudæ. Oldra. consi. 36. infra scripti sunt articuli. Petr. de Anchar. consil. xv. & plures alii sine numero, quos prætermitto. quæ inclinant animos fidelium in eorum faciliorem repulsionem. Ad quæ piè Addam, quòd ipsi perfidi iudæi quotidianis diebus orant pro destructione ecclesiæ, & Principum Christianorum, ut in festo Mardochei quod adhuc celebrant xv. Kalendas martii, ubi conterunt ollas in synagogis, dicentes, sicut contritus est Aman, sic conteratur velociter regnum Christianorum,

norum, & in eorum Talmut plurima statuuntur contra Christianos, ut in abodozara, ubi de illis, qui sequuntur regulam Iesu Nazareni, si homo uiderit eos inclinatos ad mortem, debet eos homo occidere, & si sunt circa puteum, debet homo eos intus proicere, & superponere lapidem in ora putei, & si scala fuerit in puteo, debet ipsam amouere, ne per eam possit ascendere. Item quòd Christianus committens crimen debet mori etiam unius testimonio conuictus. Item quòd error computi, quem facit iudæus Christiano, est sine culpa, & rem licitam esse, si fiat rapina Christiano, absoluuntque iudæum, qui falsum iurat contra Christianum, & quando inter eos uolunt aliquid turpi uocabulo appellare, ut odor fetidus, & quid simile, dicunt odor Christianus, & ad compescendas eorum Sathanicas delusiones, inter cætera statuit Ecclesia, quòd in diebus lamentationis, & Dominicæ passionis non debent ornati in publicum prodire, & in die Parasceues non habeant hostia, vel fenestras apertas. c. in nonnullis. c. quia super his. extra de iudæ. Et quòd ex præmissis debeant expelli, iuxta illud Exodi. 23. nō habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciāt.

Et tenendo istam partem posset responderi ad illud principalius fundamentum, quod in oppositum adducitur uidelicet Quòd si expellerentur, † deficeret in eis illud uaticinium Esaia x. ubi, in ueritate reliquiæ conuertuntur, reliquiæ inquam Iacob ad Deū fortem, & illud Apostoli ad Roma. 9. si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fiant, & Marci. 13. non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant, quia. s. verificabitur illud oraculum in iudæis, qui degunt in terris sarracenorum, & aliorum infidelium, & in non habitantibus terras Christianorum, & ita respondet Imo. ad hoc obiectum, in cle. i. de iudæ. circa si. uersic. tertio quærit. &c.

Sed adhuc contraria opinio est uerior, & probabilior scilicet, Quòd † Principes Christiani non possint absque legitima causa pacificos iudæos, uel alios paganos, & infideles de terris suis expellere, quia eos exules facere esset, contra præcepta charitatis, propter quod necessitatis tempore tenemur eis subuenire, & etiam elemosynam facere iudæis. 42. distincti. quiescamus. xvi. q. i. si cupis. 86. distin. non satis. Et hanc sententiam dixit probabilior Oldra. consi. 264. illa uidetur probabilior, ubi adducit plura fundamenta pro hac parte, & dicit pro ea esse tex. in l. Christianis. C. de paga. & idem Oldra. consi. 87. Quæritur an Princeps, hoc firmat

quando tamen Christianis non imminet periculum, vel scandalū, per no. per Inno. in c. quod super his, extra de uoto, & hanc sequitur Ioan. And. in additio. Specu. super Rub. de iudæ. & D. Abba. in d. c. quod super, col. fi. versi. Vltimo hic quaritur, Dicens, quod debemus tollerare infideles, & ipsos lucrifacere Deo, & idem Abba. in c. nouit, col. ii. de iudi. dicit, quod appellatione proximi veniūt iudæi, Sarraceni, & alii infideles, & Petr. de Ancha. ind. c. quod sup, col. pe. versi. Quarto quæro, & Ioan. de Anan. in d. c. & si iudæos, col. ii. de iudæ. & Alberi. de Rosa. in Rub. C. de iudæ. col. ii. versi. itē quaritur nunquid princeps, vel rex, & c. & Jacobi. de S. Georgio, in tracta. de feu. in verbo dux. versi. Vltimo quæro, & Ias. in l. Iulianus, alias. l. apud Iulianum. §. constat, col. vi. ff. de lega. i. Alex. consil. 99. visa inquisitione, col. fi. circa fin. versic. & quod iudæus, vol. vi. & consil. xiii. attentis, col. iiii. versi. & propterea dicimus, & consil. 130. super eo, col. ii. in fi. vol. vii. Parisi. consil. xi. col. ii. in fi. & colum. iiii. in princ. vol. iiii. Et Ant. Corsetus in loco supra allegato, in fine questionis, concludens tandem iudæos, & Sarracenos viuentes pacifice, & quietē nobiscum tollerandos esse. Si verò pericula, scandala, machinationes, & enormia contra fidem, & Christianos prepararent, nullatenus tollerandos, sed iure optimo expellendos, & ita dicit posse concordari opiniones, de quibus supra. pout decreto Illustris. Domini nostri Venetiarum sancitum est de ipsis expellendis ab hac Ciuitate Vtini, ex rationabilibus causis, & quia cōduxerant clandestinē in hanc Ciuitatem diuersa mobilia contagiosa, qui tamen ipsam pestem priores experti sunt, eorumq; bona mobilia aqua impurgabilia, combusta fuerunt, & iure optimo, vt tradit Ripa. in tracta. de peste. sub Rub. reme. ad curan. pestem. nu. 46. cum sequentibus, licet etiam capitali pœna fuissent digni, per tex. in l. sacularii. §. sunt quædam. ibi quia & ipsa res mortem comminatur. ff. de extraordi. crimi. Et hæc, & alia memorabilia peracta sunt procurante Amplissimo Viro Dominico Bollano Equite, & tunc Foriulii Præsidi, in cuius rei perpetuam memoriam Foroiu-lienses Arcum Hvnc Erexerunt. Iudæos etiā Philippus Rex Gallia ob maleficia quædam, & auaritas è Prouincia sua deiecit, direptis eorum bonis, Plati. in clemē. v. Pontif. 201.

Ad principalem

Ad principalem conclusionem adde, Quod etiam tempore Gentilium Claudianus Cæsar omnia Iudæis, iura, leges, & consuetudines confirmavit, & vestem sacerdotalem, quæ prius sub potestate Romanorum custodiebatur, eis libere dimisit, vt scribit Iosephus de antiquitatibus, lib. 19. cap. iiii. & lib. 20. cap. iii. Titus quoque post Hierosolymitanum excidium petentes Antiochenos Iudæorum priuilegia abrogari, repulit, Idem author de bello iudaico, lib. vii. cap. 35. Et pro eadem opinione, quod non ita de facili expellantur, facit. Quod totus mundus est omnibus Patria iuxta. illud Ouidii.

Omne solum forti Patria est, ut piscibus æquor,

Vt uolucris uacuum quicquid in orbe patet.

- 5 Et ideo † Domini Terrarum non possunt expellere forenses mercatores sine causa, ex qua possent foris banniri, vt tradit Bal. in vii. feu. in tit. de forma fidei. §. Dominus verò, versi. extra quæro nunquid Domini, Dicens, quod venturis ad Patriam alienam bene potest interdici ingressus, arg. ff. de serui. rustici. prædi. l. diuus, & ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. aristo. Postquam autem venerunt, & ingressi sunt, sicut reliquus populus, & tam contra naturalem æquitatem, quàm contra bonum publicū esset, vt expellerentur, Nam & nos in terris per infideles occupatis admittimur cum mercimoniis, & in aliis negotiis exercendis, licet causa nostra sit iustior, & diuersa per ea, quæ inferius dicentur par. ii. capi. vi. ita dicendum est de ipsis iudæis, & aliis infidelibus. postquam sunt in terris Christianorum recepti, ne sine causa expellantur, facti sunt enim de Populo Romano, & de eodem corpore Ciuitatis, vt per Glo. in c. ius quiritum. i. distin. & dicetur suo loco, & de præmissis ui. etiam Archidia. in c. si de rebus. 23. q. vii. Et pro prædicta opinione potest adduci illud Esaiæ. xi. vbi habitabit lupus cum agno & c. quod intelligitur de ipsis infidelibus, qui sunt tanquàm lupi rapaces, & tanquàm leones superbi, Gen. 49. Benjamin lupus rapax, & catulus leonis Indas, & sic quod ipsi superbi habitabant cum Christianis humilibus, qui ex pietate ipsos recipient, vt supra. Sunt tamen aliqui casus, in quibus potest à Iudæis licitè aliquid de suo haberi, vt in coronatione Imperatoris, vt no. in l. i. C. de auro corona. lib. x. Cōsulendum tamen puto Christianis, ne permittant in eorum Terris Iudæos in tantum augeri, vt possint conspirare contra Ciuitatē, cum sint inimici nostri intrinseci. & si eis daretur occasio, scelus omne committerent contra nos, prout fecerunt Iudæi, & Samari-

tæ Cæsareæ Palestinæ, ubi seditionem concitarunt, & irruerunt in Christianos eiusdem Ciuitatis, & multos interfecerunt, & ecclesias combusserunt, qui tamen Duce Stephano Iustiniani Cæsaris Præfecto dederunt pœnas, cum alios suspenderit, alios decollauerit, & alios aliter castigauerit, & etiam Iudæi Antiocheni non impune tē pore Phocæ Cæsaris occiderunt Anastasium Patriarcham mittentes naturam eius in os eius. Item Iudæi, qui Cyrenem incolebant, sub Traiano Cæsare Ducem Andream sibi constituentem Romanos, & Græcos sine discrimine statim obruncarunt, nec cęde contenti humanis carnibus vesci cępere, horum intestinis stillante adhuc sanguine, cincti, & cum pellibus obuoluti multos per medium usque ad verticem dissecuere, plures bestiis dilaniandos obicere, alios inter se digladiari coegere, ut ducenta, & amplius hominum millia eo furore, & armis interierint. Ingens item cędes ab eis in Aegypto patrata fuit, & in Cypro conspirantes duce Artenione circiter ducenta, & quadraginta capitum millia trucidarunt, & eam insulam attingere quoquomodo iudæus sub pœna capitis prohibetur, hæc Dion in Traiano &c.

Vidimus proximè qualiter Iudæi non possunt sine causa expelli per Christianos Principes, de eorum terris, querendum est modo, an possint cogi ad solutionem Tributi, sicut tenentur Christiani Principibus, sub quorum ditioe sunt positi, & prius præmittendū duxi. † Quòd Tributum est debitum Principibus in signum recognitionis vniuersalis Domini, & in signum subiectionis. c. omnis anima, extra de censu. & de quo habetur Matthæi. xvii. Et quod etiam Dominus noster Iesus Christus voluit soluere propter scandalum euitandum, in Ciuitate Capharnaum, quæ erat Ciuitas principalis Galilææ, ubi debebant tributi exactores, illud recipientes nomine Romanorum, quibus Iudæa erat subiecta, ut Matthæi. 22. dicit dixit ostendite mihi numisma census, & illi obtulerunt ei denarium, & dixit eis Iesus, cuius est imago hæc, & superscriptio? qui dicentes, quòd Cæsaris, replicauit, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo, & ad Roma. 13. cui tributū, triburū, cui uectigal, uectigal, & seq. & non tm Romanis soluebatur, tam. s. tributum capitis, de quo in l. si. ff. de censu. quàm etiam tributum agrorum, ut in Glo. Rub. C. de Anno. & tribu. lib. x. (Et quomodo per Romanos inductum fuerit, & per quem, & de Indictione, ui. Arch. in c. de liguribus. 23. q. v.) Sed solitum fuit exigi tributum etiam olim per Reges Aegypti, De cuius partiēdi modo, tradit Diodo-

rus siculus, lib. ii. cap. iii. Rerum antiquarum, & lib. iii. cap. i. ubi de Nino, qui illud primus cœpit imponere in illis regionibus. Item & Indiæ populi Regibus eorum tributa dare consueuerunt, ut per eundem dicto lib. iii. cap. x. & Regibus Persarum. Esdras. 1. cap. iii. Iudi. cap. i. & Salomon fecit tributarios populos cananeorum. iii. reg. ix. iiii. reg. xvii. Et hodiernis temporibus etiam solet ea exigere Turcarum Imperator, ex Urbibus, in Romania, Morea seu Peloponesio, Epyro, Mololama, Scio, Calloier, & Ragusio, & ex Urbibus, & Prouinciis, quæ sunt in Natolia, Charaman, Synope, Symisso, Angmi, Phenica, Candebro, Capha, & aliis ex quibus exigere solitus est circiter Quadragies centena milia Nummorum aureorū, & connumeratis cum prioribus, suis etiam sultanici Regni redditibus sexagesies centena millia aureorum singulis annis habet. Ultra quæ Christiani etiam in eius terris, quartas omnium fructuum ex causa tributi dare coguntur, non solum ex prouentibus agrorum, & pecorum, sed etiam mechanici de suo quæstu, quartas depēdunt, qui etiam tenentur ad onus capitationis, qua singuli quot quot sunt in vna familia, singulos ducatos soluunt, & hoc est, de quo in d. l. si. ff. de censu. & tale propriè est tributum, ut per Lucam de Penna, in d. Rubr. C. de anno. & tribu. Et si id parentes soluere nequeunt, ad liberos suos in seruitutem vtendos compelluntur, alii in cathenis uincti hostiatim obambulant ad stipem emendicandam, quod si ne ita quidem soluendo fiunt, perpetuis carceribus mancipantur, ut scriptum reliquit Bartol. peregrinus Hierosolymitanus, qui dicit & vidisse, & expertum fuisse, in libro, de afflictione captiuorum.

Et de tributorum solutione, & origine habetur Exo. 30. & per Alberi. de Rosa. in suo dictionario, in verbo tributum, ubi plura dicit circa originem tributi, quod dicit habuisse ex gestis Romanorum de quodam libro, qui appellatur inuentarium vniuersi orbis, quinta parte libri secundi prima Rubrica, sed ego illum nunquam vidi, nec ab aliquo, qui ipsum viderit, intelligere potui, & de ipso tributo, quod soluitur in signum recognitionis, ponit Bar. & Doct. in l. competit. C. de præscript. 30. anno. & in l. licitatio. §. earum rerum. ff. de public. vbi etiam, quòd solutioni tributorum præscribi non possit, & per Alex. confi. 30. ponderatis, col. iii. vers. quo ad quintam dubium, vol. v. Francif. Bal. in suo tracta. de præscrip. in ii. parte quintæ par. prin. q. vii. carta, mihi. 39.

Et qui denegat illud soluere incidit in crimen læsæ maiestatis,

vt per plura media probat Domi. Hieronymus Gigas, in suo solenni tracta. de crimine læsæ maiestatis, libro primo, questio. xxxvi. Ultra enim quod soluitur in signum obediētiz. c. magnum. xi. q. i. c. tributum. xxiii. q. viii. & eius præstatio præbet subiectionem. d. c. ii. de cens. c. recipimus, de priuile. Præstatur etiam quia Princeps tenetur conseruare subditos in pace, & quiete, & pro eorum laboribus, & stipendijs militum. l. ager. §. stipendium. ff. de verbo. signifi. l. qui stipendia. C. de procura. & tex. in auct. de manda. principi. §. publicorum vero tributorum, & in l. nemo, in fi. C. de exac. tribut. lib. x. Ideo tributū dicitur verè deberi ipsi Principibus, ideo scriptum est. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & Apосто. vbi supra dixit. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum. Ex illis enim verbis, quia dixit, reddite, & non date, & aliis omnibus debita, liquere potest, quòd non datur gratuito, qui hoc soluerit, debitum siquidem res est ista, & si hæc fuerunt ordinata tunc cum Principes essent gentiles, multo magis oportet ea principibus fidelibus exhibere, & communi omnium sententia antiquissimis temporibus Principes à nobis sustentari debere uisum est, & ex eo, quòd sua ipsorum negligentes, communes res curant, vniuersumque suum otium ad ea impendunt, quibus non solum ipsi, sed & quæ nostra sunt, saluantur. Hæc enim illis est vita, hoc studium, vt nos quoquomodo pace fruamur, & inde Apóstolus. i. Thimothæi. ii. non solum exigit, vt eis subdamur, vt dixit Roma. iii. Sed etiam vt oremus pro illis, dicens, obsecro igitur primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, vt quietā, & tràquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate, & Petrus Epistola secunda. Neque enim parum nobis ad præsentis vitæ statū conducunt, munimenta ponentes, hostes propellentes, seditiosos in Urbibus cohibentes, quasuis calamitates dissoluentes. Et in primitiua Ecclesia oratio pro eis fiebat expansis manibus, capite nudo, præcantes pro eis vitam prolixam, Imperium securum, Domūt am, exercitus fortes, Senatū fidelem, populū probum, orbemq; quietum, de quibus etiam in c. quo iure. 8. distin. & 15. q. vi. c. auctoritatem. 21. q. i. magnum.

Ex quibus sic præmissis quo ad quæstionem propositam dicendum videbatur, quòd etiam ab ipsis Iudæis præstari deberent, cum etiam ipsi dicantur de populo Romano, & subiecti Principibus, in quorum terris morantur, vt per Glo. in c. ius Quiritum, in verbo, quod

quod nulli. distin. i. & per Glo. in c. venerabilem, in verbo tràstulit, de electi. Bar. in l. hostes, de capti. & postli. re. & dicitur latius infra par. ii. cap. i. Et quòd Iudæi ad id teneantur, videtur tex. in l. iudæorum. C. de iudæ.

Quibus tamen non obstantibus contrariam sententiam veriorē esse arbitror, per tex. in c. sicut. ext. de iudæ. & quæ no. ibi per Doct. Prohibet enim summus Pontifex ibi a Iudæis exigere seruitia coacta, nisi quæ præterito tempore soluere consueuerunt, & no. per Archi. & alios in c. iam nunc. 23. q. vi. dum limitant dictum. c. sicut non haberet locū quando talis exactio fieret, vt per hoc inducerentur ad fidem, & compellerentur mediantibus exactioibus ab eis fiendis festinare ad fidei rectitudinem, licet enim quis inuitus nō cogatur ad fidem. d. c. sicut, cum ibi no. C. de iudæis. 45. distinct. id tamen intelligitur de coactione, quæ fit per violentiam illatam personæ, vel per ablationem rerum suarum, secus in coactione, quæ fit per impositionem collectarum, vel tributorū, Quia hæc est promissa, vt est tex. in d. c. iam nunc, & ibi per omnes, Et ideo Laur. Goffre. & Ioan. de Fantus. & cæteri ibi dicunt, quòd per hæc potest saluari consuetudo Hispaniæ, vbi exiguntur tributa à iudæis, & sarracenis, licet terras non habeant, sed saluatur verè per tex. in d. c. sicut. Et hanc partem sequitur Ioan. de Ana. in d. c. sicut, colū. iii. in Glof. i. dum respondet ad tex. quòd ab ipsis coacta seruitia nemo exigit. & c. Nam fallit, dicit ipse, in seruitiis, quæ fiūt circa pensiones exigendas ad istum finem, vt iudæi, & sarraceni cōpellantur ad fidei rectitudinem festinare. d. c. iam nunc, per quem etiam ipse dicit limitari. d. c. sicut. Et de his vi. etiam Augustin. Homilia. vii. nam & hoc idem quandoque factum est per Gentiles contra Christianos, eos uexando tributis immodicis, vt desisterēt à cultu Christi. & vt penuria facultatum, & molestia tributorū adacti religionem suam negligerent, vt tradit Sozomenus, lib. ii. cap. viii. suæ historie, & forte ea de causa Turcæ exasperant Christianos in eorum locis degentes, vt supra conclusum est, & ob id etiā credendum est Iudæos in terris Ecclesiæ cogi ad solutionem magnarum collectarum, vt per Angel. in l. iusio. C. de iudæ. Ioan. de Ana. in c. iudæi, el. ii. col. fin. circa fi. eo. tit. & Cepol. consi. 74. Pater, potest, in fine.

Et sic firma remanet conclusio Iudæos non posse cogi ad solutionem tributorum, quòd tamen fallit. Primo si exigentur ad effectum, vt compellerentur ad rectitudinem fidei festinare, p. tex.

in d. c. iam nunc, cum ibi. no. Secundo fallit, quando Principes essent soliti ab eis tributa, vel collectas exigere, quia tunc ad illas cogi possent. d. c. sicut, prout etiam dicitur de auro coronario, vt ad illud iudæi teneantur, stante consuetudine, vt per Glof. in l. i. in verbo consuetudine. C. de auro corona. lib. x. & ita debet intelligi tex. in d. l. iudæorum, qui allegatur in contrarium, vbi etiam fit mētio de quadam consuetudine. Ad reliqua contraria respondeatur, quod stante legis dispositione non est ab ea recedendum, etiā si dura videretur. l. prospexit. ff. qui, & a quibus &c. & l. illam. C. de collati.

An autem sit licitum à Sarracenis exigere decimas, qui habitāt in terris Christianorum, & quoad prædiales dicendum quod sic, sicut etiam tenentur iudæi, nam c. de terris, extra de deci. extenditur etiam ad Sarracenos, quia in his operatur principaliter manus Dei, quia nullus potens est de mortificato semine fructum afferre, cum Dei sint terra, & fructus eius. 13. q. ii. c. in ecclesiastico. Item hoc onus Decimæ sequitur possessorem quicumque sit is. l. i. & ii. C. de anno. & tribu. lib. x. & de hoc ui. Ioan. de Ana. in c. & si iudeos, col. iii. in fi. extra de iudæ.

Sed an Christiani possint licitè exigere vsuras à iudæis, dicendum est, quod non, cum nec ab hostibus licitè recipiantur, In Euan gelio enim absolutè ab omnibus prohibentur, Et ita tenet Cardi. in cle. i. §. sanè. quæst. xiii. & xix. de iudæ. licet ibidem. quæst. xi. arguat pro parte contraria, sed remittit se ad ea, quæ dixit in q. xiii.

Quis autem possit indicere tributa, & gabellas, ui. Bar. & alios Doct. in l. placet. C. de sacro. eccle. & in c. i. §. vectigalia, quæ sint regalia in vsu. feu. & in c. super quibusdam, de verbo. signific. Et quæ sit differentia inter tributum, & vectigal, & alias præstationum species. ui. latè Fely. in c. ad audientiam. col. 9. de præscripti.

Et pium esse putarem hortari Principes, si qui sint, qui tributa insolita exigere velint, vt ab istis innouationibus se abstineant, ob id, quod scriptum est Exod. iii. & vi. vidi afflictionem populi mei, & clamorem eius audiui, & quæ habentur. iii. Reg. xii. & alibi, & inter alia requisita in Principe, id est, quod non multiplicet aurum, & argentum extorquendo indebitè a subditis, ne reducat populum in Aegyptum, vt habetur Deutero. 17.

S V M M A R I V M. C A P. VIII.

1 Iudæi confugientes ad Ecclesiam animo se conuertendi ad fidem CHRISTI,

gaudent immunitate Ecclesiæ secundum unam opinionem.
 2 Iudæi secundum magis communem opinionem non gaudent immunitate Ecclesiæ, ad eam confugientes.



Duertendum est tamen, quod quamuis Iudæi recipiantur inter CHRISTI. fideles ex pietate, & Principes Christiani non possint sine causa eos expellere de terris suis, vt dictum est in præcedenti capitulo, Non tamē admittuntur, nec eis conceditur, vt possint gaudere immunitate Ecclesiæ, quam spernunt, & si possent, dilaniarent. † Et si confugiūt ad Ecclesiam Dei, nō debent esse tuti, licet aliqui tenuerint, quod si confugiunt ad illam animo se cōuertendi ad fidem CHRISTI, Quod tunc gaudeant tali priuilegio immunitatis, sicut Christiani, vt tenuit Guilielmus de Monte Lauduno, quem sequuntur Petr. de Anchar. & Imol. in clem. i. colum. ii. de pœniten. & remissi. & Glof. & D. Anto. in c. inter alia, in verbo extrahendis, de immuni. eccles. Archidia. & Ioan. de Fantu. in c. diffiniuit. xvii. q. iiii. Felyn. in c. iudæi, el primo. de iudæ. respondendo ad text. in l. i. C. de his, qui ad Eccles. confugi. quod intelligi debeat quando simulatè, & fictè iudæus ad Ecclesiam fugit. Sed contraria pars est magis communis, quam tenet Oldrad. consil. 54. An fugiens pro debito, colum. secunda in fin. versicul. quid de iudæo, vel infideli, allegat. d. l. prim. & ibi not. Dicens, quod non defendit eum Ecclesia, Et Azon. in sum. C. de his, qui ad eccles. confugi. & not. per Docto. in d. l. prim. Et ibi Salic. dicit, quod Ecclesia non est tutela iis, qui non sunt sub lege sua, Idem tenet Glof. in Auct. de manda. Princip. §. sed neque aliās. §. publicorum, in verbo cogentur, in fin. & Cyn. in l. præsentī, in primo membro distinctionis. C. eodem titulo de iis, qui ad eccles. & Ioan. de Anan. in d. c. iudæi, columna secunda versicul. nunquid autem iudæi, considerans, quod ex quo reperitur text. expressius de iure ciuili, & nullus text. de iure canonico, qui dicat contrarium, videtur sibi durum, quod per Glof. & Docto. ius ciuile corrigatur. Et hanc communiorem opinionem dicit Hippol. de Marfil. in l. ex Senatus Consulto. colum. fin. ff. ad l. Cornel. de Sicca. ex quo etiam inferitur, † quod Synagogæ iudæorum non gaudent priuilegio, de quo supra, inter ipsos iudæos ad eas confugientes. Secundum Ioan. de Anan. in d. c. iudæi, in fin. & ex iis, quæ dixi supra, cap. iii. num. 15.

- 1 Signum sanctæ Crucis prodest etiam iudæis, si supra se illud ferant, & nomen Iesu operatur miracula etiam per iudeos, & infideles inuocatum.
- 2 Diabolus non ita obsidet iudeos, sicut Christianos.
- 3 Christianus magis pœnitens, magis à Diabolo tentatur.
- 4 Crucis sanctissimæ signum figuratum in ueteri testamento in pluribus modis, & locis, & plures istius signi pretiosissimi effectus, ante quã Christus in ea pependerit.
- 5 Festum Inventionis sanctæ Crucis an sanctificandum.
- 6 Crucis signum an fieri debeat cum duobus, uel tribus digitis.
- 7 Crucis signum quando cum effectu operetur.
- 8 Iudæus baptizando in casu necessitatis format signum sanctæ Crucis.

Iacet Iudæi non sint capaces beneficio, quod consequuntur CHRISTI fideles in confugiendo ad Ecclesiam, † prodest nihilominus etiam iudæis signum sanctæ Crucis, si supra se illud faciant, ut per Glo. in c. postea signatur, in verbo interemptionis, de consecrati. distinct. iiii. ubi refert Diabolum dixisse de quodam iudæo, qui supra se fecerat signum Crucis. Inueni vas vacuum, sed signatum, de quo etiam meminit D. Abb. in d. c. quod quidam, col. ii. in princ. de pœnitent. & remissi. & refert Gregorius, in iii. Dialogo, de illo iudæo, qui cum non posset de die attingere ad Ciuitatem fundorum in Campania, dubitans, ne à feris de nocte læderetur, intravit templum Apollinis, ubi videns magnam multitudinem demoniorum, munuit se signo Crucis, & Demones disparuerunt. Et videmus in inuocatione Nominis Iesu CHRISTI etiam per infideles eiici demonia, Act. 19. de filiis sacerdotis exorcistæ adiurantibus demones per Iesum, quem Paulus predicabat propter potentiam tanti Nominis ad fidei confirmationem, & de Balaam nume. 23. & de Caipha, & habetur Matth. vii. Marci. 9. Lucæ. 9. & i. q. i. c. prophetauit. Verum est tamen, prout tradit Archidi. Præposi. & Domini. in c. vsque adeo. 23. distinct. † quod iudæi non sunt ita obsessi à Demonibus, sicut Christiani, quia ipsi sunt Diaboli filii, ut Saluator dixit. Ioan. viii. Vos ex patre Diabolo estis, & Diabolus non vexat alium Diabolum, sicut nec digitus digitum intrare potest. Appellatur enim iudæi Diaboli, ut de Cananea, quæ figurat Ecclesiam, quæ dixit filia mea malè vexatur à Diabolo scilicet ab ipsis iudæis. Vnde in

- 3 Christianis contingit, † quod si quem magis pœnitentia compūgit,

git, illum etiam fortius tentat Diabolus, ut Ecclesiasti. 2. dicitur, fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, & Matth. iiii. ubi Dominus noster Iesus Christus post Baptismum statim tentatus fuit à Diabolo, insinuans euntes ad se grauios passuros tentationes, & primo ad Thimothe. cap. iii. Apostolus, omnes, qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patientur, Fidelis autem Deus est, qui non patietur nos tentari supra id, quod poterimus, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere, Idem. i. Corinthi. 10.

4 Et in signo sanctissimæ Crucis † Leo. iiii. basiliicum in vrbe extinxit, cuius halitu mortales peribant, & antequam Saluator noster in ea pependerit, multa in eo signo miracula fiebant, quæ aliàs contigisse non poterat, nisi signum Crucis ex Diuinitate hoc habuisset, in virtute Iesu Christi, qui super Cruce affixus fuit. Quæ quidem Crux quatuor lignis composita fuisse dicitur. Ex Cedro arbore imputrescibili, quod figurat imputrescibile opus Christi, quod Christus in ea pro nobis operatus fuit scilicet salutis æternæ. Ex Cupresso odorifera, quod signat odorè suauitatis, quem Christus Patri obtulit, se offerens in sacrificium pro nobis. ii. Corinthi. i. Ephe. 5. Ex Oliua eius misericordiam erga nos in ligno Crucis ostendente. Ex Palma inflexibili, in signum triumphi, Colof. ii. Et figuratum est hoc gloriosum vexillum multipliciter in veteri testamento, ut Gene. 48. de illa manuum commutatione per Iacob, & Exo. 12. ubi cum Angelus primogenita Aegypti deberet occidere, præceptum fuit filiis Israel, ut de sanguine agni utranque postem linirent in modum Thau literæ, quæ est in modum Crucis, & Exo. 17. ubi in hoc signo Crucis Amalech victus fuit à Iesu, per Mosè figurantem Crucem in elevationem manuum extensarum, & per Esaiam, cap. v. ibi, & eleuabit signum in nationibus procul, & c. 65. & videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum & c. & nume. 21. Fac tibi serpentem æneum, & pone eum pro signo, interpretatum per Saluatorem nostrum, Ioan. iiii. & iii. Reg. xvii. ubi vidua collegit duo ligna, ex quibus formatur crux, & quod expandit Heliás se, & mensus est super puerum, scilicet apertis brachiis, in modum Crucis, & Ezechielis. 9. de illa signatione Thau super frontibus, & Diuus Hieronymus de litera Thau crucis pictura refert, post Ezechielem in sermone de Natiuitate Domini. iiii. tracta. ii. par. & Zacha. 14. & ultimo, ubi dicitur de scissura montis oliueti in

fulminatione ante Christi, ibi, & stabunt pedes eius in die illa super montem oliuarum &c. ex quibus scissuris fit signum crucis &c. Et de ea Iob. xi. ibi Excelsior cælo, profundior inferno, longior terra, & hoc est signum illud, quo frontes seruatorum Dei signari ab Angelo Ioannes in spiritu vidit, Apocalip. vii. & de ea per Chrysostomum in Omelia de cruce. Et quantæ sit potentia, & efficacia in uocatio nominis crucifixi, & quantum à Demonibus timeatur hoc signum, ui. Lactantium lib. iiii. diuinarum institutionum. cap. 27. Item text. in Iudæos. C. de iudæ. appellat crucem fidei nostræ signum. ui. etiam Sozomeum lib. i. c. viii. historia ecclesia. & Eusebi. lib. iii. de vita Constantini Cæsaris. Et de cruce beatus Andreas Apostolus Aegææ Pro consuli eiusdem misterium exponens ita dixit. Primus homo per lignum præuaricationis mortem induxit, & necessarium hoc erat generi humano, vt per lignum passionis, mors, quæ ingressa fuerat, pelleretur, & quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum præuaricationis mundo mortem intulerat, necessario de immaculata Virgine natus est perfectus homo, in quo Dei filius, qui primum fecerat hominem, vitam æternam, quam perdiderant per Adam homines, repararet, ac per lignum crucis, lignum concupiscentia excluderet, expanderet in cruce immaculatas manus pro manibus incontinenter extensis, pro suani cibo arboris vetita, escam fellis acciperet, & in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret, & habetur de Constantino Cæsare, qui in hoc signo vincebat hostes. De qua etiam Sybilla prædixit. O ter beatum lignum, in quo Deus extensus est, quæ lata est in transuerso ligno, quo extenduntur pendentes manus, ad significandum opera bona in latitudine charitatis, longa est a transuerso ligno vsq; ad terram, significans perseuerantiam in longitudine temporis. Alia est in cacumine, quo transuersum lignum sursum versus excedit, figurans supernum finem, quo cuncta opera referuntur, profunda est in ea parte, quæ in terra figitur, ibi quippe occulta est, sed cuncta eius apparentia inde consurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratia Dei, quæ comprehendere non potest, vniuersa procedunt. De qua etiam Bernardus sic ait. Christus in passione patientiam exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, charitatem perficit, his virtutum gemmis, quatuor cornua crucis ornantur.

- 5 † Et de festo inuentionis crucis sanctificando, & plura circa latria crucis Domini, ui. in c. canonici, in fi. de offi. ordi. in vi. & ibi per

Glo. & Domini. & in c. crucis, de consecrati. distincti. iii. vbi quod fuit inuenta tempore Eusebii Pape, & adoranda est à fidelibus ad ratione latria, vt ibi per Ioan. de Turre Crema. & vide quid etiam tradit ibidem Archidi. de Regina Saba. quod vidit in spiritu lignum Dominicæ passionis crucis, & quid nunciauerit Salomoni &c. Et de ea in auct. de monachis. §. i. & per Ioan. And. in cle. i. de sum. tri. ni. & quare Christus mortem crucis elegerit, & de quatuor speciebus lignorum crucis, per Glof. in d. clem. pri. in verbo cruci, & per Docto. ibi.

- 6 Item † qualiter debeat fieri signum crucis cum duobus, vel tribus digitis habetur. xi. distin. c. ecclesiasticarum in Glo. & Archidia. dicit, quod cum tribus digitis fieri debet, quia sub inuocatione Trinitatis imprimitur, & per Alberi. in Rub. C. vt nemini liceat fig. salua. & per Cassene. in suo catalo. Gl. mun. in i. par. q. 99. & q. 100. Est autem aduertendum ab omnibus Christi fidelibus, † quod tunc demum crucis signum operatur effectum, quando scilicet consideratur **CHRISTVS**. in ea crucifixus, vt per Iaco. de Valen. in tract. contra iudæos, in v. quaestione, col. 23. versi. Et ita etiam pariter est dicendum, & id, quod ab omnibus Christi fidelibus fieri solet, vt se crucis salutiferæ signaculo insigniant, nulla reperitur scriptura ordinatum, sed tantum ex consuetudine, vt dicit tex. in d. c. ecclesiasticarum. Prohibitum est autem Iudæis signum crucis locis suis, & in eorum solennitatibus immiscere. I. iudæos. la. ii. C. de iudæ. Bar. in i. const. forum. post princ.
- 8 † Et an iudæus, vel paganus in casu necessitatis baptizando possit exercere, & imprimere signum sanctæ crucis. (baptizandus enim signatur eodem signo tam in corde, quam in fronte) de consecrati. distin. iiii. c. postea signatur, dicitur inferius par. iii. cap. iii. num. 5. Ultra præmissa vide quid dicat Chrysostom. in Homilia. 21. to. v. de cruce, Cum es ianuæ vestibula transgressurus, hoc prius loquere verbum, Abrenuncio tibi Sathana, & coniungor tibi Christo, cum hoc verbo & crucem imprime in fronte, sic enim non homo tantum occurrens, verum nec ipse Diabolus te quicquam ledere poterit.

S V M M A R I V M. C A P I T I S. X.

- 1 Inuocatio Diuini Nominis an de iure sit de substantia in instrumentis conficiendis.
2 Inuocatio nominis Domini nostri Iesu Christi an sit inserenda per notarium in instrumentis inter iudeos.

§ Inuocatio Nominis Diuini licet non esse de substantia in instrumentis de iure, uel de consuetudine, non tamen prohibetur notarius Christianus etiam in instrumentis inter iudæos inuocare nomen Domini nostri Iesu Christi.



Vdæi, qui supra se formant signum sanctissimæ Crucis, de necessitate saltem mentaliter inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, a quo, & in cuius nomine dependet virtus, & potentia, quæ extat in ipso sacro signaculo, prout & in eiectione demonum, & aliis miraculis, quæ per infideles fiebant, ut dictum est. Videamus modo, An in instrumentis conficiendis inter ipsos iudæos sit inuocandum expressè nomen Domini nostri Iesu Christi, per christianum Notarium, & an omisso inuocationis eiusdem Diuini nominis vitiet instrumentum. Quod quidem pendet ab alia quæstione, videlicet. An inuocatio nominis Diuini sit in instrumentis de substantia. Nam posito, quòd talis inuocatio sit de solennitate substantiali, non deberet omitti per Notarium, aliàs vitiet instrumentum omisso. Et circa primum res non est sine dubietate. Quia plures tenuerunt. † Quòd talis inuocatio nominis Domini nostri Iesu Christi de iure non sit de substantia, prout tenent Bald. & Paul. de Castr. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. quòd ea inuocatio non est necessaria, postquam potest instrumentum incipere ab annis Domini, licet dicat ubique seruari contrarium, sed dicit esse solennitatem leuem, cuius defectus non vitiat sicut signum Crucis in inuentario. l. i. §. ff. de ven. inspicie. cum ibi no. Eandem opi. tenet absolutè Alex. in rub. ff. de ope. no. nun. col. iiii. & respondet ad contraria, & D. Abb. in c. i. col. ii. vers. & primo, secundum Spec. extra de fi. instru. qui dicit non probari de iure, quòd hoc requiratur in instrumentis etiam arduis & perpetuis, sed esse honestum hoc apponere, subdit tamen ipse, quòd propter illa verba Apostoli, ad Colossen. iii. omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum, & habetur in c. non liceat. 26. q. v. & in c. non obseruetis ea causa, q. vii. per illum tex. iuncta consuetudine, quæ viget hodie, ut apponantur in omnibus instrumentis, secundum eum posset dici aliter publicum instrumentum non valere.

Pro alia parte, quòd immò sit de substantia inuocatio Diuini nominis, maximè in arduis, & perpetuis Tenet Specu. in titu. de instru. editi. §. i. in princip. vers. ante omnia, Ioan. Fab. in principio institutionum,

institutionum, Domini. in c. In nomine Domini. xxiii. distin. Romæ. in Rub. de ope. no. nunci. Fulgo. in proæ. C. & alii, quos refert. D. Alex. in d. Rub. & Fely. in c. i. vers. & inter alia, ext. de fi. instru. Dicens, quòd ratione consuetudinis effecta est de substantia.

Precedens tamen opinio, quòd non sit de substantia, est communiter approbata, prout esse communem dicit Caro. Rui. in d. Rub. de oper. no. nunci. col. ii. vers. Vnde aliter, sed posito, quòd inuocatio nominis Diuini de consuetudine sit de substantia, prout cõmmitter per Italiam obseruatur, † tunc etiã in instrumentis inter iudæos debet per notarium Christianum inuocari nomen Diuinum, aliter omisso vitiet, quia omisso solennitatis ex sola etiã consuetudine introductæ reddit actum nullum, secundum. D. Ant. in c. inter dilectos, col. iiii. de fi. instru. & per Fely. in d. c. i. colum. ii. circa prin. & Alex. in d. Rub. col. iiii. in prin. vers. circa secundum, Si tamen consuetudo non esset, nõ teneretur notarius ad hoc, cū, ut dictum est, de iure non sit de substantia talis inuocatio secundum communem opinionem, ut per Fely. vbi supra.

† Item licet ea inuocatio non sit de substantia, ut supra proximè, vel non esset de consuetudine fieri per notarium, non tamen prohiberetur notarius Christianus in instrumento inter iudæos inuocare nomen Domini nostri Iesu CHRISTI. Sed illud potest inuocare, si vult, ut per Bar. in prin. ff. forum. & in d. Rub. de ope. no. nun. & in principi. C. vbi etiam Bal.

Ista enim sunt verba notarii, & non partium, & talis intitlatio spectat ad notarium, Et talia verba non sonant in factum, vnde nõ pertinent ad contrahentes, per not. per Bart. in l. si librarius. ff. de regu. iur. De qua re vide Ange. de Are. in proæmio Instit. col. ii. diffusè loquentem super præmissis. & c.

S V M M A R I V M . C A P I T I S . X I .

- 1 Vtura est peccatum contra naturam.
- 2 Vtura est prohibita iure Diuino, & hodie tam Ciuili, quàm Canonico.
- 3 Iudæi non possunt licite fenerari Christiano, aut pagano.
- 4 Dispositio. c. i. de usur. in yi. habet locum etiam in locantibus domos iudæis feneraturis.
- 5 Declaratio illius loci Deutero. xxiiij. Non fenerabis fratri tuo, sed alieno, & proximus quis dicatur.
- 6 Iudæi debent habere Christianos pro eorum proximis, & non pro alienis.

- 7 Iudæi possunt pro crimine usurarum criminaliter puniri.
 8 In usurarum crimine potest procedi criminaliter secundum ueriorē opinionem, & quando dicatur iudicium criminale.
 9 Iudæi possunt castigari etiam corporaliter per iudices ecclesiasticos, circa peccatum non sanguinis.
 10 Usurarium crimen esse ecclesiasticum, & quomodo hoc intelligatur.
 11 Principes seculares an possint permittere iudæis, ut mutuent sub usuris.
 12 Aurum contemnens inuitu, & amore Dei, dicitur libare aurum Domino, exemplo Davidis.
 13 Papa an possit concedere Principibus Christianis, ut iudæi in eorum terris mutuent sub usuris, & dispensare super eis exercendis.
 14 Malum minus quando iure permittitur, ut euitetur maius malum, & quomodo hoc intelligatur plene.
 15 Ad usuras recipere pecunias an sit peccatum.
 16 Usurarum repetitio an possit sponte remitti.
 17 Iudæi teneantur custodire pignora, ne deteriorentur, & an teneantur de culpa, & qualiter, & de casu fortuito.



Ar esset, ut Iudæi, qui à Christianis piè recipiuntur, & in eorum terris admittuntur, prout superius declaratum est, non essent eis ingrati, nec dispendium paterentur, Unde beneficium consequi deberent, cuius contrariū faciunt ipsi iudæi, variis modis illaqueando miseros Christianos, & pauperes pauperiores efficiendo, potissimum autem cum eis fenera, & usuras exercendo, quod minimè eisdem à iure conceditur, cum nedum Christianis, sed nec paganis licitè possint sub usuris mutuum dare, † Est enim usura peccatum etiam contra naturam, ut per Bal. in Rub. C. de usur. Et quia pecunia fuit instituta ad commutandum res ad usum hominum convenientes, ut per Philosophum, primo Polit. cap. vii. Qui ita dicit, Nam cum à remotioribus quæreretur auxilium in portando illa, quibus indigebant, necessarius nummi introductus est usus, non enim faciliter deferri possunt singula ad vitam necessaria, & subdit, Reperto igitur nummo ex necessaria permutatione, alia spes acquirendi emerit nummularia, primò forsam simpliciter, postea per experientiam artificiosior, unde & quomodo permutando plurimum faciat lucrum, cui rei innituntur pecuniaria, & quaestuaria, & ea de causa multitudinem pecuniarum plerunque diuitias esse ponunt, quod vanum est, & non secundum naturam, quoniam locuplex

nummis penuria patietur necessaria alimenta &c. Idem etiam, cap. viii. Polit. dicit, Illa verò translata, est merito improbanda, quia nō secundum naturam, ex fructibus, & animalibus, sed ad hominibus acquiritur, rationabilissimè odio habetur, ipsa nūmularia, quoniā à nummo ipso facit acquisitionem, & non ad quod inductus est, commutationis enim causā nummus inductus fuit, fetus autem se ipsum maius facit, unde & nomen venit, quoniam illa, quæ patiūtur, similia sunt gignentibus, in fetore autem nummus nummum parit. Quare maximè præter naturam est hic acquirendi modus. hæc ille. Unde cum usus usurarii in pecunia non sit ad illum usum, ad quem inuenta est, & habetur in l. i. ff. de contrahen. empt. sed eam multiplicare per usum contra intentionem naturæ productis eam ad alium effectum, dicitur peccatum contra naturam. Pecunia enim non est apta nata germinare pecuniam, sicut videmus in coitu, quæ natura ad generationem adinuenit, si aliquis coeat ita, & taliter quòd generare possit, etiam si modis coeundi sit reprobis, tamen peccatum illud non dicitur contra naturam, ut in adulterio, raptu & incestu, potest enim sic coeundo gignere, & non dicitur peccatum contra naturam. Si verò coeat aliter, & eo modo, quo generare non possit, & fetus inde prodire nequeat, tunc dicitur peccatum contra naturam, ut in coitu masculino, Ita dicendum de usurario, qui abutitur pecunia, ipsam per usum multiplicando, & ex auro aurum euellendo, ut in c. sicut hi. 47. distinct. Adeo quod super omnes mercatores plus maledictus est usurarius, ipse nanque rem datam à Deo vendit non comparatam, ut mercator, post fetus rem suam repetit, tollens aliena cum suis, mercator autem non repetit rem venditam. c. eiiciens. 88. distincti. contra quos etiam maximè inuehit Plutarchus, licet paganus, dicens, feneratorum in suis ephemeridibus, siue diariis nugantur, ac imponunt scribentes misero illi tantum mutuas, cum tamen multo minus acceperit, si quidem mendacium causa lucri, non necessitate, neque ob indigentiam ab illis fieri solet, sed propter infatigabilitatem, & infra Pascuntur tanquam ignis furens, ac assidui auctus, pernicie, ac vastitate infeliciter pereuntium, ex alio alium cōsumentes, & qui semel in feneratorum incidit voraginem semper debitores remanent, alium ex alio, tanquam equus frenatus ascenso rem suscipientes. Quæ omnia reperiuntur in ipsis iudæis feneratoribus, & qui omnes à minore usque ad maiorem auaritiæ itudent, ut Hieremiæ. c. vi. quorum pueri sectantur mores parentum,

- & contra eos exclamat etiam Iuuenalis Ethnicus, Satira, xiiii. Et de execratione vsurarum etiam apud priscos Romanos, vide per Carolum molinæum, in tracta. comerci, & vsura. carta mihi. 32. Vnde patet vsuram iure naturali prohibitam, & cum sit contra iustitiam, vt accipiatur pretium de vsu rei, cuius dominium non est suum, & illa res non habet alium fructum, sed vsus rei est sua cōsumptio, & est contra charitatem, & ideo peccatum mortale secundum Theologos. Et de iniquitate vsuræ patet etiam, quia tex. Deuter. in c. 23. secundum legitimos expositores appellat vsuram, mortuum, & fenerari, mordere, vti contra rectitudinem rationis naturalis & lege etiã Sarracenorū, & Turcarū cōstat esse execrabiles.
- 2 † Iure etiam Diuino interdicta est vsura, eius nanque prohibitio cōtinetur sub decalogi præceptis, sub illo, ne furtum facies, & sub altero non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, & vniuersa, quæ illius sunt. Nam sub priori fenerandi actus, sub secundo fenerandi concupiscentia prohibetur. Præterea specialiter eo iure etiam reperitur prohibita, vt habetur Exo. 22. ibi, si pecuniam mutuam &c. Leui. 25. Neemiæ. v. Prouerbi. 28. vbi, qui congregat diuitias ex vsuris, & fenore, in malum suum congregat eas, & Ezechi. 18. & 22. & Psal. 14. Domine quis habitabit, &c. & infra, & qui pecuniam non dederit ad vsuram, & Psal. 54. & non defecit de platheis. &c. & Psal. 71. ex vsuris, & iniquitate, & Math. 5. Lucæ. vi. & in c. quia in omnibus, & per Hostien. pulchrè, in c. quoniã de vsur. & per Ioan. And. in regula. Peccatum. de regu. iur. in vi. in mercurialibus, vbi ponuntur plures rationes reprobationis contractus vsurarii, & plura in hac materia, & per Anto. de Prato veteri, in confi. quod est inter consilia Alexand. consil. 45. incip. paucis vtar, col. i. & ii. vol. iiii. & per Ioan. de Ana. in Rub. extra de vsur. & Bal. in Rub. C. eo. ti. & Hostien. in c. i. de vsur. & decisi. Neapol. 22. col. ii. Et hodie tam iure Ciuili, quàm canonico sunt prohibitæ vsuræ, vt no. in l. i. & in auct. ad hæc. C. de vsur. & in l. i. C. de sum. trini. Per Ruy. confi. 145. circa dubium, col. ii. vol. iiii. & Parisi. consil. 54. colum. vii. vol. i. Et no. quòd in odium vsurarum est statutum, quòd sententia de re vsuraria nunquàm transit in rem iudicatam, secundum Alberic. in Rubr. C. de vsur. Ia. s. in l. i. §. si procurator, nu. 13. ff. si quis iudi. non obtemp. Carol. molinæ. in tracta. de vsur. q. 16. & seq. nu. 186. & 190.
- 3 Ex præmissis liquere potest, † quòd iudæi non possunt licitè fenerari Christiano, aut pagano, & habetur in c. ab illo. 14. q. iiii. vbi plenè

plenè per Ioan. de Fantucis, & per Imo. confi. vi. col. i. Ideo tenentur illas restituere, vel conditione ex. c. post miserabilem, de vsur. vel conditione indebiti, per Fely. in c. quia, colum. ii. de iudæ. Nec potest fieri prouiso de ipsis non repetendis, vel soluendis, cle. i. de vsur. & per Alex. confi. 80. circa primum, col. ii. versi. & sicut, vol. iii. & per Abb. in d. c. post miserabilem.

- 4 Hinc est, † quòd dispositio. c. i. de vsur. in vi. extenditur etiam ad locantes domos iudæis feneraturis, quia in eis remanet ratio depauperationis soluentium vsuras, licet altera ratio ibi posita non cadat in iudæis, secundum Pau. de Eleaza. & Domini. in d. c. i. Sufficit enim remanere vnã rationem, vt per Glos. in c. cupientis, in princ. in verbo malignantium, de cle. sti. in vi. & no. in §. affinitatis, Instit. de nupt. Et eandem opinionem tenet vti veriore Fely. in d. c. Quia, col. ii. circa fi. Ideo consulens, quòd obtineatur confirmatio Apostolica, & Lauren. de Rodel. in tracta. vsura. q. 146. Angelica, in verbo vsura ii. §. 14. & Supple. Pisa. in verbo vsura iiii. §. iii. Quod intellige verum, nisi locarentur domus iudæis fenerantibus in terris, vbi Principes haberent concessionem à Summo Pontifice permittendi eos fenora exercere, ita in specie concludit And. Sicu. confi. xvi. Viso puncto, col. ix. vol. iiii.

- Non obstat conclusioni, de qua supra, dum diximus, quòd iudæi non possunt licitè fenerari Christiano, vel pagano, illud, quod habetur Deuter. 23. † Non fenerabis fratri tuo ad vsuram pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno &c. Quia respondetur, secundum Gregorium, per alienum in dicto loco intelligi de illis, qui erant finitimi eorum, quorum terras eis Dominus concesserat, vt Chananei. est enim aduertendum, quòd Moses dixit illa verba. Tempore, quo iudæi erant ingressuri in terram promissionis, quæ erat occupata per gentes, quas Deus dissipari, & de strui mandauerat, vt nu. 33. Quando transferitis Iordanem intrantes terram Chanaam, disperdite cunctos habitatores terræ illius, confringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, mundantes terras, & habitantes in ea. Ego statim dedi vobis illam in possessionem, quam diuidetis vobis forte, &c. Nimirum si Deus cōcesserat illis occupatoribus terræ promissionis, dari ad vsuras, quia tales vsuræ erant potius rei suæ recuperatio, quàm vsura, iniuste enim possidebant ea loca, Considerandum est ergo, quando, & quo tempore, & in quo loco verba illa dixerit Moses, qui non quibuscunque gentibus, & in quibuscunque locis, &

semper ad usuram dare permisit, sed in terra promissionis tantum, & illis tantum gentibus, quæ intra fines terræ promissionis continebantur, sublata proinde occasione non possent hebræi à quouis usuram exigere, maximè autem à Christianis, cum eundem Deum colant, quem & ipsi colunt, vnde in cultu non peregrini, sed fratres sunt, & admittunt Messiam, & Redemptorem sicut & ipsi, licet Christiani affirmant venisse, hebræi vero expectent venturum, in
 6 sua cæcitate permanentes. † Item non debent Christiani dici ab hebræis alieni, cum recipiant ipsos iudæos in eorum terris misericorditer, & in eis sint Aduenæ, sicut etiam dicitur in d. c. 23. Deuterono. de Aegyptiis, in illis verbis. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, nec Aegyptiū, quia advena fuisti in terra eius. Et proximi dicuntur, qui misericordiam faciunt in aliquem, ut Christiani in eos, Ita enim proximum interpretatus est legis Moisaica peritus, vt Lucæ. x. quis horum trium uideatur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? at ille peritus legis dixit, respondens, qui fecit misericordiam in illum, etiam, quod esset Samaritanus, Immo secundum Augusti. in lib. ii. meditationum. c. i. proximi, quos diligere debemus, sunt omnes Christiani, iudæi, pagani, amici, & inimici, & cum hebræis possumus dici fratres. Roma. ix. qui sunt fratres mei secundum carnem, & declarat Archidia. in c. ad mensam. xi. q. iii. & per Abb. in c. nouit, in ii. col. extra de iudici. Ancha. in c. nulla nu. 10. de concessi. preben. Et quoad Christianos, vt dici non possint alieni hebræis, patent cum habeant Christianos pro idumæis, qui ita dicti sunt ab Edom. s. Esau, ita dictus propter esum coctionis ruffe. Gene. 25. vt late hoc prosequitur, & declarat Reuerendus Dominus frater Sixtus, in lib. ii. de fen. iudæorum, cap. iii. Item quia lege etiam Moisaica non est faciēda differentia inter homines, sed æqua lance vnusquisque homo etiam advena, & peregrinus iudicari debet. Exo. 23. Deutero. i. ibi, Audite illos, & quod iustum est, iudicate, siue cuius sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, & Deutero 23. Leuiti. 19. Si habitauerit advena in terram uestram, & moratus fuerit inter vos, non exprobetis ei, sed sit inter vos quasi indigena. & diligetis eum quasi vos met ipsos. Si ergo æquitas legis prædictæ hoc dictabat, vt iudæi diligere debeant aduenas, & peregrinos, ergo & idem obseruare debent in locis, vbi ipsi ex pietate recipiuntur, vt in terris Christianorum. Non desunt, qui dicant, illa verba, sed alieno, posita in d. c. 23. fuisse addita per ipsos iudæos, & ideo non attenden-

da, cū contradicat aliis locis, vt supra allegatis. usuram prohibētibus. Non obstat etiam, quod ex parte iudæorum allegatur Deutero. c. xv. & xxviii. s. fenerabis gentibus multis, & ipse a nullo fenus accipies, quia in hebræo, vbi est verbum fenerabis. scriptum est, vadiaberis, hoc est cautionem accipies, vt pro re commodata, vel commodanda cautus efficeretur commodans, vt commodatum re haberet, Ita etiam ex nostra interpretatione, nulla ex dictis verbis impartitur fenerandi licentia, si antecedentia, cum sequētibus ibidem conferantur, Ibi enim Moses docens populum, quomodo in anno septimo, in quo terra requiescere ex mandato oporteret, se habere in commodando necessaria proximis, & in exigendo debita ab eis, & maximè si pauperes essent. Dicit quod si se erga eos ex charitate benè gesserint, Deus quoque eis magnam redderet bonorum temporalium retributionem, suos augendo introitus, sed hanc promissionem, vt sibi gratior esset, verbis quibusdam appetitui suo applaudentibus expressit, (fuerunt enim iudæi semper diuitiarum auidi) & ideo Moses ex illis verbis nil aliud significare voluit, nisi, quod bonorum temporalium magnam haberent abundantiam, & hæc interpretatio patet ex sequentibus verbis scilicet Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur, & sic voluit Moses eisdem manifestare beneficia, quæ circa temporalia bona daret illis Deus, si eodem anno septimo proximos adiuuarent, & illud verbum fenerabis, infert, quod erunt ita diuites, & opulenti ex gratia Dei, vt possent fenerari, si esset, licitum, solent enim feneratores abundare pecuniis.

Non obstat etiam præmissis circa prohibitionem usurarū, tex. in c. ab illo. xiiii. q. iiii. vbi videtur usura permitti, quia potest ibi totum legi negatiuè videlicet, sicut nulli nocere debes, ita & à nullo recipere usuras, & iste est primus intellectus. Glo. ibi. qui communitè approbatur, vt sit sensus, quod licet bellum, arma, furtum, & rapina possint autoritate Principis præcipi, & permitti contra hostes, in nullo tamen casu licita est usura, & probatur Deutero. cap. 28. ibi, fenerabis gentibus multis, & ipse nullum fenus accipies, & subditur, ibi. Aduena fenerabit tibi, & tu non fenerabis ei. Et ita intelligit, & declarat illum tex. Ioan. de Ana. in c. i. col. pen. extra de usur. vbi ponit plures intellectus ad c. ab illo, & quod est communis opinio secundum Archi. & Ioan. de Fabrutis, quod in nullo casu usura sit permissa, & ad illius intelligentiam ui. Lauren. de Rodul. in tractat. de usura. quæst. 55. & ui. eundem de Anania, in c. conque-

stus, colū. si. eod. titu. de vsur. Ex quibus remanet conclusio supra firmata verissima, vsuras omni iure esse prohibititas etiam iudæis, ut non possint licitè feneratori Christianis, aut etiam aliis infidelibus. Immo de iure possent castigari ultra modos, de quibus in c. post miserabilem, extra de vsur. & in cle. i. eo. ti. † Et sic etiam criminaliter puniri ubi ipsas exercerent absque indultu potestatem habentis super eis exercendis. Nam quando Iudæus delinquit contra legem naturæ, vel aliquid committit contra eorum legem, potest per Ecclesiam puniri, ut per Ioan. And. Innocen. & Hosti. & alios, in c. quod super, de voto. Abb. in c. nouit, col. ii. de iudi. & dicitur latius in ii. par. cap. vi. Sed vsura est prohibita etiam lege naturæ, ut supra conclusum est. Ergo & c. Et hoc potissimum procedere debet in iudæis, in quibus pœnæ contentæ in c. quia in omnibus, & in c. cum tu. eo. ti. de vsur. cadere nõ possunt, ut de se patet, & illud. c. post miserabilem, non infligit pœnam, saltem corporis astrictiua, & in d. c. cũ tu. prouidetur enim per conciliũ Lateranense solũ nõ restituenti vsuras, non autem mutuanti sub vsuris, & quòd iudæi possint criminaliter puniri à iudice ecclesiastico pro vsuris, tradit Corne. consi. 19. Videtur prima fronte, col. 3. & per to. vol. iii. Et licet aliqui tenuerint, quòd pro crimine vsurarum non possit procedi criminaliter, ut tenet Bal. in l. improbum. C. ex qui. cau. infami. irro. quem videtur sequi Caly. ibi, & Deci. in consil. 170. Viso Themate, vol. primo.

Contraria tamen opinio verior videtur, maximè ex eo, quòd usurarius peccat contra naturam, ut dictum est. † Ergo tanquam abutens natura debet criminaliter puniri, & hanc sententiam sequitur Iaco. Butri. in d. l. improbum, & Signo. de Homode. consil. cclvii. incip. in quæstiones præsentibus allegata, colum. i. versi. item præmitto, & sentit. D. Abb. in d. c. post miserabilem, circa si. dum dicit, quòd quando iudæi, & alii infideles peccant contra naturam, fortiuntur forum Ecclesiasticum, & sicut Deus tales puniuit. Gen. vii. ita & eius Vicarius potest eos punire, & idem tenet consulendo Corn. in d. conf. xix. pluribus medijs, & maximè, quia de iure canonico potest in isto crimine procedi per viam accusationis. c. cum in tua Diocesi, extra de vsur. & etiam per viam inquisitionis, serua to iuris ordine. Sed quando agitur per viam accusationis, iudiciũ est criminale, & agitur ad pœnam naturalem, & propriam ipsius delicti, ut no. in c. super his, extra de accusa. & cum in d. c. cum in tua probetur, quòd usura potest deduci per viam accusationis, ergo su-

per

per ea potest criminaliter procedi ad pœnam naturalem pro delicto vsurarum, & ea pœna, quæ imponitur per Concilium Lateranense, in d. c. quia in omnibus, non est pœna naturalis, quæ imponatur pro naturali pœna delicto vsurarum, & pro iniuria vindictæ illatæ Reipublicæ, ideo patet, quòd usura est crimen punibile alia pœna, quàm Concilii Lateranensis, quæ est excommunicatio, quæ est tantum medicina, non pœna naturalis delicti, ut ibi latissimè per eum. Concludendum est ergo veram esse opinionem, quòd in crimine vsurarum potest criminaliter procedi, & vsurarius criminaliter puniri, & eandem opinionem tenet Ioan. Bapt. de S. Severino, in repeti. l. i. C. de sum. trini. col. 26. versic. propono tibi verum, ubi concludit hoc esse crimen usurarium, ideo puniri posse, saltem arbitrariè pro crimine quasi stellionatus, pro quo facit, quod cum re uera pro tali crimine non sint certæ pœnæ expressæ, hoc erit remittendum iudicis arbitrio, c. cum de causis, cum ibi no. extra de offi. delega. Tum etiam quia, ubi per viam inquisitionis potest procedi de iure canonico, ut hoc casu pœnæ sunt arbitrariæ. c. inquisitionis, cum ibi notatis. de accusati. eandem opini. sequitur etiam Soci. in consil. ccxix. col. ii. in si. vol. ii. ubi dicit, quòd causa usuraria habet annexum delictum, & in ea potest ad torturam procedi.

Et licet de animabus iudæorum, nec de eis curandum sit, quando peccant neminem lædendo, tamen hoc casu cum peccent in præiudicium Christianorum emungendo eos vsque ad sanguinem occasione substantiarum suarum per vsurarum voraginem, & sic in miserias eos detrudendo, benè † possunt castigari, etiam corporaliter per iudices Ecclesiasticos, dummodo ad uindictam sanguinis non procedant, ut per Glo. in d. c. post miserabilem, de vsu. in Glo. in verbo denegari, & ibi per Doct. & in c. in archiepiscopatu. de rapto. & in c. super his. de voto. per Host. in c. cum tu manifestes, col. ii. circa si. versi. vlla pœna, de vsur.

10. Quod quidem crimen † cum sit Ecclesiasticum, ut per Glof. & Doct. in c. cum sit generale, de foro competen. & in c. i. de offic. ordi. & in clem. dispendiosam, de iudi. ideo ad Ecclesiasticum spectare debet cognitio eius criminis, ut per Bar. in l. Titia. ff. solu. matri. & ibi per Doct. maxime Alexand. colum. iiii. Federi. de Senis conf. 245. Dominũ Andreã, Calderi. consi. iii. incip. An causa vsurarũ, per Bar. in l. quoties. C. de iudi. Quod procedit quando est quæstio super iure, secus si super facto, Dicitur autem quæstio super iure, quando dubitatur, an contractus sit vsurarius, vel non, & hoc

K

pertinet ad solum ecclesiasticum, vt per Doct. vbi supra. & Lap. allegati. lvii. lxxiii. & Glo. in c. ex literis, in verbo occultata, extra de inre iuran. Dicit, quod crimen vsurarum est quasi spirituale, idem dicit Glo. in cle. ii. de iudi. Questio autem facti est, quando non dubitatur, sed certum est contractum esse vsurarium, sed queritur circa repetitionem vsurarum, & an sint soluta, vel non, vel quid simile, & tunc potest cognoscere tam iudex ecclesiasticus, quam secularis, vt per Bar. & omnes Doct. scribentes in d. l. Titia. hinc Ange. in disputatione sua incip. Astenis miles, prope si. dicit, quod secularis potest publicare vsurarium manifestum, & Bald. in l. omni. C. de sacro. eccle. & in l. cum allegas. C. de vsur. & Soci. in d. c. cum sit generale, col. vi. vers. ii. prin. opi. ponens, & distinguens, & concludens tandem, prout supra. Et subdit, quod si diceremus in quolibet temporali iniusto, ratione peccati commissi adiri debere iudex ecclesiasticus, quasi ex toto euacuaretur iurisdicctio secularis, contra. c. nouit, de iudi. & quod hæc opinio plus sibi placet, quam aliorum tenentium, ecclesiasticum solum esse iudicem, non tantum quando dubitatur, an contractus sit vsurarius, sed etiam si certum sit contractum fore vsurarium, & agatur de repetitione vsurarum, & quando est questio facti, & quando dicatur questio facti in crimine vsurarum, & quod possit adiri secularis iudex melius, quam alibi. Paul. de Cast. in consil. cix. visã petitione, colum. ii. & iii. vol. ii. secundum nouam impressionem.

Pro qua re facit, quæ tradit Bal. in Auct. ad hæc. col. ii. vers. de in de generaliter quæro, de vsur. Dicens, quod illud, quod dicitur in causis, in quibus allegatur fraus, vel oppressio, quod potest ecclesiasticus adiri, est verum in causis pauperum, & miserabilium personarum, vel locorum piorum, puta hospitalium, non autem nimis latè, nam si contrarium diceretur, esset absorbere totum iudicium seculare, quod est falsum. c. venerabilem, extra de electi.

Sed quia quo ad iudæos communiter solent Principes, & communitates eisdem impartiri licentiam fenerandi sub usuris, & videndum est vtrum Principes seculares, vt Imperator, Rex, siue communitas possit concedere iudæis, vt mutuent sub usuris, in quo Pau. de Cast. in consil. cccxcvii. incip. non videtur expediens vol. ii. tenet declarando tex. in cle. i. de vsur. conuentiones populorum, & communitatum initas cum iudæis ex consuetudine tam in Italia, quam extra pacificandi cum eis de mutuando sub usuris esse laudabiles, & sine onere conscientie pro euitatione maioris mali, & pro

sustentatione pauperum, & vt ibi per eum, quem refert, & sequitur Alex. in consil. i. col. iiii. in princ. & consil. ii. vol. ii. & consil. viii. incip. & aduerte, vol. vi. licet impressoris errore corrupta allegetur, Paul. de Cast. in consil. ccclvii. incip. quoddam commune, & idem Alexã. in consil. cvii. pro inuestigatione prædictorum, eo. ii. vol. Et pro hac parte possent adduci aliqua fundamenta ex traditis per Aucha. in consil. cclxiii. Christianissime, & Illustrissime Princeps, sed contrariam partem tenet Bal. in auct. ad hæc. C. de usur. col. ii. vers. quæro nunquid vsuræ. C. de vsur. vbi dicit illam Auct. esse correctam per ius Diuinum immò illius dispositionem nunquam valuisse propter ius Diuinum, & cum Diuinum ius sit maius, quam ius civile, non potest tolli, & quicquid est contra institutionem Diuinam, est peccatum, subdens, quod Imperator est seruus Dei, & seruus non potest tollere legem Domini sui, & licet vellet Imperator permittere, tamen non posset, & idem tenet Bal. in l. i. C. de sum. trini. Item certum est vsuras esse prohibitas etiam per nouum testamentum, & legem Evangelicam, Matth. v. Lucæ. vi. quæ prohibitio cum sit perpetua, nec reperiatur in nouo testamento aliquo casu permixta, remanet fundamentum Bal. de quo supra proximè, firmum. sed quod nullus inferior, etiam Imperator dispensare posset ex aliqua causa contra ius Diuinum prohibitum, & perpetuum, & licet Alex. in d. consil. i. colum. ii. in fin. cum seq. dicat, quod vsura non erat lege Diuina simpliciter prohibita, sed aliquo casu etiam permixta, vt quando mutuabatur hostibus, Deutero. xvii. & in c. ab illo. xiiii. q. iiii. Et quod ideo superior potest ex causa tunc permittere non simpliciter prohibitum lege Diuina, vt per Docto. in l. omnes populi, ubi Bar. in iii. q. princip. tamen respondeo, quod circa ipsam usuram non potest hoc cadere, nec tale fundamentum applicari ad permissionem vsurarum, cum per legem Diuinam, ut supra ostensum est, reperiantur simpliciter prohibita, & non ob. allègata in contrarium, cum ibi permetteretur non tanquam usura licetatoria, sed tanquam recuperatio rerum suarum. Vltèrius pro hac parte adducitur, quod cognitio istius rei, an scilicet id, de quo agitur, sit concessibile, uel non, spectat ad Romanum Pontificem, & forum ecclesiasticum, ut per Petr. de Anchar. consil. 243. col. fin. circa si. qui dicit in casu decreti, de quo ibi circa prouisionem faciendam de usuris exigendis ab hebræis, quod quantumcumq; posset illud persuaderi propter consensum populi, & bonum publicum, credit tamen hoc spectare ad Romanum Pontificem, persuadens

Illustri cuidam Marchioni, qui fuit Dominus Carolus de malate-
stis, quòd propter aliquod bonum publicum non debeat etiam in
minimo peccare, & tutius esse in dubio ita tenere pro bono con-
scientiæ, Immò quando Princeps posset concedere priuilegium iu-
dæis mutuandi sub usuris, hoc tamen facere non deberet, ut dicit
Ioan. And. in cle. i. de usur. Et Deci. in consi. 170. uiso themate, col.
fin. circa fin. uol. i. dicit, quòd si aliqua ordinatio, uel commissio de
tali crimine facta fuisset per Illustrem D. Marchionem de quo su-
pra, non ualisset, cum in tali materia spectante ad ecclesiam, Prin-
cipes seculares nullam habent potestatem ut latè ibi per eum. Eā-
dem opinionem sequitur Fely. in c. quia, col. ii. extra de iudæ. Quā
etiam tenet D. Ioan. Bab. de S. Seuerino in repeti. l. i. C. de sum. tri.
col. xvi. cum seq. Dicens timendum esse, ne se ingerentes incurrant
censuras, de quibus in d. cle. i. de usur. & in super tremendo iudicio
Dei se supponant, suadendo unicuique quantum potest, ut declinet
ab huiusmodi calice, nec se in talibus intromittat, de qua re plenè
habetur etiam per alios scribentes, in d. l. i. & per S. Thomam in
Epistola ad Ducissam Brabanticæ, de regimine iudeorum, ubi tenet
Principes nihil posse exigere ab hebræis mutuantibus sub usuris in
eorum terris. & cogendos ab laborandum pro eorundem iudæo-
rum uictu, prout dicit tunc temporis solitum fieri in Italia, cuius
contrarium de præsentis obseruatur. Et hanc partem per plura
diffusè comprobatur Commodus Sumenhart, in suo aureo tracta-
tu, de contractibus illicitis, lib. ii. q. 26. incip. utrum potestas secu-
laris, & sequitur ex modernioribus Caro. molinæus, in repe. l. eos.
C. de usur. & in commen. super consue. Parisi. tit. i. §. i. in Glo. nu. 19.
Archiepiscopus Florenti. in ii. par. suæ summæ, tit. i. §. i. & ii. Bonifa-
ci. de Vitali. in cl. i. de usu. in xi. no. ubi loquitur de Rege Aragonū.

Et sciendum est, quòd in hoc articulo standū esset Doctoribus
Iuris canonici, & eorum opinioni, potiusquam Sacræ Theologiæ
magistris, quia scientia canonica principaliter ad hoc tendit, scili-
cet interpretari ius diuinum in dubiis casibus pertinentibus ad
Philosophiam moralem, Scientia autem Theologica pertinet ad
interpretationem iuris Diuini, quoad opera Domini nostri Iesu
Christi, Et de usuris in specie, quòd standum sit Doctoribus iuris
canonici, concludit Petr. de Ancha. in sua disputatione, incip. anti-
quis, & modernis, & refert, & sequitur Alex. in d. cõsil. i. col. iiii. vol.
ii. & consi. cvii. pro inuestigatione, col. v. & vi. uol. ii. no. per Docto-
in l. i. ff. si cer. pet. Et Deci. in consi. cxi. Et pro tenui, col. ii. vol. i. &

Ioan.

Ioan. de Ana. in c. In ciuitate, de usur. & per Ioan. Bap. in d. repeti.
col. iiii. & Parisi consil. 67. uol. iiii. ubi late. Et idem dicendum de cau-
sis decimarum, & matrimonialibus, ut per Parisi. latissimè in consi.
67. capitul. col. iiii. in fi. & seq. uol. iiii.

Sit tamen quomodocunque, pium esse ducerem si Principes
Christiani se abstinerent à talibus concessionibus, & hæc impetra-
re uolentes à se reuicerent, Nec enim potest dici hoc fieri causa pu-
blicæ utilitatis, cum incidentes in laqueum, & uoragines iudæorū
fenerantium, efficiantur quottidie pauperiores, & tanquàm ab
igne consumantur eorum facultates, prout uidi sæpissimè conti-
gisse, & si sunt pauperes, qui sub usuris accipiunt, multo citius pau-
periores efficiuntur, & in miseriam cadunt, ut tradit Hosti. in c. i.
circa, fi. de usur. Et allegari non potest ex parte populorum neces-
sitas, ob quam impetrare uelint tales concessiones, cum homines
simus, manus, & pedes habeamus, & cætera natura instrumenta, cū
quibus alimentum quærere possimus, & nostri sit arbitrii uarias,
& penè infinitas artes permittas exercere, Non est ideo cur appeta-
mus alimoniam ex mediis illicitis, & lege Dei prohibitis, & in Ger-
mania, & in pluribus aliis prouinciis (ut audini) non permittitur
fenerari, & mutuuum à iudæis dari sub usuris, quibus tamen alimē-
ta non desunt, & uberiora, quàm ubi exercentur, & audiant quæso
(si qui sunt, quos aurum obnubilauerit) Verba Gregorii scribētis
Riccardo Regi Visigothorum. Præterea Iudico, quia creuit de ue-
stro opere in laudibus Dei. Hoc, quod dilectissimo filio meo
Probino præbitero narrante cognoui, quia cum Vestra Excellen-
tia constitutionem quandam contra Iudæorum perfidiam dedis-
set, ii. de quibus prolata fuerat, rectitudinem uestræ mētis inflecte-
re, pecuniarum Summam offerendo, moliti sunt, quam Excellen-
tia Vestra contempsit, & omnipotentis Dei placere iudicio quæ-
rens, auro innocentiam prætulit, qua in re mihi Dauidis Regis fa-
12 Etum ad memoriam uenit, † cui dum concupita aqua de cisterna
bethlemitica, quæ inter hostiles cuneos habebatur, ab obsequenti-
bus militibus fuisset oblata, protinus dixit. Absit à me, ut sangui-
nem istorum hominum libem, quàm quia fudit, & bibere noluit,
scriptum est, libauit eam Domino. Si igitur ab armato Rege, in sa-
crificium Dei uersa est aqua contempta, pensemus quale sacrificiū
omnipotenti Deo Rex obtulit qui pro amore illius aurum accipe-
re contempsit, Itaque fili Excellentissime confidenter dicam, quia
libasti Domino, hæc ille, factum autem Dauidis, de quo supra, ha-

betur ii. Reg. 23. & de pœniten. distincti. ii. c. vt cognouerūt. & c. de
itiaz. 42. distinct. Abstineant ergo Principes (si qui extant) à præ-
missis, ut possit itidem de eis dici, quòd aurum Domino libaue-
rint, & hoc nisi fierent tales concessiones cum licentia Summi
Pontificis, & ex causis legitimis, secundum ea, quæ infra proximi-
mè subiiciuntur.

- 13 † Vtrum autem Summus Pontifex possit dispensare super usuri-
ris excercendis per iudæos, & permittere Principibus Christianis,
ut iudæi in eorum terris mutuent sub usuris, D. Ias. in d. l. i. col. viii.
in prin. C. de sum. trini. dicit quæstionem hanc esse altam, & profun-
dam, & in qua mallet adiscere, quam docere, & ego quoque malle
alios audire, quam audiri, iuxta. tex. in c. quæro. in fin. vi. q. i. Et
pro parte affirmatiua adducit Pet. de Ancha. in d. confi. 243. licet
dicat eundem nihil ibi firmare, sed dubitare. Affert secundo pro
eadem opinione consuluisse, minoris conscientiæ (ut utar uerbis
suis) Pau. de Cast. in d. confi. cccvii. vol. ii. Tertio allegat Alexā.
in d. confi. i. & confi. cvii. incip. pro inuestigatione, Dicens sibi in-
certum esse, an Dominus Alex. consuluerit vacillante conscientia.
Sed pro hac parte facit, quæ tradit Corne. confi. 235. vol. ii. vbi præ-
supponere uidetur indulta Pontificia superinde tenere, Item pro
hac parte affirmatiua multum mihi facere uidetur, quòd licet Pa-
pa nõ possit indistinctè tollere ea, quæ sunt iuris diuini. c. sunt qui-
dam. 25. q. i. c. super eo, de vsur. cum ibi no. maxime per D. Anto. &
quæ no. in c. fi. de consuetu. & in c. quæ in ecclesiarum, de constitu-
ti. & in l. fi. C. si contra ius & c. Et alibi, & sic, quòd Papa non posset
statuere, quòd usuræ indistinctè essent licitæ, Tamen possit Papa
ius diuinum limitare ex causa, vt in d. c. fi. de consue. & in d. c. quæ
in ecclesiarum, vbi per omnes, & per Bart. & alios, in l. omnes po-
puli, ff. de iusti. & in. & per Soci. consil. 13. incip. præsens cõsultatio,
& confi. xxviii. circa primum, vol. i. & per Deci. in confi. cxii. in præ-
senti consultatione, uol. i. in quibus locis habentur plures casus, in
quibus Summus Pontifex potest dispensare circa prohibita à lege
Dei, ut in monacho, ut contrahat matrimonium ex causa, & in vo-
to, Decimis, & bigamia, & aliis, & ideo super usuris ex causa possit
dispensare, quod firmat ibi Deci. specialiter super usuris, in quibus
possit Papa dispensare. causa subsistente, quæ confirmari possunt,
quoniam Summo Pontifici omnia licent, nisi faciat contra fidem,
ut per Specu. in tit. de dispensa. §. nunc ostendendum, versi. 89. &
per Vincen. Hostien. Ioan. Andr. Abb. in c. proposuit, de concessi.

præben. ubi dicunt, quòd Papa potest in omnibus dispensare, præ-
terquam in articulis fidei. Vnde si essemus in Ciuitatibus, ubi non
essent imprestita montium pietatis, & periculum uerteretur, ne
ægentes pecuniis non inueniendo eas sub usuris, committerent
furta, latrocinia, uel similia scandala, uideretur dicendum, quòd pro-
pter maius scandalum euitandum posset dispensatio fieri, ut iu-
dæi possent ipsas exercere, & ne etiam daretur materia Christia-
nis ipsas ministrandi, & eo maxime, cum iudæi iam sint damnati,
& superuacuum sit illos prohibere à peccato, Accedentibus quo-
que ad hoc consuetudinibus iam diu à memoria hominum citra
obseruatis, & stantibus aliis concessionibus Summorum Pontifi-
cum, Martini quinti, & Eugenii quarti, Nam & inter causas dispē-
sandi est consuetudo alias obseruata, & præstat iustam causam di-
spensationis, vt per Abba. & Gemini. quos refert. D. Præpositi. in
c. consequens. xi. distin. col. fi. uerfi. & inter causas, & in istis termi-
nis loquuntur Anch. Alex. & Pau. de Cas. inductis eorum consiliis.
Nam in istis casibus uidetur maius bonum induci, uel saltem ma-
ius malum euitari, & hæc etiam est una ex causis, propter quam
posset Summus Pontifex dispensare contra ius Diuinum, ut per
Hosti. & alios, & D. Abb. in d. c. fi. de consuetu. per text. in c. fin. de
præscrip. & per Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum nu. mihi. xxxi. cum
seq. & Barbati. ibi col. iiii. Et partem hanc affirmatiuam tenet, &
contrariā tenentes improbat, Reuerendus D. frater Sixtus Theo-
logus ordinis Dominicani, in tracta. de feno. iudæ. lib. ii. cap. xxii.
Et hæc uolui adduxisse pro parte affirmatiua. Sed pro parte ne-
14 gatiua facit, † quòd licet Ecclesia quandoque tolleret minus ma-
lum, ut euitetur maius malum, ut no. in c. in præsentia, extra de spō
sa. & per Ancha. d. confi. 243. col. i. Et propter bonum, quod ex ali-
quo malè gesto sequitur, ipsum malum tolleratur. xiii. distincti. c.
nerui, & quod no. Glo. in c. inter opera, de sponsa. non tamen po-
test expressè concedi licentia malum faciendi, Glo. in c. denique,
in uerbo uenia. iiii. distinct. Sicut uidemus in lupanaribus, & mere-
tricibus, quibus lex non fauet, nec exactiõni illius turpis quæstus
assistit, ut per Bar. in l. generaliter. ff. de uerb. obliga. per Bal. Ange.
Paul. de Cast. Iaso. & alios, in l. iiii. §. sed quod meretrici. ff. de con-
dicti. ob tur. cau. Bal. in l. i. C. eo. ti. Sicut etiam uidemus, quòd ec-
clesia tollerat iudæos sacrificare secundum ritum eorum, non ta-
men posset Papa expressè concedere eis licentiam. xxiii. q. iiii. ita
planè, in fi. ubi nulla ex causa malum faciendum, & per Glof. xxvii.

q. i. Si qua monacharū. Item secundum Apostolum, mala non sunt faciendā, ut eueniant bona, Ro. iii. Ideo dicunt Doct. in c. nulla, de consecrati. distin. iiii. quòd puer non baptizatus propè putheum inuentus, & morti propinquus, non debet in putheum proiici, etiam quòd aliter baptizati non possit. Nam non debet quis se cōmittere periculo homicidii cum & salus propria præponenda sit alienæ saluti, & quia non ideo esset baptizatus, cum accedēte uerbō ad elementum fit Sacramentum. Secundum Augustin. prout etiam si mulier parturiens sit in articulo mortis, & de eius uita desperatur, non potest dari consilium de secando eam, ut puer uiuus habeatur, & baptizetur, secus si possēt fieri sectio sine periculo, mortis, ut habetur in c. si qua mulier, ea distincti. Nota tamen, q̄ in eo, qui facturus est duplex malum, uel necessario compelleretur alterum malorum committere, consuli debet, ut faciat quod est minus malum. 33. quæst. ii. si quid uerius. c. duo mala, distincti. xiii. Et sic uidetur non posse expressè concedi per Summum Pontificem exactio usurarum.

Et hanc partem negatiuam tenet Ias. ubi supra, dicens, quòd nō eundo per mendicata suffragia, pro ea esse tex. formalem secundum eum, in c. super eo, de usur. ubi dicitur, quòd pagina utriusque testamenti prohibentur usuræ, & non esse licitum committere peccatum etiam pro tuenda uita alicuius, nec ualere dispensationem super usuris, etiam si concedantur pro redimendis captiuis, & sic pro utilitate publica, allegat etiam cle. i. de usur. possēt etiam allegari tex. in cle. i. de testi. ubi dicitur non ualere priuilegia Principum concessa iudæis, & farracenis in concernentibus opprobriū fidei, prout uidentur esse exactiones usurarum lege etiam Euangelica prohibitarum, Item quia contra illud, quod est prohibitū nouo, & ueteri testamento, Papa non potest dispensare, ut no. in d. c. super eo, quod dicit Abb. ibi procedere in eo, quod in se malum est, & quod aliqua ratione non potest fieri bonum, per tex. in c. licet. de feriis. Et hanc eandem partem tenet D. Anto. de Butr. in d. c. super eo, in i. not. per illum tex. cum prohibeatur dispensatio usurarum etiam pro redimenda uita captiui, & sic ubi versatur causa pia, Nam non debet concedi maius malum, ut euitetur minus malum, ut in usuris arguit Afflicti. deci. xxii. colum. ii. ante, ff. & Hosti. in d. c. super eo. in Glo. in verb. redimenda, & facit Glo. xiiii. distincti. c. i. quæ dicit, quòd non debet quis committere etiam unum peccatum ueniale, ut aliud euitet mortale, ubi reprobat Loth

(de quo

(de quo Gen. 19.) qui obtulit filias proprias uiris luxuriosis abutendas, ne flagitio contra naturam abuterentur hospitibus suis, & damnatur ab Augustino, de quo tamen ui. per Glo. & Doct. distincti. xiiii. c. quod ait, & probatur etiam. xxii. q. ii. Primum. Et hanc partem negatiuam tenuit Ioan. And. in regula. peccatum, de reg. iur. in vi. in mercurialibus, in ult. arti. secundi membri disputationis, & D. Ant. de Prato veteri, in consi. 45. col. ii. volu. iiii. Inter consilia D. Alexan. Et hanc dicit ueriores D. Ias. in d. l. i. in pri. lectione, col. xiiii. vers. & pro certo, subdens, quòd ista opinio semper sibi placuit, & D. Ioā. Baptista de S. Seuerino, in repe. d. l. i. C. de sum. trini. col. mihi, nu. xxviii. uersic. vtrum, Apostolicus examinat istam questionem, & in eandem partem inclinare uidetur, & hanc partem tenet Alexan. de Nouo in eius consilio, quod fecit contra iudæos feneratorantes, quod habeo, & impressum reperitur post Pisanelium.

Adeo, quòd utraque pars habet defensores suos, & non procedit sine controuersia. Quid ergo dicendum inter tot, & tam discordes Doctorum grauissimorum sententias? In quo dubio considerando, quod Papæ est commissa tota monarchia spiritualis, & in spiritualibus potest omnia, & super omnia, iuxta tradita per Bald. in l. barbarius, in ff. de offi. præto. Et attenda eius suprema potestate in præsentis articulo, Dico concludendum esse, quòd Summus Pontifex propter bonum publicū, ex causis superius pro hac parte allegatis, possit permittere iudæis, ut publicè exercent usuram in terris Principum Christianorum, interueniente consensu Domini temporalis, & populi sui. Et ista est communis opinio, prout in hac hæsitacione communem attestatur. And. Sicut in consil. xvi. incip. Viso puncto, & solenni & c. col. viii. uersic. Et sic apparet ex supra dictis, uol. iiii. ubi respondet ad omnia allegata in contrarium, pro parte negatiua, quæ aliter non referam, sed ibi uideri poterūt, ne alienos labores, & uigilias mihi ascribam, & idem tenet Soci. iunior, consi. cviii. consideratis omnibus, col. i. vol. iiii. Illius enim potestas est omnium suprema, Ioan. ult. & in c. qui se scit. ii. q. vi. & in c. quicumque. xxiiii. q. i. & in c. significasti, de electi. & not. in c. i. de constit. & in c. quodcumque. xxiiii. q. i. cum ea quæ operatur, facit, ut Deus, non ut homo. c. inter corporalia, de translati. præla. cum sit in terris, Dei Vicarius, nec habet superiorem, nec potest dici illi, cur ita facis? c. solita, de maiori, & obe. c. licet. c. significasti, de electi. cum concordan. Et dicitur Deus uiuens. c. quod olim, de iudæ. Et pro præmissa conclusionem facit, quod tradit Hosti. in d. c. super

L

eo, ubi dicit, in hac materia consideranda esse, tempora, loca, personas, & causas, & ita etiam concludit Ioan. Bapt. Ferretus, in consi. 37. & primo aspectu, ubi late, vol. i. concludens quod propter frigiditatem Christianorum charitatem erga proximum, & ut Christiani non mutuent sub usuris, posse tollerari ista opinio ex causis legitimis, de quibus etiam ibi per eum. Non omitto distinctionem, quam tradit Conradus Summenarth in d. tracta. de contract. illi. q. xxvii. incip. utrum potestas, quod scilicet aut Summus Pontifex tollerat simpliciter, uel etiam declarat, quod iudaei non puniantur propter usuras, quas exercent, & tunc per istam dissimulationem potest id facere, secus autem expresse concedendo per sua rescripta, & Caro. Moli. loco in precedenti, q. citato, & no. per Bar. Bald. Sali. in l. si donatione. C. de collatio. per Deci. consi. Dcii. colu. iiii. Cardina. Iacoba. in tracta. de concilio, fol. 494. col. ii. Exemplo Saluatoris, qui noluit remouere Iudam ab Apostolatu, etiam quod adesset causa, quam ipse sciebat, quia non erat aliis nota, nec tamen praesumitur causa in Papa dispensando in materia prohibita lege diuina, & ratione naturali, & canonica, & ciuili, uetatur, ut per Doct. in d. c. qua in ecclesiarum, nec iustificatur dispensatio ex clausula, & ex aliis rationibus animum nostrum mouentibus, ut per Oldra. consi. 250. clemens, Soci. consi. 164. Deci. consi. 606. colu. ii. & pen. Cardi. Iacoba. in d. tracta. fol. mihi. 498.

Vnde uerum esse puto, quod in dispensatione, quam faceret Summus Pontifex contra ius Diuinum, deberet exprimi causa, talis, huius esset iusta, & rationalis, nam quando fit dispensatio contra ius Diuinum, nunquam praesumitur causa, nisi exprimat, & quae sit aperta, & aliis nota, & certa, & non retenta in mente, & pectore, & aliter quam ex uerbis enunciatius in literis, ut per Bald. in l. pri. uersi. sed dubitatur. C. de iure. aureo. annul. Ioan. And. & Abb. in c. cum in cunctis. §. cum uero, de electi. Inno. & alii, in d. c. si. de consue. Abb. in d. c. qua in ecclesiarum, colu. iiii. num. 10. uersicul. ii. limitarem. Vbi etiam Fely. colu. v. & colu. viii. & Deci. colu. vii. & sequenti & c.

Circa quae tamen omnia, & singula me semper summitto melius sentientis correctioni omni tempore, & praemissa semper protectione consueta, de qua in d. c. haec est fides. xxiii. q. i. & omni meliori modo quo fieri potest.

Nota tamen, quod licet usurae sint ut supra prohibitae omni iure, Tamen quando accipiens obligaret se ad aliquod factum cor-

respondens ipsis usuris, quod tunc secus esset, De quo tamen ui. p. Hosti. & alios, in c. conquestus, extra de usur. & not. in l. petens. C. de pact. Et an statuentes, quod non possint exigere ultra sex denarios pro floreno, incidant in poenas, cle. i. de iud. cum uideantur permittere, quod sex denarios accipere possint, Glo. Ioan. Andr. ibi, in verb. facere, decidit, quod non, de quo tamen uide late Corne. consi. 235. de pluribus, uol. i.

15 Quae est contra, † An recipere pecunias ad usuram sit prohibitum, & sit peccatum? cum sint correlatiua, praestare, & recipere, & de natura correlatiuorum sit, ut statutum in uno censeatur etiam statutum in altero. Ista quaestio examinatur per Doct. in d. c. super eo, de usur. & maxime per Ioan. de Anan. ibi, colu. ii. & iii. ubi distinguitur in dante, & recipiente, nam ille, qui dat, semper peccat mortaliter, ille uero, qui recipit aut recipit pro opere pio, & uirtuoso, aut pro opere indifferenti, ite aut in recipiente ab eo, qui erat paratus mutuare, aut non, et remitto me ad id, quod materialiter concludit ibi. D. Abb. Nec omitto, quod hosti. in d. c. super eo, colu. ii. uersi. in hac ergo materia, Dicit, quod pauci sunt, qui aduertant esse peccatum recipere ad usuram, & ideo pauci eorum, qui mutuum ad usuram recipiunt, hoc peccatum confitentur, Certum est enim (dicit ipse.) Quod non solum ille, qui dat, sed & qui recipit, participat in peccato per illum tex. Quod intelligendum est secundum distinctionem Doct. ibi. Et de his ui. S. Thom. secunda secundae q. 78. arti. iiii. Ricar. in iiii. distin. xv. arti. v. q. v. Sanctus Bonauen. in iiii. distin. ii. Alex. de Abs. in quarta parte Sum. in tractat. restitu. & per Summistas, Ideo aliter hic non ponam, cum non sit de principalibus intentionibus meis in hoc tractatu, Licet Hippo. de Marfi. in l. i. §. praeterea, nume. mihi. xviii. ff. de quaestio. Dicit plures tenere, quod Christiani, qui recipiunt pecuniam sub usuris a iudaeis, quamuis sint causa, quod ipsi iudaei committant usuras, tamen ipsi, qui recipiunt, non peccant, quia hoc facit inuiti, & contra eorum uoluntatem.

Et quia dictum est supra, de ipsis usuris repetendis, per tex. in d. 16 c. post miserabilem, de usur. Quae est an possit ipsarum repetitio sponte per illum, qui eas soluit, remitti, & sit licita talis remissio repetitionis usurarum, & earum retentio, In quo concludendum est, quod sic, ut no. Glo. & Ioan. And. in regula peccatum, de regul. iur. in vi. in mercurialibus, & Hostien. in sum. de usur. §. qua poena, uersic. sed si faenerator Ant. de Butr. & alii, in c. cum tu, eo. tit. ubi

etiam per Ioan. de Ana. in iii. colum. uersic. Tertio quæritur, de utili, & notabili. q. ubi ponit plures opi. Et ad hoc, ut tollatur omnis dubitatio, Dat cautelam, quod pecunia restituenda, sit restitutioni parata, dicens tamen magis cautum esse, si offeratur, cautissimum autem si actualiter restituatur, & ponatur in manibus soluentis, à quo sunt extortæ usuræ, & quod usurarius dicat, ego teneor tibi in centum ex causa usuraria, rogo te ad hoc, ut possim capere communionem isto Paschate, ut uelis, quod cum bona consciëntia retinere possim, & ego me obligo tibi per instrumentum ex causa mutui, uel depositi, quod intra certum terminum tibi restituam, & ille sit contentus, nam tunc secundum eum erit tutus, & poterit capere communionem, & dicitur in effectu satisfactum sibi, & quod possit etiam sponte remitti repetitio usurarum, Tenet Ange. cõf. 100. præmittit, quod de iure, Petr. de Anch. cõf. 98. istam quæstionem, ad si. & cõf. cccvi. efficax. col. ii. uersic. & circa hoc, Alexan. cõf. 91. Visis actis, in princip. uol. ii. De qua re ui. etiam Cardi. in cle. i. §. sanè, quæstione. x. de usur. Pro quibus facit, quod ualet pactum factum furi de nõ agendo actione furti, post furtum commissum. l. si unus. §. pacta quæ. ff. de pact. & no. in c. si. extra eo. ti. Et an Christiani possint à iudæis usuras accipere, ui. Ioan. de Anan. in c. conuestus, col. si. extra de usur. & in c. quia, extra de iudæ. & Stephan. Bertran. cõf. 88. lib. iii. ubi quod non, & faciunt no. supra num. 6. & seq. & dixi supra. cap. vii.

17 Et notandum est, † quod iudæi exercentes scœnora, & recipientes pignora, ut uestes, & alia mobilia, quæ seruando, non ita de facili seruari possunt, tenentur ea custodire, ne propter humiditatem consumantur, & deteriorentur, aut à tineis, & muribus corrodantur, cum talis casus proueniat magis ex culpa, quàm sit fortuitus, rosura enim murium est in culpa, ut per Sali. in l. item quæritur. §. si fullo. ff. loca. ubi etiam per Bal. qui arguit ex illo tex. contra scœnatores, qui si non excutiant pannos pignoratos à tineis, sit eorum periculum, secundum Iac. & facit, quod habetur, in l. i. §. si rosa. ff. de bono. posses. secund. tabu. ubi Bart. ponit de muribus rodentibus cordulam Bullæ.

Iudæus tamen scœnator pro ipsis pignoribus non tenetur de leuissima culpa, sed tantum de dolo, lata culpa, & leui, cum talis cõtractus pignoris celebretur gratia utriusque, Ideo de leuissima nõ tenetur. Insti. quib. mo. re. contra. obli. §. si. l. sicut certo. §. nunc uidendum. ff. commo. propterea non tenetur pro pignoribus combustis,

combustis, & furto subtractis, ut tradit Cepol. cõf. 69. circa primum dubium, col. iii. uersic. circa secundum.

18 Et cum sæpissimè contingat, † quod famuli, uel alii furripiunt uestes, & mobilia alicuius, quæ deferuntur ad hebræos ad subpignorandum, quæritur an tales hebræi recipientes rem alienam scienter pignori, dicantur committere furtum. Circa quod Bal. in l. seruus. ff. de condi. inde. Dicit illum tex. facere, & menti tenendum pro famulis scholarium subpignorantibus libros Dominorum, quod dicit habere locum in iudæo sciente, secus in ignorante, & quod Dominus soluens iudæo scienti potest repetere per conditionem ob turpem causam, & Paul. de Cast. ibi dicit allegasse dictum text. pro casu florentiæ, ubi quidam famulus surripuit uestes Domino, & detulit ad scœnatores ab eo accipiens pecunias, & Dominus iuit ad scœnatores causa habendi uestimenta sua, qui ei uolebat restituere nisi præstitisset pecuniam, qui soluit, & habuit uestimenta, postea uolebat repetere pecunias solutas, an possit, & dicit in illa lege, esse casum, quod si ignoranter scœnator recipit, non teneretur ad restituendum, & quod plures Doctores fuerunt admirati, & aliqui turbati, idem tradit Bald. in l. eos. C. de fur. ubi dicit illam esse notabilem contra acceptantes res furtiuas scienter, & quod ex hoc uidit semel suspendi vnã mulierem, & idem concludit de scœnatoribus scientibus. Et quia in pluribus locis extant statuta, uel decreta, quod iudæi non teneantur ad restituendum res pignoratatas, dominis, sine pretii solutione, nec possint conueniri Rei uedicatione, nisi dominus offerat pretium exbursatum per eos. De his ui. per Abb. in c. quod clericis, colum. vii. uersic. ex hoc infero ad notabilem quæstionem, extra de for. competen. & per Ioan. de Ana. cõf. 70. incip. Visis, & ponderatis, & ibi per Ludou. Bologni. in additione, ubi etiam de ludente cum seruo, uel filio cum pecuniis patris, uel Domini, & de ludente cum falsis taxillis, quod committatur furtum, & per Bal. in Rub. C. de conditio. ob turp. cau. Et an in præmissis præsumatur iudæus sciuisse, uel ignorasse rem pignori traditam esse alienam, uide Glo. in l. in ciuile, & ibi Bart. C. de fur. Bal. & Imol. in l. fin. ff. de hæredi. instit.

S V M M A R I V M. C A P I T I S. XII.

1 Occidere iudeum, uel paganum maius est peccatum, quàm interficere Christianum, & infra nu. 4.

- 2 Clericus occidens paganum, uel infidelem est irregularis, & etiam quemcumque alium, qui posset impune occidi.
- 3 Occidens paganum, uel infidelem dicitur homicida.
- 4 Occidens Christianum magis peccat, quam occidens infidelem, & quomodo & c.
- 5 Occidere iustum an sit maius crimen, quam interficere iniustum, & peccatorem, remissiuè.
- 6 Irregularitas an cadat in infideli, & an propter homicidium commissum, post Baptisimum possit dici irregularis, & ad sacros ordines promoueri.



Aepè accidere solet, ut fideles interficiant infideles, ideo quæro iuxta modum traditum, in c. quæro. vi. q. i. de magis peccante in diuersis casibus. An magis quis peccet interficiendo iudæum, uel paganum, quam Christianum, & Glo. in c. rebaptizare, de consecrati. distin. iiii. uidetur tenere, † quòd sit maius peccatum occidere infidelem, quam fidelem, quia qui interficit infidelem, corpus, & animam occidit, & uidetur dare occasionem perdendi eius animam, sed cum occidit quis Christianum, animam eius non occidit, quia fortè bonus est, de quo etiam per Fely. in c. ita quorundam, colum. i. extra de iudæ. Ad hoc aliquid facit, quòd ex occisione infidelis quis efficitur irregularis, quod indicat atrocitatem delicti, † sicut si clericus interficeret fidelem, Nam & non licet clerico aliquo usu committere homicidium, sine incurfu irregularitatis, præterquam pro necessaria defensione sua, ut in cle. vnica de homic. per Abb. in c. sicut dignū, colum. iiii. extra de homici. In aliis autem casibus semper incurrit irregularitatē, ut habetur in c. suscepimus. c. de cætero. c. tua nos. c. Ioannes, eo. tit. de homici. Immo etiam si occideret bannitum, qui posset impune offendi ex forma statuti, ut per Hippo. de Marsil. consil. xi. circa hoc dubium. Item interficere paganum dicitur homicida. c. clericum. c. de his. 50. distinc. & extra de uoto. c. ex multa. per Innoc. in c. olim, el. iiii. de restitu. spolia. † Et homicida in sacerdotali officio etiā cū Episcopi dispensatione administrare nō potest, & in homicidio pagani habet locum dispositio. c. miror, ea distinc. ut per Archi. ibi, in princ. Sed in contrarium facere uidetur quod concludit S. Thom. secunda secundæ. q. 69. artic. vi. Dicens, † quòd magis peccat quis occidendo iustum, quam peccato rein, siue iniustum, quem refert Archidia. in d. c. si habes, & Fely. in c. consuluit, colum. ii. circa fi. extra de iudæ. Et hoc quadriplaci ratione. Primo quia nocet ei, quem plus diligere tenetur. Secun-

do quia iniuriam infert ei, qui est magis dignus, & ideo magis contra iustitiam agit. Tertio quia priuat communitatem maiori bono. Quarto quia Deum contemnit, secundum illud Luca. x. qui uos spernit, me spernit, sed Doct. in d. c. rebaptizare sic concludit uidelicet quòd uerum est, maius peccatum esse occidere Christianum, quem magis teneor diligere, quam paganum, ut dictum est, sed de morte pagani maius damnum contingit, cum moriatur etiam in anima, & maius damnum est in morte unius animæ, quam mille corporum. xxii. q. v. ille. xxiii. q. iii. si habes. Et dicunt, quòd ideo ad cautelam maior pœnitētia imponitur pro pagano, quam pro Christiano, quandoque scilicet cum puer occiditur, de cuius baptismo, uel conuersione magis speratur, quam de conuersione adulti, Si ergo uterq; est adultus, qui occiditur, magis delinquitur in Christiano, quam in pagano, & maior pœnitentia est infligenda pro Christiano, quam pro pagano, sed si uterque est puer, similiter plus peccatur in occisione Christiani, sed propter maius damnū, maior pœnitentia imponitur pro pagano, quam pro Christiano, ut per Archidia. & Egi. in d. c. rebaptizare. De eo etiam † an sit maius peccatum occidere iustum, quam iniustum, ui. etiam Egi. in c. sicut dignum, de homici. Dictum est supra de Christiano interficiente infidelem, & quòd ex eo homicidio efficitur irregularis, 6 quæro † an infidelis propter homicidiū cōmissum ante baptismū efficiatur irregularis adeo quòd non possit promoueri ad sacros ordines, & quidam tenuerunt, quod siue illud sit commissum ex uoluntate, & cum peccato, siue ex officio & sine peccato non efficiatur irregularis, prout tenuit Lap. Et sequitur Car. Zabar. in cle. i. q. xii. de homici. Dicens quòd huic opinioni standum est in ambiguitate sententiarum, ut in pœnis fiat mitior interpretatio. Sed contraria opi. est uerior quòd scilicet quando homicidium fuit commissum cum peccato, contrahatur irregularitas, prout etiam tenet Inno. & Calde. & D. Abb. in c. gaudemus. in ii. col. vers. in Glo. fin. De Diuort. & Maria. in c. ad audientiam. colum. v. versicul. sed Dominus meus extra de homici. Allegans hoc idem tenere Hosti. in summa eo. tit. §. qua pœna, versicul. quid ergo, & respondet ad obiecta Lapi & Zabarellæ quando homicidium commissum fuit sine peccato. Inno. & Calde. ubi supra tenet quod per baptismū tollitur irregularitas, idem etiam cōcludit Abb. in d. c. gaudemus. per plura fundamenta, refellens contrarium tenentes ad quæ ui. no. in c. de his. extra de accusation. & xxvi. distinc. c. i. ii. & xiii. &

faciunt. nota. in c. quæsitum. cum sequen. xxiii. quæsti. iiii. & distincti. 50. in summa.

S V M M A R I V M . C A P I T I S . X I I I .

- 1 Coitus cum alienigenis reprobatus, & olim castigatus acerbissime, & ipsa etiam connubi.
- 2 Christianus rem habens cum iudæa etiam in figura matrimonij punitur capite.
- 3 Monialem carnaliter cognoscens magis delinquere, quam rem habens cum infideli.
- 4 Virginitas amissa nunquam potest restitui etiam ab ipso Deo.
- 5 Pœna uiolantis monialem tam in foro conscientie, quam in foro ecclesiastico, & civili.
- 6 Pœna maioritas arguit delictum maius.
- 7 Vestalium stupratores qua pœna apud prescos multarentur.
- 8 Virginitas etiam a Romanis custodita.
- 9 Moniales qualiter se habere debeant in earum uita.



Væro non ab re, quod nam sit maius peccatum, an cognoscere carnaliter iudæam, & infidelem, an verò monialem? Et dicendum videtur, quòd magis peccat qui cum infideli se cõmiscet carnaliter, quàm cum moniali. Sunt enim iudæi inimici Crucis C H R I S T I . c. licet vniuersis, extra de testi. & sui nominis sanctissimi blasphemi, c. i. c. cum sit nimis, extra de iudæ. ergo debent grauius puniri, argu. no. per Bal. in l. liberti, circa fi. C. de inoffi. testa. & per Marti. Lauden. in tracta. de confœ. prin. q. 26. Et pro uitanda huiusmodi commixtione prouisum est per sacros canones, vt iudæi, & Sarraceni vtriusque sexus per habitum publicè distinguantur a Christianis. c. in nonnullis, eod. tit. † Et olim apud hebræos talis coitus cum alienigenis erat prohibitus, in tantum, quòd vterque tenebatur pœna mortis, ideo legitur Numeri 25. Quòd cum Zanbri vnus de filijs Israel intrasset ad Scortum Madianitem Cozbi, filiam Sur Principis madianitarum, fuit a Phinee filio Eleazari interfectus vterque, & reputatum est ei ad instigam, ii. q. vii. c. nos si competenter. §. his ita respondeatur, versic. Tunc phinees, immò & ipsa etiam connubi erant cum eis prohibita. Deutero. vii. Leuiti. xi. Esdre. pri. cap. pe. & Esdre. iiii. c. fin. Ezechie. 16. & in c. ius gentium. i. distincti.

- 2 Et attento iure ciuili † rem habes carnalem cum iudæa etiam in figura matrimonij punitur pœna capitis, si scienter quis contrahit cum

cum iudæa. l. ne quis christianam. C. de iudæ. Et est crimen deterrius adulterio, quia sine præfinitione temporis a quo cunque potest talis coitus accusari, quod non est sic in adulterio proprie, l. miles. §. si pater. §. si mulier. §. sexaginta. ff. de adult. Item poterit vnusquisque eos accusare sine inscriptione pœnæ tallionis. Glo. in d. l. ne quis. Et per hoc crimen videtur fieri maxima iniuria, & offensio in Deum propter baptismi sacramentum. 28. q. i. caue, & c. non oportet, & c. sequenti, & maius est peccatum, quod in Deum, quàm quod in hominem committitur. c. sicut. xvii. q. iiii. c. mouet te. circa fi. 22. q. i. Et facit, quod tradit Oldra. consi. cccxxxiii. quod est ultimum in ordine, de illo Pondonio iudæo, cui propter id incisa fuerunt virilia, quæ dicit ipse vidisse ante palatium.

- 3 Sed vterius cogitanti videtur dicendum, † quòd sit maius delictum coire cum moniali, quàm cum infideli, quia ex tali coitu plura oriuntur crimina, secundum Glo. in c. virginibus. 27. q. i. quæ ponit tm tria, licet sint plura tribus, vt infra dicitur, videlicet Sacrilegium, quia persona sacra per violationem læsa reperitur, & priuilegium virginitatis amittit, iuxta illud læsa pudicitia deperit illa semel, & d. c. virginibus, & c. impudicas, & est tex. in l. i. C. de rap. virgi. Nec potest restitui etiam per ipsum Deum, vt dicit Glo. ibi, in verbo, non potest, quæ allegat Hieronymum, & est ad Eustachium, & Augustinum, & sequuntur Doct. & scriptum est Amos. v. Virgo Israel cecidit, non adiciet vltra, vt resurgat, & 32. q. v. c. si Paulus. habet enim hoc donum virginitatis, sicut sericum, quod cum in lutum semel cadit, nunquam perfectè abluatur, quin semper macula appareat, & de virginitate ui. 32. q. v. per to. qualis esse debeat. Itè
- 4 committitur incestus, cū sit nobis coniuncta in Christo, † & sponsam Dei violat, qui est pater noster. 12. q. ii. qui abstulit, & in c. i. & ii. de cognati. spiri. Tertium est adulterium, cum sit sponsa Christi, d. c. virginibus, cum Glo. Quartum est stuprum, quia virginem verè, & honestè viuentem deflorauit, & stuprauit. l. inter liberat. §. stuprum. ff. de adul. bonus tex. in c. si qua monacharum. 27. q. i. Quintum est violatio clausuræ. Item persuasio fractionis voti, & corruptio ancillæ Dei, & maxima in Deum offensio, & cultus eius, propterea sapit crimen læsæ maiestatis. c. si quis suadente, versic. qui autem. 17. q. iiii. Nam longè grauius est æternam, quàm temporalè lædere maiestatem, vt dicit text. in c. vergentis, extra de hæreti. Vnde propter adiunctum augetur pœna. c. virginem. 27. q. i. & cum sint plura crimina ex eodem facto descendencia, quæ specie differe-

runt , possunt etiam institui plures accusationes, & imponi plures pœnæ, secundum Archidia. in d. c. uirginibus, & per Abb. in c. at si clerici, col. xii. extra de iudi. & in c. pe. in iii. not. de purga. cano.

- 5 † De cuius delicti castigatione ponit tam quoad forum conscientia, quam contentiosum coram Ecclesiastico Archidia. in c. peruenit. c. si quis episcopus. c. si qua monachorum. xxvii. q. i. & Ioan. de Ana. consi. i. col. ii. uerfi. pœna autem, ubi dicit, quod istud delictum est de maioribus merentibus perpetuam depositionem, dato, q̄ talis fornicatio cum moniali non esset notorie scadalosa, allegat Ant. de Butr. in d. c. at si clerici. Et de pœnis contra rapientes moniales tam de iure ciuili, quam canonico, ui. per Do. Et. in si quis non dicam rapere. C. de epif. & cleri. & in d. l. i. C. de rap. uirgi. Et de non rapiente eas, sed de eis, qui rem habent secum, ut pœna ultimi supplicii teneantur, si sunt laici, & bona eius tradantur monasterio illi, ubi moratur monialis stuprata, tex. est in §. penul. in auct. de sanctissimi. episco. & late per Marfili. in repe. d. l. i. ubi etiam de pœna, quæ tenetur ipsa monialis delinquens.

Et licet dictum sit Deum offendi in coitu cum infideli propter baptismum, & cultum eius, multo magis dicendum est in hoc reprobato coitu cum moniali, ut dicit Bald. & Salic. in d. l. i. de rap. uirgi. inferentes, quod si ex forma statuti. Si iniurias haberet pacem ab offenso, deberet pœna minorari, quod tunc ad hoc ut minoretur pœna in raptu monialis, quod remissio talis iniuriæ requiretur, nedum ab ipsa moniali corrupta, sed requiritur etiam pax a Papa, qui obtinet uicem Dei in terris.

Non omittam ad præmissa confirmanda, quod Iouianus Imperator secundus à Iuliano promulgauit generale edictum, quo preceptum erat, ut capite plecteretur, qui Sacram Virginem ad nuptias sollicitare tentasset, uel duntaxat impudice conspexisset, nedum rapere conatus esset. Tulerat autem eam legem propterea q̄ flagitiosi quidam eiusmodi uirginum nuptias sub Imperio Iuliani usurpauerat, quas uel ui, uel persuasione corruperant, sicut turpis concupiscentia talia præsumere non ueretur, dum religio male constituta impunitatis securitatem pollicetur.

- 6 Vnde † ex maiori pœna delicti in coitu cum moniali, quam cum infideli arguendum est, quod talis coitus sit maius crimen, quam præcedens cum infideli, cum ex maiori parte pœnæ maius delictum inferatur, ut est Glo. no. in c. meliore proposito. 27. q. i. no. Bart. in l. meua, in princi. ff. de accusa. Calde. consi. i. in tit. de accusa. Deci.

qui allegat plures concordantes, in c. at si clerici, col. iii. in vii. not. extra de iudi. Qui dicit se ideo alias consuluisse, furtum, pro quo imponitur pœna furcarum, minus esse delictum, quam homicidium, pro quo est pœna capitis, cum pœna furcarum sit maior, ut ibi per eum, & id tradit Deci. consi. 65. uol. i.

Cuius tamen delicti sceleratissimi pœna maior erat apud profanos gentiles, & etiam hebræos, nam & apud illos olim Hierosolymis ad ministerium templi dicatae erant uirgines, sed apud Romanos Numa secundus eorum Rex Deæ uestæ Sacra communia, uirginesq; uestales instituit, cum ante ea sacra in curiis per curiales fierent, quæ sacra è Troia lata dicitur. Et seuerissimè apud ipsos hæc crimina sunt uindicta per ipsos etiam Imperatores. Nam inter eos Domitianus exactissimè uindicauit incesta uestaliu, ut tradit Eusebius in cronicis, & ob id laudatus est à statio papinio lib. i. siluatum, dum ait.

*Ipse autem puero celsum caput aere septus
Templa superfulges, et prospectare uideris,
An noua contentis surgunt palatia flammis?
Pulchrius, an tacita uigilat face troicus ignis,
Atque exploratas iam laudet uesta ministras.*

Tres enim uestales intererant, inter quas fuit Cornelia uestaliu maxima, & Celer eques Romanus, quam historiã perpulchre scriptam reliquit Plinius secundus lib. iiii. Epistola ad Minutianum.

- 5 Eiusque criminis castigatores erant Pontifices maximi, † & mos uetus fuit, ut uiuæ Humi defoderentur in campo, qui ob id scelera tus uocatur, & uiuæ deferebantur in feretro per forum more mortuorum, & ad portam collinam cum silentio deducebantur, ubi strueta erat subterranea domus, & à Pontifice uirgo incesta aperto capite constituebatur in scalis in subterraneum domicilium deferentibus, cum illa descenderat scalam tollebantur, & domicilium humo iniecto operiebatur, in quo lectus erat, & lucerna ardens, panis quoque cum aqua, lacte, & oleo, ne fame mori uiderentur, de qua re Iuuenalis sic inq̄t, sanguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos.

De quibus etiam Liuius lib. xxii. ita dixit. Duæ uestales eo anno, Opimia, & Floronia stupri compertæ, altera sub terram, ut mos est, ad portam collinam necata fuerat, altera sibi met ipsa sibi mortem consciuerat, Lucius cautilius scriba Pontificum, qui cum Floronia stuprum fecerat a Pontifice maximo eo usque uirgis cæsus est in comitio, ut inter uerbera expiraret, de cuius criminis suppli-

tio uide etiam Augu. lib. iii. cap. v. de Ciu. Dei. & Dionysium Alicarnasum, melius quam alibi, lib. ii. antiquitatum Romanarum. Vbi etiam de Aemilia, & Tutia factum in testimonium eorum innocentiae, & Pomponium laetum, in lib. de sacerdotiis Romanorum.

8 Suadetur etiam abstinendum a uirginibus deo dicatis, per mares, per id, quod etiam ꝑ apud Ethnicos quondam Romae mares arcebantur a sacris Bonae Deae, adeo quod ipsae etiam masculorum picturae fugerentur, ne forte muliebris animus inter sacrificandum, ex huiusmodi inspectione impudicis desideriis foedaretur, Asserebant enim Bonam Deam fuisse castissimam, & adeo uirginitate decoratam, ut nunquam fuerit egressa domo, neque dum uixit uilum uirum uiderit.

9 Haec Gentilium exempla addere minimè veritus sum, ut Christianus quisquis apertius dignoscat, qua sit animaduersione plectēdus, ꝑ qui Deo uero desponsatam uirginem corrumpendam duxerit, & fontem Deo signatum conturbauerit, Horticꝑ; conclusi sepē destruxerit, non permittendo ipsas amore caelestis sapientiae captas supremae philosophiae studium impendere, cum prolis quidē, ac liberorum utpote qui ad corpus pertineant, nullam habeant rationem, & animam omni diligentia curantes, totas se ipsas ipso corpore, atque animo. Regi omnium, uniuersiqꝑ; Deo dedicarunt, ut sic integra, perpetuaqꝑ; castitate, ac uirginitate fungantur. Et similiter quam graui poena sint afficiendae uirgines CHRISTI sponsae, quae nephariis stupratoribus se prostituendas obtulerint, & Domini Templum, & spiritus sancti habitaculum prophanauerint, & in lupanar conuerterint, ut non amplius Domini sponsae, sed Sathanae concubinae sint appellandae. Non sunt enim hae nostri temporis uelatae uirgines, Apollini, ut Phœbades, aut uestae, aut Bonae Deae, aut alicui uanorum Deorum gentilium dicatae, Sed CHRISTO, uero Deo, Dei filio consecratae. Et proinde CHRISTI sponsalitiu custodire, & intactam, illibatamqꝑ; conseruare tenentur, & non tanquam scorta molli uestiendi cultu, euulsis capillis, fucorum lenociniis, impudicis sermonibus, pudicitiam foedare, & extra etiam septa sese facinorosis stupratoribus, & impiis etiam seruis, & lenonibus substernere, & talia irreuerenter patrare, ut quamuis prostitutam meretricem in postribulo puderet. Honestas tamen, & sanctas, & pudicas semper excipiendas duxi, quae in sua integritate. Deiqꝑ; seruitio constanter perseverant, licet & de malis conuersionem non desperamus, prout eas, quaecunque sint

sint obsecro, ne incidant in eam conditionem, ut contra eas possit obijci quod exclamat Hieremias Impudens facta es ad omnes, facies meretricis facta est tibi. Quod facile futurum mihi persuadeo, si abiecerint specilla, calamistra, crinalia, ampallas, & ornatus Thalamos Thaide potius quam sacra uirgine dignos, & hominum colloquia euitauerint. Nam & ob hoc uelantur, & claustris sepiuntur, ne fiant uirgines fatuae habentes lampades, sed oleo carentes, & excludantur a sponso, ne contra eas impingatur quod scriptum est per Prophetam dicentem, Descende, sede in terra uirgo babilonis filia, sede in terra, non est filia caldeorum Tronis, non uocaberis ultra mollis, & delicata, accipe molam, & mole farinam, discooperi uelamen tuum, deinde crura tua, transi flumina, reuelabitur ignominia tua, apparebunt opprobria tua, &c. Non fiat obsecro ciuitas meretrix, filia Syon, ne post Trinitatis hospicium ibi demones saltent, & sirenes nidificent, & Ericii. Et dictum est de babilone, quia per ignominiosam destructionem babilonis, Denotatur amissio gloriae uirginalis. 32. q. v.

S Y M M A R I V M. C A P I T I S. XIII.

1 Vtrum bella mota per hispanos contra barbaros quos indos uocamus, fuerint licita, & de eorum coactione ad fidem catholicam.



Non omittā hoc loco quid iuris mihi videatur circa bella per hispanos mota contra barbaras illas nationes quos indos uocamus antiquis patribus nostris minime notas, an licite mota sint, uel nō. Et pro parte negativa facit quod non potest contra infideles bellum indici ex eo simpliciter quia sint infideles, nec reperitur in lege ueteri, eo tantum respectu bella, per populum Israelis, mota contra alienigenas, sed ex aliis rationabilibus causis, ut dixi supra cap. vi. num. 10. de madianitis, & quia non uideatur concurrere illa requisita in bello iusto, & praecipue quod ipsi infideles Indi, hoc meruerint ex aliqua causa, iuxta no. in c. Dominus. xxiii. q. ii. & quae posui loco praerallegato, Et quia Dominus noster Iesus CHRISTVS & eius Apostoli nō per potentiam armorum, sed piis suasionibus & Euangelicis praedicationibus militabant, quorum exemplum & hispani sequi debuissent, mittendo prius ad eos praedicatores Euangelii, ut factum est in primitiua ecclesia. Nam & ad fidem nemo compellendus

est per vim, quia voluntarius tantum admittitur. 45. *distinct. de Iudæis. xxiii. q. v. ad fidē. c. maiores. §. item quæritur, extra de baptis. c. sicut. vbi per omnes. extra de Iudæ. Ad quæ addi posset quod etiam paruuli Iudæorum non possunt cogi ad fidem suscipiendam, secundum communem opi. Doct. ut dicitur infra par. iii. princip. cap. ii. nume. vi.*

Quibus tamen & aliis non obstantibus, puto partem affirmatiuā esse veriolem, † constat enim gentes illas fore natura Barbaras & absque aliqua prudentia, & barbaricis vitiis contaminatas, ut legere est in historia de eis exarata, vnde potuerūt armis cogi & id bellum contra tales est iustum iure naturæ. secundum Aristo. i. *Politi. c. iii. & v. vt eorum vitia comprimerentur, & ob id tradit Augusti. lib. v. de Ciui. Dei cap. xii. Romanorum Imperium in alias gentes fuisse licitum, & voluntate Dei quæsitum, idem aperit Sanct. Thom. de Regi. prin. lib. iii. cap. iiiii.*

Subsistentibus maxime eorum detestandis criminibus in Mandandis Innocentibus & adoratione idolorum, propter quod de leuit. Deus omnipotens tot gentes, & ipsum etiam populum Israe-
lis in captiuitatem & desolationem redigi permisit vt dicitur inferius par. iii. cap. i. nu. 23. in captiuitate Babylonica & vniuersali diluuiio, propter adorationem vituli, quæ quidem præcepta si fuerūt seruata antequam **C H R I S T V S** coleretur, eo magis post eius aduentum obseruari debent. *xxiii. q. v. si audieris & c. si remittitur, & q̄ iusta sit causa belli pro extirpandis Idolatris probatur. Deutero. xii. subuertite omnia loca in quibus, gētes quas possesuri estis, coluerunt Deos suos, vt fecit Ezechias. iiii. reg. xviii. Iosias. iiii. reg. 23. & habetur Danie. xiiii. nam infideles, peccantes contra legem naturæ & Idola colentes; sunt sub potestate Papæ, qui est Vicarius Generalis Christi, de translat. epif. c. i. & ii. qui dimisit eam Vicario suo, in terra scilicet Petro & successoribus eius, & ideo puniri possunt, si detur facultas, vt tradunt Docto. in c. super his. extra de voto, maxime Petr. de Anch. & Hostien. col. iii. & Henri. Boich. & Ancha. in c. gaudemus. de diuorti. Et respondendo ad obiecta, nō obstat. Nō posse bellum indici infidelibus propter infidelitatem, quia id verum est, propter solam infidelitatem, sed secus est, si etiam legem naturæ non seruent, & Idola Colant, peccando contra legem naturalem contemnendo verum Deum.*

Potuerunt ergo legitime Christianorum Imperio subiici, non vt serui fiant, aut eorum bonis priuentur, sed vt à talibus flagitiis li-

berentur, & potissimum ab illo nephandissimo scelere imolationis Innocentium, (fertur enim insula noua hispania singulis annis amplius. xx. millia in molari solita.)

Non obstat quod dictum est de Christi & Apostolorum exemplo, nam illud ita intelligendum est, si eo modo potuissent eos lucrari, & fas illis fuisset, sed id fuisset eisdē hispanis impossibile, nisi prius fuissent debellati, nam multæ difficultates obstabant prædicationi in terris eorum, utpote, occisiones prædicatorum, linguæ & idiomatis nostri commertia, locorum interualla, amplitudo insularum, & temporis lōgitudō, & alia quæ intercedere potuissent, vnde ad eos debellandos procedere potuerunt, ex euangelica etiā parabola, *Lucæ. 14. de inuitatis ad nuptias, vbi postremi compelli iubentur, prout videmus in Constantino qui Romanam Rempubli-
cam a perueris Idolorum cultoribus, reuocauit, & illam subdidit Domino nostro Iesu Christo, ad quæ accedant quæ habentur, 23. q. iii. c. si non. vbi de decreto sanctissimi Pontificis Gregorii, Genandium virum Christianissimum commendantis quod gentes paganas non subiectas in christianorum deuotionem bello cō-
pullerit, vt facilius ad christianam religionem debellatæ inducerentur, & hoc confutatur etiam, ex his quæ scribit Augustinus Epistola. 50. quæ est ad Bonifacium aliud asserens tunc fuisse tempus, & omnia suis temporibus agi, & faciunt quæ dicentur infra parte secunda, cap. iii. nume. 5.*

Et subinde etiam non obstat de coactione ad fidem, quia non fuerunt per vim ad fidem coacti. Sed mota sunt bella contra eos, vt fidem Christi & eius propagationem, & prædicationem non impedirent & admitterent qui eos in fide pie instruerent. Et sponte postea credentes se conuerterent, vt contigit eis, qui agminatim ad baptismum conuolasse feruntur. Nam constat etiam ante tempora Constantini, fidem prædicare non licuisse sine mortis periculo & secundum id quod tradit Sanctus Thomas. ii. quæstio. x. artic. viii. frequenter (inquit) Christi fideles contra infideles bellum mouent, non quidem vt eos ad credendum cogant. Sed vt compellant, ne fidem impediunt, de qua etiam re videri possunt quæ scripsit Ioannes Genesius in Epologia ad Episcopum Segouiensem, qui validissimis fundamentis hanc partem amplexatur.

MARQVARDI DE SVSANIS
IVRISCONSULTI VTINENSIS,
DE IVDÆIS ET ALIIS
INFIDELIBVS.



P A R S S E C V N D A

P R I N C I P A L I S.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæi regulariter ligantur iure communi & secundum iura ciuilia iudicantur eorum cause, tam in concernentibus ordinem iudicij quam decisionem causarum.
- 2 Iudæus testando debet seruare formam iuris cõmunis in numero testium & Iudæi etiam publici sceneratores possunt testari.
- 3 Iudæi dicuntur de Populo Romano, & subiiciuntur principibus ubi degunt.
- 4 Iudæi mutantes filijs familias repelluntur exceptione Macedoniani.
- 5 In donationibus Iudæorum requiritur insinuatio ultra Quingentos aureos, & in Iudæis naufragium passis an habeat locum auct. naufragia. C. de furtis.
- 6 Iudæus pater admittitur ad defendendum filium in causâ capitali.
- 7 Donatio inter uirum, & uxorẽ inter Iudæos non ualet, sicut nec inter Christianos.
- 8 Pater Iudæus tenetur alere filium, nec non dotare filiam, & etiam pro filio donationem propter nuptias constituere.
- 9 Iudæa habet priuilegium tacite hypothece, sicut Christiana in bonis uiri.
- 10 Filij Iudæorum sunt in potestate parentum suorum.
- 11 Filij Iudæorum sunt sui parentibus, sicut in Christianicis.
- 12 Securitas data pro se, & socijs extenditur ad Iudæum.
- 13 Iudæi & alij infideles, quando subsint legi diuinæ, naturali, canonice, ciuili, et quo ad pecnas corporales remissiue.

C A P V T P R I M V M.



Idimus supra qualiter pietas Christiana recipit Iudæos ad habitandum nobiscum, consequens est ut postquam inter nos per ecclesiam versari tolerantur, & contingit eos contrahere, delinquere & de rebus eorum disponere, sciamus etiam quibus legibus subiiciantur, & an legi Mosaycæ, quæ

quæ est eorum specialis, vel iuri communi, aut statutis locorum, in quibus degunt, in qua quidem re variæ fuerunt scribentium sententiæ, & in diuersa tendentes.

- 1 Vnde pro veritatis indagacione dicendum est, q̄ regulariter † Iudæi ligantur iure communi, & inter ipsos est seruandum ius commune Romanorum, & quòd eorum causæ iudicantur secundum iura ciuilia. l. Iudæi Romano la pri. l. nemo Iudæorum. l. nemo exterus. C. de Iudæis, qui tex. in d. l. Iudæi, intelligitur tam in his, quæ sunt ordinis iudiciarii (dum ibi dicitur, de spectantibus ad forû) quàm in concernentibus decisionem causarum in illis uerbis, leges, & iura, copula interposita, adeo quòd licet illis præferentur ritus, & superstitiones ad eorum fidem spectantes, in cæteris tamẽ subiiciuntur iuri communi, & secundum quòd inferius explicabitur, & ideo Bart. in d. l. Iudæi, ita summat illum text. Iudæi habent ea quæ sunt ciuium Romanorum, & text. in d. l. Iudæi. Ita etiam ex mente Bar. intelligit Alex. consi. 75. Videtur in præsentibus col. ii. versic. hoc idem confirmatur. vol. v. & eandem conclusionem de qua supra tenent. Innoc. in c. quod super extra de voto. Ioan. And. in c. gaudemus de diuort. Imo. in c. de Iudæ. Domini. in c. i. §. ultimo circa finem de usur. in vi. Fel. in c. i. versic. Item petro ad leges ciuiles extra de consi. vbi etiam cæteri scriben. & Petr. de Ancha. consi. 271. de titulis criminum col. ii. circa finem & col. iii. Pau. de Cal. consi. 377. Ad primum videtur dicendum in princip. vol. ii. secundum ultimam impressionem, vbi in testamento Hebræi † dicit seruari debere forma iuris communis, & sic numerus septem testium, qui licet sint publici sceneratores possunt tamen testari, vt per Areti. consi. 158. copiose in secundo dubio, & sunt in hoc melioris conditionis, quàm Christiani vsurarii. c. quanquam de vsur. in vi. & Alex. consi. iii. In causa & lite vol. ii. Soci. consi. lxii. in præsentibus col. iiii. versic. secundo pro hac parte facit, & consil. 70. in præsentibus colum. i. vol. i. Cornel. consil. cxiiii. licet primo aspectu colum. fin. circa fin. versic. Illud autem constat vol. pri. & per Imo. in consi. i. in fin. cum duobus seq. & Bal. in l. fideicommissa in prin. ff. de leg. iiii. dicit, quòd Iudæi possunt testari, sicut Christiani.
- 3 † Dicuntur enim Iudæi etiam ipsi, de populo Romano, & subiecti Imperatori, & aliis principibus, vt per Glof. in c. ius quiritum in versic. Quod nulli. i. distinct. & no. per Glo. in c. venerabilem in verbo transtulit in Romanos. de electi. Abb. in c. nouit col. ii. extra de iudic. Bar. in l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. & sicut si habitant in

terris Imperii sunt Imperio subiecti, & legi ciuili, Ita etiam aliis principibus si in eorum terris habitant, prout etiam Papa in terris ecclesie, quo ad temporalia, sicut Christiani in terris ecclesie degentes. c. si duobus. de appella. & not. per Glo. in c. xi. in verbo lex ciuilis. de arbi. in vi. & ideo seruatur in eis ordo iudiciorum, sicut in aliis & eorum appellationes admittuntur sicut in Christianis. c. consuluit. cum ibi no. de appella.

- 4 Inde Iudæi mutuantes filiis familias † repelluntur excepti one macedoniani vt per Bald. in l. i. in Antiqua lec. in v. not. ff. ad macedoni. Dicentem. not. etiam contra Hebræos mutuantes filiis, qui ad punctum iuris debent perdere mutuū, & dicit notandū cōtra eos.

Item immunitas concessa hominibus alicuius loci trahitur ad Iudæos ibi commorantes, Alexand. consil. lxxv. vol. v. & consil. 99. lib. vi. & consil. iii. lib. vii. Soci. consil. vi. col. iiii. circa fi. & seq. lib. i.

- 5 † In donationibus quoq; Iudæorum excedentibus quingentos aureos requiritur insinuatio, vt per Pau. de Cast. consil. 90. visa quadam scriptura vol. ii. Et Iudæus minor in integrum restituitur quando leditur, vt per Corne. consil. 260. circa fin. lib. iii.

Et ex pramissis etiam posset dici quod dispositio auct. nauigia. C. de furt. disponens quod in naufragiis infidelium possint licite eorum bona haberi, vt habetur etiam in c. de rebus. xxiii. quest. vii. quod hoc non concedatur in mercibus, & bonis Iudæorum naufragium passis, cum in eis seruari debeat ius commune, & quia ipsi non ita exercent bella contra Christianos, & non sint de hostibus de quibus in d. auct. nauigia. Qui christicolos bellis infestent.

Inde etiam est, quod cum de iure communi pater admittatur ad defendendum filium in causa capitali, vt not. in l. seruum quoq;. §. publice. ff. de procura. & in l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. vbi Bart. in v. colū. & Salic. in l. ii. in v. opposi. C. de accusat. Ioan. de Ana. in c. veniens. de accusati. Cepol. consil. 45. Titius vulnerauit. & consil. 46. quod est D. Ant. Roselli. cum pluribus aliis sequentibus consiliis maxime consil. 54. incip. Vnus filiorum per totum. † Itidē

- 6 concedi debet patri hebræo pro filio contra Christianum, vt per plura consuluit Cep. consil. 74. incip. pater potest. Item sicut pater qui præsens Principi filium suum non debet mori, etiam in crimine læsæ maiestatis per l. milites agrum. §. desertorem. ff. de re milita. Idem est concludendum etiam. In patre hebræo filium pro tali crimine præsente, vt late per D. Hiero. Gigan. in suo celeberrimo tracta. de crimine læsæ maiestatis lib. iii. q. vi.

Item & sicut patris damnati bona non auferuntur à filiis auct. Bona damnatorum C. de bon. proscrip. praterquam in crimine læsæ maiestatis l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. & vi. quest. i. c. quæro. §. vtrum. de peni. distinct. i. in c. quisquis ita etiam dicendum in filiis Iudæorum Baptizatorum præuariantium in fide c. Iudæi. i. quest. iiii. & ibi Glo.

- 7 Subinde etiam sicut † non valet donatio inter virum, & vxorem constante matrimonio inter Christianos, idem dicendum est inter coniuges Hebræos, dicitur enim verum matrimonium inter eos, licet non ratū, vt no. in c. de infidelibus. de consang. & affini. nā & ipsum sacramētū cōiugii est apud infideles & fideles. 26. distinct. de Iudæis c. gaudemus de diuort. licet possent Iudæi dato libello Repudii vxorem dimittere. v. quest. i. non satis. Alexan. consil. vii. ponderatis. col. ii. vol. ii. & per Bal. consil. 428. Inquisitio dicta col. i. versic. & quod de iure, vbi etiam de sententia repudii, & quibus verbis fieri debet. & per Innoc. & Hostien. in d. c. gaudemus, vbi an hoc præcederet sine peccato, & de donatione inter vi. & vxor. inter Hebræos vt supra concludit Steph. Bertran. consil. ccxxxiii. ponitur in facto lib. pri. & Ioan. Lope. in Repe. Rubr. extra de dona. inter ui. §. 35. circa princip.

- 8 Accedat † quod pater Iudæus tenetur & ipse alere filios, & dotare filias, & ad idem obligatus est pater etiam Sarracenus, vel alterius sectæ, & pro filiis donationes propter nuptias constituere, vt per Ang. de Areti. in §. fuerat colum. mihi. xiii. versic. Et aduertat. insti. de acti. Dicens accidisse tunc de facto, & eo casu si legitima filiorum nō sufficeret, posset ob id etiam fideicommissum diminui, quia dispositio auct. Res qua. C. commu. delega. extenditur etiam ad Iudæos, vt Bal. ibi tradit ante finem.

- 9 Hinc etiam priuilegium tacitæ hypothecæ, † quod habet vxor in bonis mariti pro dote de quo in l. afsiduis. C. qui poti. in pigno. ha. habet locum etiam inter Iudæos, vt tradunt Hosti. Ioan. And. & alii, in dicto cap. gaudemus. Nec ad hæc obstat tex. in l. i. cum auct. ibi posita. C. de hæreti. Nam ille text. intelligitur de hæreticis, non autem de illis, qui semper fuerunt infideles, quia melius est viam Domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire, & qui posuit manum ad aratrum, & respicit retro, non est aptus regno Dei. c. magnæ, de voto, & per Glo. si. in c. quidam de aposta. & grauius puniuntur qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi qui sine voto,

ant fide mortui sunt, c. scimus circa fin. xii. q. i. idem q̄ supra. tenet Negi. in tracta. de pigno. & Hipo. in ii. part. in iii. membro, Ant. in d. c. gaudemus. in ult. col. quicquid contrarium sentit Cy. & Nico. in l. i. ff. solu. matri. & Bald. Nouel. in tracta. de dote. in xi. par. prin. colum. antepen. cum sit contra eos communis opi. doc. in d. c. gaudemus nec obstat tex. quem Bal. allegat in auct. de priuile. do. here. mulier. nō praestan. quia loquitur ille tex. in haereticis, vt patet tam ex rubro quā ex nigro. si rectis oculis inspicatur.

10 Offert se etiam † q̄ Iudēi habēt filios in potestate, quod est proprium ciuium Romanorum. §. i. insti. de patri. potesta. ut concludunt cano. in c. ii. de cōuer. infideli. & in c. cum sit, de iuda. & legistae in l. multum interest. ff. de verb. oblig. & ideo Bald. in l. Nam ciuium. ff. de his qui sunt sui, vel ali. iur. Dicit quod omnis qui ex matrimonio nascitur est in patria potestate, siue sit fidelis, siue infidelis, dicens filios iudaeos esse in potestate parentum, idemq; in paganis, qui sunt sub Romano Imperio, & quod ideo filii iudaeorum nō possunt testari impediēte patria potestate, sunt enim sub iure communi, vt ibi per eum.

11 Et subinde filii iudaeorum † sunt sui parentibus, si cut & filii Christianorum, vt tradit Alexā. in consil. lxxi. ponderatis his verbis col. ii. vers. & quod haereditas vol. ii.

Pro quorum confirmatione facit etiam quod no. Ang. in l. vti. mur. ff. de sepul. vio. & in l. i. ff. ad l. iul. maie. † Quod si alicui data est securitas pro se & sociis, quod in ea includetur etiam Iudaeus, socius, & quod ita fuit determinatum Perusii. licet Bar. hoc in decisi sum relinquat in d. l. i. sed opi. Ange. securus est etiam Soci. in consil. lxxii. in praesenti consultatione col. iiii. vers. Quarto pro hoc facit vol. pri. Alexan. consil. lxxv. nu. 6. vol. v. Fely. in c. ego enim extra de iure iur. Hippoly. cōsi. 88. nu. 41. vol. ii. & Deci. consil. 51. & pro tenui. colum. ii. volu. pri. quod tamen intelligendum est procedere, quando iudaeus determinato proposito, vt socius a principio, cum habente hanc securitatem socialiter venit, secus si incidenter in itinere in eius societatem incidisset. Ita Ang. in l. i. circa prin. ff. ad l. iul. maie. sta.


13 † Et quomodo Iudaei, & alii infideles subsint legi, & per legē corrigantur vi. pulchram distinctionem, Henrici Boich. in d. c. gaudemus. de diuor. in prin. quem poteris videre. Nota tamen quod faraceni vti hostes christianorum non gaudent iure Romano, vnde nec compromittere possunt, vt tradit Ioan. Bap. Peru. in tracta. de arbitris

arbitris lib. ii. cap. ix. eadem ratione dicendum de Turcis vt non gaudeant iure Romano.

S V M M A R I V M .

- 1 Iudaei non tantum dicuntur de populo Romano, sed etiam de eodem corpore ciuitatis, & ligantur statutis ubi habitant.
- 2 Iudaei possunt dici, quo ad quid, fideles, et deuoti sanctae Romanae Ecclesiae, et quō.
- 3 Iudaei computantur inter oues Christi, creatione, gubernatione, & redemptione ex parte Christi, & quod iudaeus possit praescribere contra christianum.
- 4 Statutum quod foeminae excludantur per masculos extenditur etiam ad iudaeos.
- 5 Familiae conseruandae ratio, consideratur etiam lege Moysaica.
- 6 Statutum retractuum habet locum etiam inter iudaeos.
- 7 Causae tam ciuiles quā criminales Iudaeorum secundum statuta locorū ubi habitant terminantur.
- 8 Statuta loquentia de Iudaeis non extenduntur ad paganos.

C A P V T S E C V N D V M .

- 1  Dde † quod non solum dicuntur Iudaei de populo Romano, vt per Glo. in d. c. Ius quiritum, sed etiam dicuntur de eodem corpore ciuitatis vbi habitant, quamuis non sint de corpore spiritali, & ligantur statutis locorum ubi degunt, vt no. in c. Iudaei. el secundo maxime per Fely. & in c. sicut de Iudae. & in l. nullus. l. Iudaei. C. eo. tit. & per Bal. in l. spardonem. §. iam autem. ff. de excusa. tuto. vbi dicit quod statuta ciuitatis extenduntur ad Iudaeos, sicut ad Christianos, & alios incolas, hinc est quod immunitas concessa incolis certi loci, ad ipsos Iudaeos extenditur, & per Alex. consil. lxxv. videtur in praesenti vol. v. & consil. 99. Visa inquisitione colum. ii. in princip. & colum. iii. vol. vi. & consil. xiii. col. ii. in. fi. vol. vii. Soci. consil. lxx. in praesenti colū. i. post princip. vol. i. And. Sicu. consil. lxxiii. licet. vol. iiii. Dicens etiā quod si Iudaei delinquent debent puniri secundum statuta ciuitatis punientia ciues & incolas & per eundē consil. lxxv. Videtur col. ii. vol. v. & in quibuscunque statutis & consuetudinibus, siue onus, siue commodum afferant, Iudaei includuntur, Parisi. consil. ii. nu. 9. vol. ii. Rochus de Cur. in tract. de consuet. nu. 752. vsq; ad nu. 757.
- 2 † Sed & Iudaei dicuntur, seu dici possunt fideles, & deuoti sanctae Romanae Ecclesiae, si nobiscum pacifice versantur, & viuunt, quia

eius protectioni se subiiciunt, & misericorditer ab ea sustententur, & eis contumelias inhibet fieri, vt not. in c. sicut Iudæi. de Iudæ. & sic veniunt sub statuto loquente de deuoto, & fidei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod tamen intelligendum est de ecclesia militante, non autem de triumphante, vt tradit Petr. de Ancha. consi. 271. de titulis criminum. col. ii. in fi. & col. iii. in prin.

- 3 † Item & computantur inter oues Christi, creatione, gubernatione, redemptione ex parte Christi, qui dixit Ioan. x. alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili scilicet ecclesiæ, vt tradit Bal. consi. 428. Inquisitio dicta colum. ii. vol. v. & per Abba. in c. nouit colum. ii. extra de iudiciis. Et quod etiam in concernentibus rigorem iuris, Iudæi vtuntur iure communi contra Christianos, vt in præscriptione, cum Iudæus possit præscribere contra Christianum, quæ præscriptio fuit inuēta de rigore iuris l. si fur. §. si quis inuēta. Glof. in verbo vsucapere. & ibi Imol. ff. de vsucapi. & est Glof. in c. porro. xvi. quæst. iii. vbi Gl. dicit hoc verum in re priuati. Secus in re ecclesiæ, quam infidelis præscribere non possunt, & tradit Balbi. in tracta. præscrip. ti. in prima parte prin. q. v. in fi. & per Roma. consi. 489. incip. licet hæc Domina Petra.
- 4 Et ex præmissis inferitur † cum Iudæi ligentur statutis locorum vbi degunt, quod stante statuto communiter per Italiani vigente, quod stantibus masculis fœminæ excludantur, tale statutum debet extendi etiam ad Iudæos, prout tenet Ioan. de Ana. in c. Iudæi el secundo col. v. versic. ex quibus videtur posse inferri, de Iudæ. & Fel. ibi colum. ii. versicul. subdit tamen hic Ioannes. Soci. consi. lxxii. col. iiii. versicul. & ideo dicunt, verbo. Duas habens filias. nu. mihi. 184. in pri. parte, Compagi. in tracta. de statu. exclu. fœmi. quæstione 36. Laurus de Palatiis in eodem tractatu col. antepe. Quod latius etiam examinat Alber. Bru. in suo tracta. simili. in sexto articulo. Principali. quæst. tertia. Vbi post multa concludit, quod prædictum statutum non ligat fœminas Iudæorum, si filii masculi, vel alii propter quos excluduntur, etiam ipsi forent Iudæi, motus inter cætera, quod cum tale statutum exclusiuum fœminarum, sit conditum pro conseruatione familiarum, & dignitatis earum, non suadet ratio, quod in Iudæis hoc locum habeat, cum ipsi non aspirent ad dignitates, si autem masculi essent Christiani, licet fœminæ, & hi de quorum successione tractatur essent Iudæi, tunc putat statutum habere locum, quia militat eo casu ratio finalis statuti, subdens quod si masculi essent Iudæi, & fœminæ Christianæ, similiter non excluderentur

- rentur propter Iudæos masculos, Quia vbi etiam omnes tam masculi, quam fœminæ essent Iudæi, fœminæ non excluderentur, & sic videtur tenere contrarium eius quod communiter alii tenent in hac quæstione, cum cæteri Doct. simpliciter, & indistincte teneant tale statutum extendi etiam ad ipsos Iudæos ex eo quod statuta ciuitatum etiam ad eos extenduntur, vt supra conclusum fuit, sed mihi videtur quod opinio communis sit verior ex supra allegatis, cum sit indubitata conclusio, quod statuta locorum extenduntur etiam ad ipsos Iudæos in locis illis habitantes, sicut ad cæteros incolas, vt in iuribus præallegatis. Nec ob stare videtur quod dicit Brunus, rationem † sc. conseruationis familiarum cessare in Hebræis, cum ipsi non aspirent, ad dignitates, quia etiam ex eorum lege Mosayca (quo ad hoc minime reprobata) habetur consideratio conseruandarum familiarum, vt hæreditas & bona in familiis remaneant, vt habetur nume. 26. 27. & 36. Vbi sic scriptum est, omnes enim viri ducent vxores de tribu, ex cognatione sua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiet, vt hæreditas permaneat in familiis, ecce ergo quæ expresse habeatur consideratio, quod hæreditas remaneat in familiis, & per Ioan. de Ana. in d. c. Iudæi. el secundo colum. v. qui dicit, quod per hoc statutum reponuntur in dispositione l. Mosaycæ, quæ conseruantur propter diuitias, nam propter inopiam honestas perit l. i. ff. de custodi. reo. l. pietatis. ff. de suspec. tuto. l. si creditores. ff. de priuile. credito. not. per Glo. in c. constitutus. in verbo. Impotentiam. de appellati. & ad id, quod apud Iudæos ratio conseruandæ familiæ habeatur, patet, Leui. xxv. Ruth. iiii. & Hieremi. xxxii. vbi habetur de beneficio redimendi quod comperit propinquitatis iure, ratione de qua supra, qui licet non aspirent ad dignitates inter Christianos, consequuntur tamen beneficium ex statuto, vt ditiores efficiantur, & eorum familiæ diutius seruentur secundum rationem statuti excludentis fœminas. Et quod statutum exclusi. fœmi. Iudæos quoque comprehendat, concludit Georg. Natan. in tracta. de statu. nu. 43.
- 6 Et ex his posse inferri † quod statutum retractus iure agnationis & vicinitatis comprehendat etiam Iudæos, & tanto magis cū hoc casu statutum tale reponat eos ad terminos legis Mosæ, qui quidem regressus ad legem antiquam solet quandoq; esse commedabilis l. lege xii tabularū C. de legi. hæc. & per Anani. vbi supra, nam & quando lex Mosayca non reperitur reprobata à iure, debet inter ipsos iudæos seruari, vt p. eundem, & Fel. i. d. c. Iudæi. el ii. de iudæis.

7 Et pro eadem conclusione facit, † quòd etiam in criminalibus puniuntur iudæi secundum statuta loci ubi habitant, vt per Alexā. consil. 99. Vifa inquisitione formata contra Abraham Iudæum vol. vi. qui consuluit, quòd iudæus pro adulterio per eum commissio cum Christiana puniatur secundum statutum loci in quo deliquit, non autem pena vltimi supplicii, prout esset de iure communi. l. quamuis la. ii. C. de adulte. l. nequis. C. de iudæis, quæ lex non est correctæ in masculo secundum Saly. ibi, nec etiam puniretur pena legis Mosis, de qua nume. 25. & xi. quæst. vii. §. his ita el secundo. & xxiii. q. v. c. reos. §. Phinees. idem concludit Alexan. in consi. xiii. at tentis his. vol. vii. in iudæo habente rem carnalem cum Christiana non nupta, vt puniatur pœna statuti loci delicti, & consi. lxxv. vide tur in præfenti. vol. v. Corne. consi. cxiiii. licet pri. asp. ectu vol. pri. & consi. lxx. licet in hac. vol. ii. And. Sicu. consi. lxxiii. lib. iiii. vbi de iudæo, qui commisit adulterium in ciuitate Bononiæ, vt puniatur secundum statutum ipsius ciuitatis, & Hippoly. de Marfi. consi. 101. In præmissa causa accusationis, Soci. in consi. lxxii. in præfenti consultatione. colum. iii. & seq. vol. i. vbi de iudæo, qui commisit ei imē falsitatis, vt puniatur secundum statutum loci vbi deliquit, immo etiam consuetudo bulgari, quando in testamento viri, vxor relicta est usufructuaria institutis filiis ut habere debeat solum alimenta, habet locum etiam inter ipsos iudæos & in eorum testamentis vt tradit Paulus de monte pico in repetitione l. Titia. §. Titia col. 42. nu. mihi 62. in quæst. xx. de lega. ii.

8 Notandum est tamen, † quòd licet statutum Christianoam extendatur ad iudæos ibi commorantes, nihilominus statuta loquētia de iudæis non extenduntur ad paganos, vt tradit Abb. in c. quū sit col. ii. versi. Item collige. quod dicit esse bene notandum, & ibi per Ioan. de Ana. col. vii. versi. Nota q̄ statutū, de iudæo, allegat Gl. in c. constitutionem de rescrip. sed est in capitulo constitutionem de regularibus in vi. in verbo prorogamus, pro quo facit tex. in c. qui vero odii, ibi iudæum vel paganum. 50. distincti. In eo quòd ille text. distinguit Iudæos à paganis, & quod dictum est de statutis idem dicendum de consuetudine, eadem ratione.

S V M M A R I V M .

- 1 Matrimonium cum personis diuersæ sectæ reprobatur.
- 2 Iudæus carnaliter cognoscens Christianam scienter, & per modum fornicationis quomodo puniatur.

3 Pœna

- 3 Pœna criminum est arbitraria, quando à lege non est determinata.
- 4 Pœna quando est arbitraria an possit arbitrium extendi ad mortem, & quæ in hoc requirantur.
- 5 Permissa plura sunt in ueteri testamento, quæ hodie sunt prohibita.
- 6 Præcepta iudicialia ueteris testamenti, quando obligent in nouo.
- 7 Adulterium non dicitur committi cum nupta, quæ sit inhonestæ uitæ, quod intelligendum est respectu masculi, non autem respectu mulieris.
- 8 Iudæus habens rem carnalem cum Christiana turpis uitæ nupta, non dicitur committere adulterium.
- 9 Meretricibus maritalis iura in multis fauorem præstant.
- 10 Vxorem ex arā deorum, & à deo uxor.
- 11 In iudæo se commiscente Christianæ plura animaduertenda.
- 12 Iudæus cognoscens Christianam probæ uitæ qualiter puniendus, & an puniatur pœna statuti superinde disponētis.
- 13 Iudæus cognoscens carnaliter Christianam non per lasciuiam, sed in contemptum fidei nostræ qualiter puniatur.
- 14 Iudæus an præsumatur in dubio hoc facere in contemptum fidei, uel non.
- 15 Iudæus habens commercium carnis cum Christiana scienter, et in figura matrimonii, qua pœna, uterq; mulctetur, & de fideli an possit cōtrahere matrimonium cum infideli, uel heretica.
- 16 Matrimonium inter fideles an sit uerum & ratum, & indissolubile.
- 17 Iudæus cognoscens Christianam ignoranter an sit puniendus.
- 18 Iudæus cognoscens Christianam ignoranter, uel Christianam iudæam, quæ reperitur Nupta, uel Virgo an teneantur pœna adulterii uel stupri.
- 19 In delictis an inspicatur euentus, uel animus delinquentis.
- 20 Turcus, uel sarracenus habens rem ueneream cum Christiana, qualiter puniatur.
- 21 Christianus se sarracenæ imiscens qualiter plectatur.
- 22 Iudæus an possit contrahere matrimonium cum pagana.
- 23 Iudæus transiens ad sectam sarracenorum an sit puniendus.
- 24 Filius natus ex sarraceno, et Christiana, si pater sarracenus efficiatur Christianus an talis ex eis natus efficiatur legitimus.

C A P V T T E R T I V M .



Via supra conclusum est Iudæos regulariter ligari iure communi tam in ciuilibus quàm in criminalibus eorū causis. Hoc loco plenius, & utilius examinare decreui, qualiter puniatur Iudæus se carnaliter iungens cū Christiana, & Christianus rem habens ueneream cum Iudæa, quòd sepe

○

- 1 folet contingere, vt in c. in nonnullis. extra de Iudæ. † Quæ quidem commixtio alienigenarum sectarum regulariter est reprobata etiam in matrimoniis c. ius gētium. ibi. cōnubia inter alienigenas prohibita. i. distincti. & xxviii. q. i. caue. & Deutero. vii. Leuit. xi. Esdræ. pri. c. pe. & fin. Esdræ. ii. c. ix. & Esdræ. iii. c. fi. & Ezechi. xvi. & xxxv. q. i. cum igitur. §. hac itaq; consuetudine. & licet Moses & Ioseph, qui fuerunt sancti viri contraxerint cum mulieribus alienigenis, nam Ioseph contraxit cum Afenech filia Phutifarum sacerdotis, qui erat paganus, & Moses accepit in uxorem sepheram filiã gentilis, conuersa tamen fuerunt uxores ipsorum ad religionem virorum suorum, & in eisdem viris sanctis non imminabat periculum fidei propriæ. Et est odiosa talis commixtio, quia fit per eam iniuria baptismo, & vniversa religioni Christiana d. c. caue. c. non oportet & c. seq. ea. q. & de istis commixtionibus quod sint odiosa præcipue iudæis etiam extra casus matrimonii possunt plura adduci, & hoc non prætermittam, nam sub Adriano Casare indignati iudæi quod peregrini hierosolymam secum habitarent, & externa sacra celebrarent, bellum ingens inchoarunt, eos tamen Iulius Seuerus oppressit, arces eorum sol. celeberrimas diruit, vicos ad Nongentos, & octoginta quinque; qui sanè nominatissimi erant; direpti, & mox igne consumpti sunt.
- 2 † In ea igitur quæstione de Iudæo cognoscente carnaliter Christianam, sic est distinguendum, videlicet aut tales copulauerunt scienter, aut ignoranter, si scienter, aut per actum fornicationis, aut in figura matrimonii. Primo casu quando scienter, aut per fornicationem, aut secuta est copula cum Christiana vitæ honeste, aut inhonestæ vitæ, (attendenda est enim conditio mulieris, cum qua Iudæus se miscuerit) nam si est inupta, & meretrix, vilisq; conditionis licet vterq; antiqua lege teneretur pœna mortis, secundum id, quod habetur nume. 25. vbi vnus de filiis Israel, qui intravit ad desertum madianita, fuit à Thinee simul cum scorto interceptus, & repositus ei ad iustitiam, nihilominus hodie pœna huiusmodi criminis erit arbitraria, & sic extraordinaria, vt per Deci. in c. consuluit col. ii. versic. & alias. extra de appella. & in c. i. de constit. col. vii.
- 3 † Cum de iure communi, non reperiatur hoc casu pœna à lege limitata, ideo iudicis arbitrio erit imponenda. l. i. §. effractores. ff. de effracto. l. Sanctio legum. ff. de pœnis. no. per Glo. & Docto. in l. nemo martires. C. de sacrosan. eccle. & per Glof. in c. super his. in verbo. arbitrium extra de accusati. & not. per Alberic. & alios. in l.

- quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & tali casu non
- 4 plectetur iudæus pœna capitali, aut membri mutilatione, † quia iudici non licet arbitrari de pœna mortis, aut membri mutilatione, nisi quando concurrunt qualitates, & circumstantiæ, quæ suadeant talem pœnam imponi, vt per Ioan. de Imo. in c. vt inquisitionis de hæreti. in vi. & in l. ii. ff. de publi. iudi. distinguendo, vt ibi per eum, & in quantum hoc desiderat criminis magnitudo, secundum Bald. in l. i. in fi. C. de his qui latro. vel in ali. cri. reos occul. Debet enim iudex attendere facti, & personarum qualitatem, & si iudex (non suadentibus præmissis) arbitrium extenderet, imponendo pœnã sanguinis, posset ab eius arbitrio appellari, vt not. per Doct. in d. c. super his. de accusati. & Areti. in §. in summa institu. de iniuri. Hippoly. in l. quæstionis modum. ff. de quæsti. & in sua Auero. §. constãte. nu. 8. cum seq. Sed quando iudæus se commiscuerit Christianæ vilis conditionis, & inhonestæ vitæ, cessant qualitates, quæ suadent ipsum condemnari ad pœnam mortis, nec reperitur, quod qualitas conditionis iudaicæ in persona se copulante cum Christiana vitæ inhonestæ (saltem quando se non copularet in coniugium) exigat pœnam capitalem aut membri abscissionem, prout in simili casu pro iudæo consuluit Alex. consi. xiii. incip. attentis his. vol. vii. vbi respondet ad id quod supra allegatum est. numeri. 25. & not. xi. q. vii. c. nos si competenter. §. his ita respondetur, versi. tunc Phinees,
- 5 † nam illud quod permittebatur tempore testamenti veteris non est de præsentis permittum, prout etiam de aliis olim permissis & hodie prohibitis tradit Ioan. And. & Domini. in c. vt inquisitionis. §. prohibemus de hæreti. in vi. de eo quod scriptum est Deuteron. vii. & reg. x. de Iesu, qui percussit & occidi fecit omnes sacerdotes Baal. & reg. xxiii. de Iosia rege, qui comburi fecit ossa sacerdotum, qui sacrificauerunt Baal, quæ non sunt trahenda in exemplum nostræ actionis, per no. in d. c. nos si competenter. §. item cum Balaã, versi. his ita, & quod habetur. xxii. q. ii. si quis per vetus, & xxxii. q. iii. Quis ignorat, & de peniten. distin. ii. c. si enim inquit versi. Quo modo ante Abraham, vbi dicitur, quod seruiuit Abraham tempore suo, ergo seruiamus nos legi, & tempore nostro, fuerunt enim facta præterita figure futurorum. xxiii. q. i. Nisi bella. & q. iii. non inuenitur, † item quia præcepta iudicialia veteris testamenti tendentia ad decisionem causarum, vel pœnam certam imponentia pro delicto, non obligant, nisi quatenus per habentem potestatem legis condendæ, post legem noui testamenti fuerunt approbata, vt per

Abb. in c. fi. col. ii. vers. & vt clarius, & Imo. colum. iii. & alios ibi extra de consuetudi. & eandem opinionem quam supra firmavit, tenet Hippoly. in iudæo cognoscete per venerem Christianam vitæ inhonestæ in consi. 101. In præmissa causa accusationis, vbi ita intelligit procedere quod tenet Oldra. in consi. 333. quod est vltimū consilium, ponderando verbum aliquo modo positum per Oldradū in dicto eius consilio, quod dicit esse diminutivum, licet Oldradus ibi dicat fuisse iudicatum, vt in illo casu iudæo virilia amputarentur, quæ affirmat ipse vidisse ante Palatium &c. Et præmissam conclusionem intellige veram cessantibus aliis circumstantiis, quæ delictum aggravarent, ut qualitas raptus, & incestus, & similes, nā tunc ex alterius criminis adiectione posset grauius puniri per l. primam C. de rap. virgi. secundum Oldradum vbi supra.

- 7 Amplia conclusionem de qua supra locum habere ¶ etiam si mulier cū qua iudæus se immiscuerit carnaliter, esset nupta, vitæ tamē inhonestæ, quia cum ea, non dicitur committi crimen adulterii vt tradit Bar. & Ang. in l. quæ adulterium. C. de adult. & Bal. in l. si mulier. eo. ti. qui refert Dylum ita in facto contingente consuluisse, & quod cum meretrice nupta non committatur adulterium punibile, vt per Ang. vbi supra. & idem Ang. in l. si ea. C. eo. ti. vi. Ioan. de Ana. in c. i. extra de adulte. licet Saly. in d. l. quæ adulterium, videtur distinguere in muliere nupta incipiente meretricari, & in eo qui scienter habet copulam cum ea, vel id agit post initiatum meretricium, & prædictam opinionem secundum ampliationem de qua supra proxime, vt iudæus eo casu non teneatur pœna adulterii, tenet Alexand. in d. consi. 99. incip. uisa inquisitione contra Araham,
- 8 ¶ vbi declarat eam esse meretricem, quæ licet se publice non prostituat in lupanari, si tamen alibi, & in quacunq; domo pudori suo nō parcit, & quencunq; petentem causā quæstus admittit, ad quæ facit quæ tradunt Doct. in d. l. i. C. de rap. virgi. & in l. raptos. C. de Episc. & cleric. vbi concludunt dispositionem illarum legum non procedere in meretrice, in tantum abhorrent leges vitam mulierū inhonestam, nisi esset nupta vt infra dicitur. Licet quandoq; ¶ iura in aliquibus faueant meretricibus nuptis, nam licet beneficium l. pleriq; ff. de in ius vocan. non habeat locum in meretrice, hoc tamen limitatur in meretrice nupta, quæ gaudet illius legis beneficio, vt per docto. Ibi in specie D. Ias. colum. fin. qui allegat pro hoc Az. in l. si vxor. §. i. versicul. quaecunq; matrimonium. ff. de adulte. & alia ut ibi.

Item

Item licet meretrix possit personaliter capi secundum Bal. in l. consentaneum. col. fin. versic. in glo. ad cogendum. C. quomodo & quando. ita (quod alias in muliere reperitur prohibitum vt not. in auct. vt nulli iudi. §. necesse, & in auct. sed nouo iure. C. de custo. reorum & per Bal. & Ang. in l. nemo. carcerem. C. de exacto. tribu. lib. x.) fallit tamen in meretrice nupta, & matrimonio copulata, vt per Ias. in l. ad egregias colum. ii. versicul. quod tamen vltimum. ff. de iure iur. Item quamuis rapiens meretricem non incurrat pœnā d. l. i. C. de rap. vir. secundum quod supra conclusum est, secus est tamen in rapiente meretricem, quæ esset maritata, vt late ibi per Hippoly. in repe. d. l. i. col. xiii. versic. vltius redeundo ad illum text. hoc restringentem, nisi rapta haberet in maritum aliquem lenonem, vel infamem.

Ideo si casus contingeret, aduertendum esset in castigando grauius iudæum subigentem mulierem Christianam etiam meretricem, quæ tam esset nupta, propter sacramentum coniugii per no. in c. omne c. cum societas c. in omni. xxvii. quæst. ii. & in c. tantum 37. quæst. vii. & Math. xix. Marci. x. matrimonii nanq; vinculum ab ipso Ecclesiæ capite omnium rerum conditore in Paradiso, & in statu Innocentiæ instituyente, vnionem & indissolubilitatem accepit, vt in c. vnico. de voto. in vi. ¶ Item vxor à Deo est, prouerb. iii. & Aristoteles, pri. Ocronomi. dixit vxorem esse ex ara Deorum, & per concubitum cum vxore alterius, fit quædam separatio illius indissolubilitatis animorum, quæ esse debet inter virum & vxorē, coitus enim est actus talis vt etiam in viro, & vxore cocunte in eo actu spiritus sanctus ab eis recedit, licet alias in matrimonio semper adsit c. connubia. 32. quæst. ii. qualiter igitur connubii aggrauaret pœnam delicti, & quod in iudæo scienter se Christianæ copulante sint considerandæ qualitates & circumstantiæ, vt secundum eas puniatur modo pœna pecuniaria, modo deportationis, vel gravioribus tradit Pau. Grillan. in tracta. de pœnis omnifa. communiter xi quæst. xii. col. iii. versic. quidam tamen fuerunt, ¶ dicens attēdi debere conditio personarum, & potissimum mulieris, an sit honesta matrona, sive mulier nobilis, aut vilis conditionis, vel inhonestæ vitæ, vt sunt meretriculæ, & vulgares mulieres, itē in iudæo an semel tantum nacta occasione in istud crimen inciderit, & de eius ætate, & si vxoratus, uel solutus, & an pluries tale delictum commiserit, & facti contingentiam, criminis turpitudinem, & delinquendi cōsuetudinem, per no. per Abb. in c. xi. de fortile. & in d. c. in nonnullis, &

per alia per eū allegata, & per glof. fin. in c. fin. de except. in vi. & no. i c. de causis, de offici. & potest. iud. dele. & p glo. fin. in c. ad Apoſto licā. de regulari. & ex his habes expeditā quæſtionē primam de iudæo carnaliter, & ſcienter ſe iungentem cum Chriſtiana vitæ inhoneſtā p actū fornicationis, vt puniatur ſecūdū p̄dictas cōcluſiones.

- Amplectendo modo ſecundum caput primi membri diſtinctio
 12 nis ſupra poſitæ † ſ. quando iudæus ſcienter per fornicationem ſe copulauerit carnaliter cum Chriſtiana probæ vitæ, & honeſtæ conditionis, & tunc concludere quod punietur Iudæus ſecundum qualitatem delicti, non ſubſiſtentibus aliis delictum grauantibus, ut infra dicitur, & ut ſi rem carnalem ſciēter habeat cum alterius vxore bonæ vitæ, tenebitur p̄na adulterii, & ſic p̄na vltimi ſupplicii, cum ſecundum communem opin. In maſculo ſit p̄na mortis l. quamuis, cum ibi no. C. de adul. & per glo. & doc. in c. tuæ extra de procurato. Vbi Imola dicit q̄ legiſtæ communiter ita tenent, vel ſi Iudæus committeret raptum, puniretur p̄na raptus ordinaria, & prout caſtigaretur de ſimilibus delictis quilibet chriſtianus, cū (vt dictum eſt) Iudæi in locis in quibus ſeruatur ius ciuile Romanorum dicuntur eſſe de populo Romano, & eorum cauſæ deciden dæ veniunt ſecundum ius commune. l. Iudæi Romano. C. de Iudæi. cum infinitis ſupra allegatis, & ſi in loco, vbi tale delictum comitteret iudæus, eſſet ſtatutum ſuperinde diſponens, teneretur p̄na illius ſtatuti, vt per Alexan. conſi. xcix. vol. vi. ſupra allegato, & conſi. xlii. vol. vii. & latius Andr. Sicu. conſi. 63. licet in mediū. vol. iiii.
- 13 Aduertendum tamen eſt, † q̄ vbi Iudæus Chriſtianam cognosceret carnaliter cuiuſcunq̄ conditionis eſſet mulier illa, & hoc faceret Iudæus non per laſciuiam, & libidinis cauſa, ſed in contemptum glorioſiſſimi domini noſtri I E S V C H R I S T I, & eius fidei, tunc grauiſſime veniret caſtigandus, cum illuſiones eorum, & opprobria in ſpretum fidei ſint maxime damnata, l. iudæos. C. de iudæ. & in c. & ſi iudæus. c. poſtulati. c. in nonnullis, & c. cum ſit nimis extra de Iudæ. tenderet enim hoc delictum in offenſam Dei, & illius cultus, propterea veniret ad inſtar criminis læſæ maiestatis plectendus, c. ſiquis ſuadentem, verſi. Qui autē. xvii. q. iiii. Eſt enim fatiſ maius peccatum quod in Deum, quàm quod in hominem cōmittitur c. ſicut. eadem q̄. c. mouet te. circa fi. 22. q. i. & ſi ſecūdum legum ſanctiones reis læſæ maiestatis capite puniſtis, bona conſiſcantur, quanto magis caſtigari debent, qui in fide aberrantes Dei filium Ieſum Chriſtum dominum noſtrum offendunt, cum longe

grauius ſit æternam quàm temporalem lædere maiestatem, vt dicitur tex. in c. vergentis. extra de hæreti. Ideo putarem hoc caſu caſtigandum iudæum, vt vltra p̄nam capitalem etiam bona conſiſcantur. Et qualis etiam ſit p̄na Iudæorum committentium delicta in opprobrium fidei tradit Petr. de Anch. conſi. xv. ſpiritualis iudex, & Oldra. conſi. 36. inſcripti ſunt articuli. Hippoly. in l. ex Senatus conſulto. ff. de ſiccari. Et iudex circunſpectus poſſet dignoſcere an iudæus ea mente, & in opprobrium ſe Chriſtiane copulauerit, ex præſumptionibus, & conditione iudæi, ſi erat per antea ſolitus aliquibus modis illudere fidei noſtræ, & ex aliis.

- 14 † Sed in dubio non videtur hoc feciſſe animo iniuriandi fidei noſtræ, prout in iudæo ita delinquente, concludit Barbat. in conſ. 63. col. iiii. circa prin. vol. iiii. per no. per Bar. in l. verum. ff. de fur. maxi me ſi mulier, cum qua iudæus rem habuerit carnalem, eſſet meretrix, ſecundum eum, licet hoc ſit forte periculofum, cum in meretrice confidentius poſſet cadere cum iudæo cōtempſio fidei, & ipſæ etiam meretrices ſunt caractere baptiſmi ſacri inſignitæ, Adde tamen prædictis quæ tradit Roma. cōſi. 183. in caſu propoſito. col. i. verſi. ceterum eadem conſuſio, & officium noſtrum eſt in non ſuſtinendo opprobria Chriſti, aliter reſpublica læditur, & fames, terremotus & peſtilentię inde procedunt, ſecūdū Anch. in d. cōſ. 15.
- 15 Secundo caſu principali, videlicet † quando ſcienter iudæus ſe commiſcuit mulieri Chriſtiane nō per modum fornicationis, ſed in figura matrimonii, tunc eſt dicendum tale matrimonium eſſe nullum, & in continenti ſunt ſeparandi. 28. q. i. caue, & c. ſi quis, nō eſt enim ratum cōiugiū, quod ſine Deo eſt. c. primo ea. q. puniūtur autem ita contrahentes matrimonium ſcienter, p̄na capitis l. nequis Chriſtianam. C. de Iudæ. dicit namq̄; ille tex. quod hoc crimen obtinet vicem adulterii in quo eſt p̄na capitalis, vt dictum eſt proxime, quæ licet in muliere ſit correctæ per auct. ſed hodie. C. de adul. non tamen in caſu dictæ l. nequis, cum in iudæa nō poſſint verificari ea quæ habentur in d. auct. ſed hodie. ſcilicet circa detruſionem mulieris in monaſterium, & quod ducat vitam monaſticā, & alia de quibus ibi, item quia hoc caſu non eſt proprie adulteriū, vt per Saly. in d. l. nequis, ſed pluſquam adulterium, talis enim coitus poſſeſt à quocunq̄; accuſari, vt patet in tex. ibi. Libertate ad accuſandum publicis quoque vocibus relaxata, & ſine inſcriptione p̄næ talionis quod regulariter eſt contra, item & talis adulterina commixtio non poſſeſt à ſede Apoſtolica diſpenſari, niſi præcedē-

te sacramento baptismatis c. non oportet. xxviii. q. i. fit enim iniuria hoc casu duobus sacramentis pri. s. baptismo, & vniuersę religio ni Christianę, secundo, sacramento matrimonii, & quod dicta lex nequis, supra allegata. Intelligatur de iudæo, quando contrahit matrimonium cum Christiana non autem in simplici fornicatione, & tanquam exorbitans non extendatur ad alium coitum puta stuprum, vel alterius qualitatis commixtionem, ut per Corne. consil. 114. licet pri. aspectu. col. ii. vers. nec obstat vol. i. & si Iudæus rem habet cū Christiana an à seculari vel ecclesiastico iudice puniri debeat, tradit Calderi. relatus per Paridē de puteo. in tractat. de fin-dica. §. adulterium nu. 9.

Quid autem si fidelis contrahat cum infideli, an teneat tale matrimonium, in quo dicendum est, quod quicquid fuerit tempore legis naturę, vt dicitur de Ioseph, qui contraxit cum Egyptiaca. Gene. 41. & de Mose cum madianitide. Exo. iii. qui erant sub precepto multiplicationis humani Generis, & quicquid fuerit tempore legis Mosis, quo licuit fidelibus contrahere cum infidelibus, preterquam cum Cananeis, quorum conuersionis spes nulla erat, nūe vero, tempore nouę legis, siue Euangelii, prohibitum est matrimonium fidelis cum infideli, quia in tali desunt omnia bona matrimonii, primo. s. bonum prolis educandę ad cultum diuinum, quilibet enim cōiugium niteretur prolem ad proprium cultum inducere, secundo desinit bonum fidei, quod nō est vt tantum seruetur fides homini, sed etiam Deo, siue ad Deum, & propter Deum, quia timore, & amore Dei seruanda est fides coniugii, quod cessat in infidelibus, tertio, bonum sacramēti, quia non est ibi perfecta significatio Christi ad ecclesiam, ideo fidelis cum infideli contrahere non potest matrimonium. c. si quis, & c. caue. & ibi no. xxviii. quęst. i. & in c. quanto, vbi D. Abb. infra in no. de diuort. & hæret. c. fin. extra de condi. apposi. & in c. fi. qui fili. sint legi. & Specu. de sponsi. in princ. & de confes. §. ii. uersic. licet pone & seq. §. fin. & de libel. cōcept. §. x. uersic. 44. Item baptismus est ianua omnium sacramentorum, ille autem, qui baptismi sacramentum non suscipit, non potest suscipere aliquod aliud sacramentum, prout est matrimonium. & habetur Exo. 34. & Deutero. vii. vbi Dominus prohibuit, dicens, non accipies vxorem filiis tuis de filiabus alienigenarum, ne traducant eos post deos suos & de his vide Tertullianum lib. ii. ad vxorem, nā eo tempore quędam mulieres locupletiores, defunctis eorum maritis, ambitionis, & glorię studio, gentilibus nubebant, quas Christianorum

Christianorum pudebat, vt humilium, & tenuium, nam tunc rerū summa adhuc apud Ethnicos erat, illi regnabant, præsidebant, dominabantur. Christiani alieni ab omni reipublicę administratione viebant, immo latebant sola modestia noti, de quo matrimonio cum infidelibus, Augustinus in lib. de fide, & operibus dicit, quod suis temporibus non putabatur peccatum esse, quoniam tunc in nouo testamento nihil inde præceptum erat, & aut licere creditū, aut velut dubium derelictum esse, dicit tamen quod Cyprianus in Epistola de lapsis, confirmat ad malos mores pertinere iungere cū infidelibus vincula matrimonii, & nihil aliud esse quàm membra Christi gentibus prostituere, idem dicit Augustinus in lib. pri. de adulterinis coniugiis, & de fidelibus puellis, ne cum infidelibus cōiungantur decretum est in concilio elibertano, cap. xvi. & in concilio toletano. cxi. can. xiiii. Sponsalia autem bene possunt contrahi, cum hac conditione si infidelis conuertatur. xxviii. q. i. non oportet, & no. quod si contrahatur matrimonium cum iudæa vel pagana non habet locum pœna de qua. in cle. i. de consanguini. & affini. se cundum glo. ibi. in verb. eos & Cardi.

Quid autem si Christianus contraxit cum hæretica an teneat, vel separari debeant? & ex tex. in d. c. caue. qui posuit simul. de gentili, iudæa, & hæretica, potest argui, quod non teneat tale matrimonium, cum dicat cauendum esse cum talibus copulari matrimonialiter, & propter subuersionis periculū, quod videtur militare multo magis in societate cum hæretico, cum sit magis peruersus, magis enim delinquant fideles apostando, quàm infideles non se conuertendo. 32. q. iiii. In eo fornicatur, & melius est viam Domini nō agnoscere, quàm post agnitam retroire. c. quędam de Aposta. & nemo respiciēs retro est aptus regno Dei extra de voto. c. magna, & facit de pœnitent. distin. iiii. si refugientes. Sed contraria pars est verior secundum vgo. & Ioan. de Turre Crema. in d. c. caue auctoritate S. Tho. in iiii. distincti. 29. nam licet non debeat fieri, nec debeat Catholicum, cum hæretica, aut è contra matrimonium contrahere, si tamen contractum est, remanet verum matrimonium, nec dissolui poterit, nisi obstat aliud impedimentum, nam matrimonium est sacramentum, & ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramēti, requirit paritatem quantum ad sacramentum fidei scilicet baptismum magis quàm quantum ad interiorem fidem, vn de etiam hoc impedimētum non dicitur disparitas fidei, sed disparitas cultus, qui respicit alterius seruitiū, & propter hoc si aliquis

fidelis cum heretica baptizata contrahat matrimonium, verum est matrimonium licet peccet contrahendo, si sciat eam hereticam, sicut peccat si cum excommunicata contraheret, non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur, vt per S. Tho. vbi supra.

Et quod supradixi matrimonium inter infideles esse verum c. 16 quanto de diuor. c. si quis. 28. quaest. i. † non tamen ratum, & indissolubile sicut inter Christianos, id contingit propter baptismum, qui indissolubilitate matrimonii ponderatur, nam vbi non est fides Christiana, matrimonium non habet suum significatum, cum matrimonium consummatum denotet, unionem, & conformitatem, quae est inter Deum & ecclesiam per assumptionem carnis humanae, vnde sicut figuratum est indissolubile, quia carnem quam Deus assumpsit, nunquam dimisit, ita & matrimonium illud figurans debet esse indissolubile sicut figuratum, hoc autem cadere non potest in matrimonio infidelium, negantium assumptionem carnis, ideo in eis cessat ratio indissolubilitatis, & declarat D. Abb. in d. c. quanto col. in fi. versu. contra praedicta.

Deueniendo modo ad secundum casum principalem, & secundum membrum principalem distinctionis de qua supra videlicet 17 † quando ignoranter se copulauerit Iudaeus cum Christiana, vel Christianus cum Iudaea, & tunc excusentur a poenis praedictis, dummodo non esset ignorantia crassa, vel affectata vt per glo. in c. nonnullis. in verbo. errorem. & ibi per Doct. de Iudaeis, & D. Abbas ibi dicit, quod si Christianus intēdebat fornicari cum Christiana, quae in veritate erat Iudaea, tunc est in culpa, & tenetur ad minus de simplici fornicatione, quia hoc casu dabit operam rei illicitae, secus quando matrimonium contraxit ignoranter cum Iudaea, cum daret operam rei licitae, quo casu ignorantia facti excusat, & idem ibi tradit Ioan. de Ana. col. iii. nu. 8.

18 † Quid autem si quis cognosceret Iudaeam ignoranter, vel Iudaeam Christianam per fornicationem, & sic dando operam rei illicitae, & Iudaea Christiana ita cognita reperiatur nupta, an teneretur talis poena adulterii, & si virgo, poena stupri, ex quo dabit operam rei illicitae in quo concludit quod sic in vtroque casu, vt scilicet teneretur de adulterio & stupro respectiue, si tamen esset vilis conditionis talis mulier, & vitae improbae tunc esset poena arbitraria contra ortem, ita concludit Grillandus vbi supra quaest. xii. col. u. penul. versu. si vero ignoranter, allegat glo. in d. c. in nonnullis in verbo errorem, quae parum facere videtur, & D. Abb. in d. c. qui lo-

quitur solum remissiuē, sed conclusionem praedictam puto veram ex eo etiam quod tradit Bar. in l. diuus col. ii. versu. secundo quaeo quod si aliquis. ff. ad l. Cornel. de Sicca. vbi dicit, quod quando aliquis in plus delinquit quam cogitauit circa personam, tunc inspicitur euentus, & non animus delinquentis, dicens hoc esse verum non obstante l. item apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. qui videbatur in contrarium facere, respondet enim quod in illo tex. in nullo habuit ille animum delinquendi, seu committendi aliquid punibile, credebatur enim illas virgines esse meretrices, quas appellare non est punibile, sed in casu praemisso cum ab initio talis proposuerit delinquere in dando operam rei illicitae, propterea debet inspicere euentus, vt si erat nupta, puniatur de adulterio, si virgo de stupro, & si vilis conditionis arbitrio iudicis, & citra mortem, ad idem etiam facit quod tradit Bart. in l. si adulterium cum incestu in prin. col. iii. in fin. versu. & ideo pro declaranda. ff. de adulterio. vbi dicit quod quando coitus fit sine colore matrimonii tunc punitur indistincte, & secundum quod est in veritate, non autem secundum illud quod putabat delinquens, & si esset consanguinea puniretur de incestu, si nupta de adulterio, cum daret operam rei illicitae & esset in dolo. Ad quae uide etiam quae tradit Angel. in tractat. malefici. in verbo. Et appensate. versu. quaeo quid si aliquis & in verbo. che hai adulterata la donna mia. col. antepen. versu. habeas etiam aduertentiam, & in verbo scienter, & dolose in iii. col. & Ioan. And. in c. cum quis de reg. iur. in vi. in mercurialibus, Bal. in l. si quis non dicam rapere in v. col. C. de Episc. & cleri. & in l. venia. C. de in ius vo. & per Cepol. confi. 33. multa possent. col. antepen. Bald. & alios 19 scriben. in c. i. §. similiter. quemadmo. feu. amitta. † Quando autem dicatur quis in iusto errore, & qualis sit iustus error in hac materia vid. Augustin. de Arimi. in additi. ad Ang. in d. versu. habeas etiam aduertentiam.

Et quod supra conclusum est de Iudaeo habere rem carnalem cum 20 Christiana, † idem dicendum est in Turco, Mauro, vel Sarraceno, aut quocumque disparis cultus per tex. in d. c. in nonnullis, qui facit mentionem etiam de Sarracenis, & per Grillan. vbi supra.

Et idem esset concludendum secundum praemissa de Christiano 21 † se carnaliter iungente cum Sarracena muliere, vel cuiuscumque alterius sectae infidelium cum tex. in d. c. in nonnullis videatur aequiparare dictas commixtiones reciprocas, & per Fely. ibi col. ii. versu. & copulanti, & Doctores videntur promiscue loqui de vtraque

commixtione, vt eisdem pœnis subiiciantur.

- 22 Sed nunquid † iudæus potest contrahere matrimonium cum pagana? & videtur quod non. c. ius gentium. i. distinct. propter disparem cultum, nam expresse dicitur ibi, connubia inter alienigenas prohibita, sed contrarium est verum, quia pagani non sunt idolatre, & ferè omnes sunt circumcisi, & discernunt cibos, & itaizāt ideo debet inter eos posse matrimonia contrahi, nam propter disparem cultum non impeditur matrimonium, nisi inter fideles, & infideles, & prohibitio de qua in d. c. ius gentium non est adeo efficax, vt inter infideles diuersæ infidelitatis non possit contrahi matrimonium, & ita tenent Archidia. & alii. in c. iudæi. §. verū. 28. q. i.
- 23 Pro qua re facit † quod iudæus transiens ad sectam sarracenorū non venit puniendus, nam cum ambæ istæ sectæ tollerentur à Christianis, si vtrobiq; sunt in statu damnationis, non est quoad nos curandum, & cum secta sarracenorum sit minus mala quàm iudæorum iuxta verbum Domini dicentis Mathe. xi. tollerabilius erit sodomis in Die iudicii quàm vobis, non est ergo puniendus, qui viā minus malam eligit, & ita tenet Oldra. conf. 51. Iudæus transiit, & idem repetit Alberi. in rub. C. de iudæis. col. i. versicul. quæro circa hanc, & Ioan. And. in addi. Specu. in rub. de iudæ. circa fin. versu. dubitari vidi. Ioan. de Ana. in c. ex speciali. in fi. de iudæ. Rom. in sing. 680. incip. cras Christus ascendit ad cœlos. vbi etiam de Christiano faciente se iudæum, & de Christiano conuertente se ad iudaismum qualiter puniatur in. in c. contra Christianos de hæreti. in vi. & in c. iudæi. C. de iudæis.
- 24 † An autem filius natus ex Christiana, & sarraceno, si postea sarracenus fiat Christianus, efficiatur legitimus, cum non potuerit tempore natiuitatis esse matrimonium inter eos, ui. per Doct. in c. tanta, qui filii. sunt legitimi. & ibi per Abb. col. fin. qui tenet quod non efficiatur legitimus natus ex sarraceno, si postea efficiatur Christianus, quia matrimonium non potest retraheri ad tempus natiuitatis secuti opi. Ioan. Andr.

S V M M A R I V M.

- 1 Præcepta iudicialia veteris testamenti tolli per ius & statuta.
- 2 Primogeniture iura an hodie inter iudæos seruanda sint & nume. 4.
- 3 Primogenitorum iura quæ nam, & qualia.
- 3 Lex Mosaiica in successione an sit inter iudæos seruanda.

6 Legem

- 6 Legem Mosi non esse seruandam inter iudæos secundum opini. quorundam.
- 7 Testamentum iudæorum fieri debere secundum formam iuris communis.
- 8 Consuetudines iudæorum, (quibus cauetur legem Mosi inter eos seruandam) iudicare & obseruari debere.
- 9 Iudæi in eorum matrimonijs permittuntur uti lege Mosaiica.
- 10 Iudæis remittitur impure libellus repudij.
- 11 Diuisio inter iudæos an debeat fieri exēplo Abraham, an sorte uel iudicis officio.
- 12 Diuisio conclusiue qualiter inter iudæos fienda.
- 13 In diuisionibus ille dicitur frater maior qui diutius administrauit, non qui maior est Natu.

C A P V T Q V A R T V M.



- R**egula de qua supra per quam concluditur iudæos ligari iure communi, & causas eorum secundum iura communia diffiniendas, limitatur non habere locum in casibus in quibus lex Mosaiica specialiter aliquid disponit,
- 1 † quæ non sit expresse reprobata per ius canonicum, ciuile, statuta, aut per cōsuetudinem. Nam in iudicialibus, & in his quæ ex dictamine naturæ non procedunt, lex Mosaiica bene erat, & est mutabilis, vt not. per doct. in c. fi. extra de consue. & in c. que in ecclesiarū. de constitu. & per Alex. consi. cvii. pro inuestigatione colū. ii. & iii. vol. ii. maxime quando subesset ratio aliter disponendi, quàm in veteri testamento continetur, seu subsisteret causa publicæ utilitatis, vt per Bar. in l. omnes populi. in xiii. q. princ. col. vii. versicu. Tertio principaliter de iusti. & iure. Distinguendo ut ibi per eum, spiritua lia a temporalibus, cum quo alii communiter transeunt, & Ant. de But. in d. c. fi. de consue. versu. iiii. restat, & in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. & in c. nouerint de senten. excommu. & not. in auct. cassā. C. de sacrosan. eccle. † In illis ergo casibus, in quibus lex Mosi specialiter aliquid disponit, & quæ non sit reprobata vt supra tunc inter iudæos seruanda est, etiam si lex ciuilis in genere illud idem disponeret, vt late per And. Sicu. consil. 15. clementissimi. col. ii. vol. pri. Idem dicendum est, ex quo infertur, quod cum lege Mosaiica primogenitus habeat diuersas prerogatiuas, eidemque debeantur iura primogenituræ. Gene. 25. Deutero. 21. & sit dignitas, secundum glo. in c. quàm periculosum, in verbo primatus vii. q. i. (quod intelligendum est de dignitate priuata non autem publica, cum iudæus sit incapax publicæ dignitatis) lex Mosaiica inter eos seruanda erit,
 - 3 disponens de primogenitura, & cum inter cætera, † Primogenitus

eo iure haberet vestem spiritualem, quam induebat tantum in sacrificiis offerendis, & recepturus finalem benedictionem à patre, item in solennitatibus, & in conuiujs benedicebat minoribus, & in diuisione hæreditatis habebat partem duplicatam, & primogenita, pecorum, & alia de quibus per Archidi. in d. c. quàm periculo sum & per canon. in c. licet extra de voto. per Bald. in l. cum antiquioribus. col. v. versic. & primo præmitto. C. de iure deli. & Marti. Lauden. in tracta. de iure primogeni. in princip. Soci. consil. 47. Facti narratione. col. ii. vol. iii. & Lucam. de Pen. in l. i. col. xi. versicul. ad octauum. C. de priuile. eo. qui in sacro. pala. lib. xii. Guilel. Benedi. in c. Raynutius. in glo. in verbo. in eodem testamento nu. mihi. 157. de testamen. Math. de Afflic. in tit. de natu. successi. feu. in princip. in vsibus feudo. col. viii. † Vnde quo ad ipsum ius primogenituræ inter eosdem iudæos seruanda erit lex eorum Mosaiica, prout etiam per multa concludit solennis doctor temporibus nostris Tiraquel. in suo tracta. de iure primogenitorum. quæst. 66. versicu. Et his etiam omnibus nu. 32. & Ioan. Lecirier in tractatu suo eiusdem rei quæst. xvi. primi libri, vbi (præsupposita pro vera illa conclusione, quòd in iudæorum successione seruanda sit lex Mosis) concludit circa ius ipsum primogenituræ idem quod supra dictum est, quo ad iudæos licet postea cogitandum relinquat, & si posset dici, quòd iure primogenituræ competente lege veteri, iudæus primogeniti, gaudere debeat, sed non iure primogenituræ cõpetente ex lege ciuili, vel municipali, uel consuetudine, licet dubitet de hac conclusione, & quòd forsã melius esset tenere, quòd quocunq; iure primogenituræ, siue veteris, siue noui testamenti, vel legis communis aut particularis, gaudere possit, & hæc est verior iudicio meo per ea, quæ dicta sunt de iudæis supra late in pri. & ii. capite huius secundæ partis princip. ad quæ in. etiam Rocchum de Curte. in tracta. de consuetu. nu. 754. vsque ad numerum. 757.

5 Ex quibus etiam infertur, † quòd cum in successione iudæorum sit traditus à l. Mosis certus modus successione ab intestato, inter eos sit lex illa vetus seruanda quo ad successione intestati, & secundum illam iudicandæ eorum causæ successione prout ita tenet Floria. in l. maximum vitium. C. de libe. præteri. qui dicit ita etiam consuluisse cum Petr. de Anch. & Raphaele Fulgo. & Gaspare Calderino, & Imo. in causa quadam triginta millium ducatorum. & Calder. consil. 10. incip. lex Mosaiica, in titulo de constitutio. & consil. xxx. an si iudæus in titu. de testamen. per Alexand. in

l. i. col. viii. vbi etiam Ias. col. vi. ff. si res. pet. Caniegi. in tractat. de statu. exclu. scemi. q. lx. vbi dicit ita quoque Mantuæ obseruatum fuisse, Corne. consil. 127. & consil. 110. vol. i. & consil. xiii. colum. iiii. & consil. 172. & consil. 180. vol. ii. & quia licet ante aduentum Domini nostri IESV CHRISTI, iura nostra essent omnibus communia, quamuis nondum redacta in corpus iuris, prout modo reperiuntur secundum glo. in l. Titia. §. Seia. ff. de aur. & arg. lega. Tamen in passione eiusdem Domini nostri dictum est à Pilato, accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum, & respondetur ad l. iudæi. C. de iudæ. quòd loquitur quando lex Mosaiica esset expressè prohibita per legem ciuilem, tunc inter eos seruaretur ius ciuile, alias secus.

6 Sed contrariam opi. † quòd immo in causa intestati seruandum sit ius commune inter iudæos tenet Paul. de Cast. consil. 378. incip. instrumētum diuisionis vol. ii. & in causa etiam testati idem tenet Pau. de Cast. consil. 377. Ad primum videtur. col. i. eo. vol. Soc. cõf. 70. in præfenti. col. ii. vol. i. & quòd in successione iudæorum statuta locorum sint seruanda si extant, sin autem ius commune vbi nō est statutum, tenet Imo. in consil. i. ad si. per l. iudæi Romano. C. de iudæis. & quia præcepta iudicialia non ligant post Christi mortē, nisi sint approbata, & per hoc facit communis opi. Docto. in c. iudæi el secundo extra de iudæ. & quæ dixi supra cap. ii. nu. 4. quòd statuta excludentia scēmas propter masculos habent locum etiã inter iudæos, & conclusio quàm firmaui supra cap. i. Item Cornel. in d. l. maximum vitium, dicit quòd quamuis Petr. de Anchar. & Imo. consuluerint quòd etiam hodie sit seruanda lex Mosaiica inter iudæos, tamen Rapha. Fulgo. & Cuma. contrarium consuluerunt volentes quòd illa lex Mosis sit correctã per ius ciuile, & hanc partem sequi videtur Ioan. de Ana. in c. iudæi. el secundo col. pe. & si. vbi disputat ad partes extra de iudæ. inferendo ad istum statutū exclusiuum scēmarum quod liget etiam iudæos.

Et tenendo hanc partem posset responderi ad supra in contrarium allegata, quòd in casu quo prædicti Docto. contrarium consuluerunt vt testatur Florianus, præsupponebatur in facto, quòd inter iudæos esset consuetudo, † quòd in successione eorū lex Mosaiica deberet seruari, ut tradit Corne. consil. 180. in hac cõsultatione in fi. vol. ii. Talis enim consuetudo inter eos est obseruanda, de qua etiam consuetudine in successione iudæorum meminit Pau. de Cast. in d. consil. 378. Sicut etiam dicit de alia consuetudine

iudæorum , per quam validantur testamenta eorum rogata ab habentibus peritiam legis hebraicæ, vt tradit Calderin. consil. xi. sub rub. de consuetu. Et quòd lex Mosaiica sit correcta in successiõibus per d. l. maximum vitium. & per ius ciuile refert Cornel. in d. l. maximum vitium, Fulgosium & Cumanum ita tenere, & iuri communi suppositos per d. l. iudæi Romano. & sic non videtur esse opus vt expressè sit lex Mosis prohibita, & ad verba illa Pilati, pluribus modis respondet Alber. Bru. quæ aliter non refero. in tracta. de matri. excluden. femi. in vi. articulo prin. quæst. iiii. colu. iiii. versu. ad illud autem. Prima tamen opi. videtur verior vti suffulta plurium solennium Docto. autoritate, & est magis communis, & secundum eam iudicandum, & consulendum esset, est enim lex Mosis inter iudæos seruanda. etiam si lex ciuilis in genere illud idè statueret, vt per Barbati. in d. consil. xv. vol. i. Pro qua re etiam facit, quòd quãuis de iure ciuili, & canonico error in corpore vitiet institutionem, & testator instituendo Petrum cum voluerit instituere Martinum, neuter eorum sit institutus, l. quoties in princip. ff. de hære. instit. & ideo secundum glo. ibi. nec Esau, nec Iacob debuerat esse hæres, attento iure ciuili, tamen ex lege Mosaiica institutio de Iacob valuit quia pater Isaac erat dubitans, & non errans, cū dixerit vox quidem vox Iacob est, sed manus. manus sunt Esau, & in illa titubatiõe & dubio elegit ipsum Iacob instituere, de quo etiam vi. Ioan. de Ana. in d. c. iudæi in fin. & ex præmissis inferitur quòd lex Mosis specialiter loquens sit seruanda inter iudæos nisi sit expressè prohibita, vt supra in principio huius capituli conclusum est, & quòd lex Mosaiica sit seruanda in successiõibus iudæorū tam ab intestato quã ex testamento. tenet Ruynus consil. iiii. quoniam. vol. ii. vbi de testamento iudæi latina lingua scripto.

Pro prædictis etiam quòd lex Mosis inter iudæos sit seruanda, quæ non sit derogata, assertur, quod no. in c. non satis. 34. quæst. xi. & in c. de infidelibus de consangu. & affini. & in c. si. qui fili. sint legi. & in c. fin. extra de diuorti. Vbi in matrimoniis † iudæi seruant eorum legem, & ecclesia tolerat, quòd in illis contrahendis vtatur lege Mosaiica, & in c. gaudemus de diuorti. & per Ancha. consil. 336. Reuocatur in dubium. Inde est etiam, quòd Patruus inter eos potest ducere in vxorem, neptem suam, vt tradit Floria. in l. iiii. ff. de his qui sunt sui, vel ali. iur. & Fely. in c. adhæc in ii. not. de iudæ. per Hosti. in sum. eo. tit. §. in quibus tollerentur, versu. item permittitur. Andr. Sicu. consil. xiii. incip. illud in medium assertur vol. iiii.

vbi

vbi consuluit quòd neptis possit matrimonio iungi patruo suo, & idem de sorore vxoris, referens Ioan. Andr. in c. literas de restitu. spolia. qui dicit seruari inter iudæos, quòd filii duorum fratrum possunt inter se contrahere matrimonium, & ibi consuluit valere dictum matrimonium, nec posse à lege ciuili aliqua pœna contrahentibus infligi. Qui etiam iudæi an licite contrahant matrimonium cum comatribus suis, vide per Archidi. 30. quæst. i. peruenit, & tradit Alberi. in rub. C. de iudæ. in principi. Quicquid contra præmissa dixisse videatur Petrus de bella Pertica, & Cy. in l. in celebrandis. C. de nup. & Salyc. in l. nemo la pri. C. de iudæ. circa iudæorum matrimonia, vt ibi per eos, quorum dicta sustineri possunt, attento scilicet iure ciuili, secus attentata canonū dispositione, cui in hoc standum est, d. c. de infidelibus, & c. gaudemus. Standum est enim pontificibus in his in quibus habent potestatem limitandi, & alterandi ius diuinum, vt not. in c. venerabilem. qui fili. sint legitimi. & in c. quæ in ecclesiarum de constituti. cum concordan.

† Facit etiam quod dixit Bal. in consil. 428. lib. v. † de iudæo mittente libellum repudii non puniendo, ex eo quòd aliam vxorem prima viuente super induxit, & quod tradit idem Bald. consil. 316. quia sæpe. lib. i. Soci. in l. i. col. v. si cert. petat. Gozadi. consil. xxiii. Campegi. in tractat. de Dote quæst. vltima. Andr. Sicu. consil. 65. lib. ii. Cornel. consil. 65. lib. ii.

† An autem diuisio bonorum inter iudæos fieri debeat secundū exempla veteris testamenti, quòd scilicet maior diuidat, & minor eligat exemplo Abrahamæ natu maiore, qui fecit diuisiones & Loth nepos ex fratre etate minor elegit, vt habetur Gen. xiii. vel potius sorte vel iudicis officio, & dicendum est, quòd in hoc seruandum est ius commune inter eos, vt dirrimantur diuisiones sorte, vel iudicis officio, cum nulli ex fratribus de iure aliquid in hoc prærogatiuæ sit tribuendum, secundum communem opinionem Docto. prout hanc esse communem dicit Ias. in l. si duobus. colum. i. versu. dicit Ang. hic. C. communia de lega. & latius in l. i. colum. vii. versu. adde prædictis. ff. si cert. petat. licet dicat ibi passum non esse sine magna dubitatione, quam etiam tenent Bart. Bald. Ang. Ioan. de Pla. in l. i. C. de his qui se deser. lib. x. quãuis Lucas de Pen. ibi colu. ii. versu. sed an tale priuilegium, videatur aliter sentire, dicēs satis æquam videri alteram opinionem, quando frater maior est vir sapiens, & notitiam rerum habens, & minor è contra, & subdit hoc ita esse iustum, iudicialiter obseruari, postquam autoritate Do-



- storum Illustrium, & exemplis veteris testamenti comprobatur, sed puto non esse recedendum à communi opi. de qua ui. plura de ducta more solito per Tiraquellum in tractat. de iure primogeni. quæst. 60. versic. tamen communis nume. 10. ubi etiam affirmat hãc de qua supra dixi communem. In præposita igitur quæstione
- 12 † de diuisionibus inter iudæos, quòd ius commune seruetur potest dici, quòd lex Mosàica, vel potius exemplum Abraham sit correctum, per supra allegata, & maxime quia etiam ipsa lege veteri reperitur diuisiones fuisse sorte expediendas vt habetur nu. 33. cir. fi.
- 13 Nota tamen ad præmissa † quòd in diuisionibus ille dicitur frater maior qui diutius administravit, non qui maior sit natu vt per Hostien. Ioan. Andr. Ant. & Abb. in c. i. extra de Parrochi. per illu text. & Fely. in rub. extra de maio. & obedi. in fi. verbis.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex simpliciter loquens in materia non æque proportionabili ad iudæos sicut ad christianos, non comprehendit iudæos.
- 2 Dispositio c. quanquam de usuris, non ligat iudæos.
- 3 Excommunicatio non se extendit ad infideles, & carentes sacramento baptismi.
- 4 Iudæi propter indirectum qualiter excommunicentur.
- 5 Iuramentum in supplementum probationis non defertur iudæo, & equitas non est eis seruanda.
- 6 More purgationis beneficium a iure traditum non competit iudæis.
- 7 Iudæus maior quando læditur restituitur in integrum.
- 8 Equitas quid sit, & quando præferatur rigori, & quotuplex sit remissive.
- 9 Testificari non potest Iudæus contra Christianum.
- 10 Iurare qualiter debeat Iudæus, & Sarracenus.
- 11 Iudæus quare non possit esse testis contra Christianum, & an possit esse interpret literarum hebraicarum uel aliter uti officio interpretis.
- 12 Iudæus nouiter ad fidem conuersus, an possit esse testis contra Christianum, & quid de conuerso ad fidem qui longo tēpore neglexit filios, uel uxore cōuertere.
- 13 Conuersus ad fidem incipit esse nouus homo, nec debet contemni, sed commendari.
- 14 Iudæus contra alium Iudæum potest esse testis.
- 15 Iudæus contra Christianu potest esse testis consentiente Christiano, et alijs casibus.
- 16 Iudæus in testem recipitur in contractibus, & ultimis uoluntatibus.
- 17 Dispositio l. si quando. C. unde ui. propter iuramentum à quo, ibi non habet locum in Iudæo, & de libris Iudæorum contra Christianos an probent.
- 18 Christianus potest habere seruum Christianum, nec baptismus facit eum liberum,

item seruum Iudæum.

- 19 Iudæus non potest habere seruum Christianum.
- 20 Seruus effectus Christianus est leniter tractandus, & non sicut prius.
- 21 Iudæus potest habere in ascriptitium Christianum, & in seruitio reali.
- 22 Priuilegium tacite hypothecæ non extenditur ad iudæos, & hæreticos.
- 23 Collegium Iudæorum non potest quicquam capere ex testamento Christiani.
- 24 Iudæus particularis potest capere ex testamento Christiani.
- 25 Et quæ inhiocantur iudæis remissive.

C A P V T Q V I N T V M.

- I**mitatur ulterius regula generalis, de qua supra, quādo † materia non est æque proportionabilis ad iudæos sicut ad Christianos, nam tunc lex uel cōstitutio loquens simpliciter, non comprehendit iudæos, nec ad eos extenditur vt per Glo. in cle. i. in verbo censuram, de vsur. Gemini. in c. i. §. fin. in fin. de vsur. in vi. Fely. in c. quia. colum. ii. versicul. sed aduerte quia contra. de iudæ. Ias. in l. si insulam. colum. ii. versicul. teneas primam opi. ff. de verbo. oblig. hinc est quòd iudæus non potest hodie esse tutor Christiani, propter formam iuramenti, quæ requiritur in tutore, quod non reperiebatur tēpore fforum. Quo tempore tutor esse poterat vt per Bart. in rubr. ff. de Iusti. & iure. Ioan. de Anan. in rubr. extra de iudæ. col. iii. & in c. fin. col. iii. cod. tit. & dicetur infra.
- 2 Et ideo etiam † dispositio c. quanquam de vsur. non ligat iudæos, cum contenta in d. c. non possint cadere in eis, vult enim ille text. inter cætera, quòd donec de vsuris fuerit satisfactum, vel tantum secundum formam illius c. debeat, tali vsurario manifesto denegari ecclesiastica sepultura, sed iudæi non habent nec possunt dici habere ecclesiasticam sepulturam, cum non sint de grege spiritali, & eorum cimiteria sunt separata, & distincte & non sacra, vt habetur in c. sicut de iudæ. & alia etiam sunt necessaria in d. c. quanquam, quæ iudæis minime possunt accommodari, ideo cessat in eis illius dispositio, vt per Soci. conf. 70. in præsentī consultatione, & conf. 71. colum. ii. vol. pri. & Areti. conf. 158. copiose, & subtiliter colum. pen. & fin. qui quidem vterq; ipsorum consuluerunt in eademmet causa concludentes dispositionem dicti. c. quanquam non extendi ad Iudæos cum non possit habere locum proportionabiliter in Iudæis sicut in Christianis.

Idem dicendum de sententia excommunicationis, quæ separat
 3 à communione fidelium, & sacramentorum, † cuius sententiæ Iudæus non est capax prout sunt oēs carentes sacramento baptismatis, ideo perdere non potest, quod non habet. ff. de iusti. & inre. l. nam ad id, & l. non videtur exclusus. ff. de reg. iur. & prima. quæst. vii. c. Daibertum, & c. quod autem. de iure patrona. Verum est tamen quod per indirectum † iudæi possunt excommunicari scilicet
 4 interdicens communioni fidelium cum eis. c. quanto. c. post miserabilem. de vsur. c. multi. r. r. quæst. i. c. decernimus. de deci. & per glo. in c. iudei el. ii. in verbo permittuntur in fin. de iudæ. vbi etiam per Hosti. col. ii. versi. in supradictis autem casibus.

Item licet plures sint casus in iure, in quibus æquitas seruanda est, iudæis tamen hoc beneficium derogatur, quibus non seruatur æquitas, sed iuris rigor, vt per glo. pen. in verbo. iuris seueritate. in
 5 c. r. r. de iudæ. † Et ideo cum iuramentum in supplementum probationis deferatur ex æquitate l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obliga. per Bal. in rub. de contro. inuesti. in vsib. feud. non esset tale iuramentum deferendum in causis Iudæorum, nec talis æquitas impendenda, vt per Ias. in repeti. l. admonendi. colum. mihi. r. o. v. versic. trigesimo sexto. istud iuramentum, Vbi ponens plures casus speciales in quibus non deferatur iuramentum suppletiuum, inter
 6 alios ponit quod in causis Iudæorum tale iuramentum non deferatur, cum delatio huius iuramenti sit de æquitate, quæ eis nõ debet seruari, idem tenet Hippoly. de Marsil. plura citans in suo sing. 41. iudæus, Inferturq; ibi vnum quod videtur nouum, quod scilicet in omnibus casibus † in quibus permittitur à iure, mora purgari, qui
 ponuntur per Docto. in l. si infulam. ff. de verbor. obliga. & in l. & si post tres. ff. de cautio. quod in eis non poterit iudæus moram purgare, cum moræ purgatio sit de æquitate d. l. si seruum. §. sequitur, quod dicit notandum pro noua, & pulchra limitatione in materia purgationis moræ, hoc idem concludit idem Iason. in d. l. & si post tres. col. i. in fin. Dicens esse nouum dictum suum, Felyn. vero in d. c. ii. col. fi. dicit hanc quæstionem non esse tactam per Doct. adducens plura pro parte contraria, & nihil decidit, sed dicit ipse tenendam esse priorem suam opinionem.

7 Cõtra quam plura possent adduci † sed potissimum quod iudæus maior restituitur in integrum quando læditur vt per Corne. conf. 260. ad fin. lib. iii. quæ tamen restitutio fuit introducta de æquitate l. i. ff. de mino. l. deniq; §. nec vtilem, ex quibus cau. maio. & non videtur

videtur faciendam esse differentiam inter iudæos & Christianos, nisi expressè à iure caueatur d. l. iudæi Romano. C. de iudæ. in verb. communi iure & c. & quia cum iudæi possint vti exceptione prescriptionis contra Christianum per glo. in c. porro. xvi. q. iii. & dictum est supra capite. ii. nu. 3. quod dicitur iniquissimum suffragiũ. §. habeat. in auct. vt ecclesia Romana. cur etiam non debent posse vt si æquo & iusto beneficio, vt arguit Fely. i. d. c. ii. & ad id quod dicit D. Ias. videlicet quod leges generaliter loquentes non extenduntur ad iudæos, quando materia non est æque proportionabilis, vt per glo. in d. cle. i. de vsur. vt supra in princ. dictum est, Respõdetur, quod id procedit quando materia subiecta non est æque proportionabilis iudæis simpliciter, & absolute, vt in materia spiritali, vt in iuramento & in requisitis in d. c. quanquam. quæ nullo modo possunt iudæis conuenire, secus in hoc casu vbi purgatio moræ potest tam iudæis quàm Christianis conuenire, vnde putarem posse sic distingui, quod aut loquimur de æquitate scripta, & illa sit etiã iudæis seruanda cum vtantur iure communi, & eorum causæ vt sæpius dictum est, sint decidendæ secundum ius commune, & ita tenet Ripa. in l. si infulam nu. 9. vsque ad. xiii. ff. de verbor. obligat. vbi concludit, iudæos posse frui legis beneficio, etiam ex æquitate descendente, dummodo contrarium non sit expressum in iure. aut si
 8 mus in æquitate non scripta, & tunc procedat contraria opinio, q̃ illis non sit illa seruanda, considerando, & intelligendo æquitatis diuersitatem, secundum quod magistraliter, tradit Salyc. in l. placuit in princ. C. de iudiciis.

† Sed & quid sit æquitas, & quando præferatur rigori, & quottuplex sit vi. per Docto. in l. i. C. de legi. & in d. l. placuit, & per Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. 96. Bal. in l. i. in i. col. ff. de iusti. & iure & in l. iii. C. de dotis promiss. & in l. si defunctus. C. de suis & legitimi. & in c. i. §. vt autem æquitas, de pa. iur. fir. cano. in c. fi. de transacti. & in c. ii. de re iudi. Archi. in c. i. de cõfes. in vi. & ad saturitatẽ. Tiraquellum, in tracta. de retractu. Lignager. §. 35. in prin. cum pluribus columnis sequentibus.

9 Diuersa est etiam consideratio Christianorum cum iudæis circa ferenda testimonia, nam licet Christianus admittatur in testẽ contra Iudæum, vt no. in c. iudæi. de testi. & in ciem. i. eo. tit. & in l. quoniam. C. de hæreti. † Ipsi tamen non possunt testificari contra Christianos, vt in dictis iuribus, & maxime per Imol. & Cardin. in d. cle. i. in iii. quæst. & not. in c. cum sit de iudæ. & in c. Paganis. & c. si

hæreticus.ii.q.vii.Bar.in l.cūctos populos col.iiii.verfi.nono oppo
 no.C.de sum.trini.Specu.in tit.de teste.c.iudæi.§.fin.verfi.itē quod
 est iudæus,col.milii.18. Ioan.de Ana.in c.i.colum.i. in iiii. not. de
 hæreti.Alex.conf.35.in fi.& conf.70.colum.pen.vol. pri. & confil.
 179.col. fin.in fi.vol.ii.Ias.in rub. ff.de iusti.& iure colum.ii. qui dī-
 cit hoc ideo esse,quia in teste requiritur iuramentum,quod per iu-
 dæum præstari non potest, quod minime verum videtur, cum in
 pluribus admittatur iudæus ad testificandum vt infra dicetur, &
 10 † tunc iurat secundum legem suam, vel per legem Mosis vel per
 Deum,vel per patrem omnipotentem Sabaoth,vel per Deum,qui
 apparuit Moysi in Rubo, vel per verum Adonai patrem, vel per
 Deum Eloy,& respondeat iuro,vel sic, si tu periurus es, vel culpa-
 bilis, sis dispersus inter gentes,& moriaris in terra inimicorū tuo-
 rum,& sic terra te absorbeat sicut Dathan,& Abyron,& ipse respō-
 deat.amen.vii. q.i. denique,vel sic lepra te apprehendat sicut Naa-
 man Syrum.i.quæst.i.c. qui studet,& per Imo.in d.cle.i.post.princ.
 versic.quæro quid si iudæus,& secundum formam,quam ponit Spe-
 cu.in tit. de iuramento calumniæ.§. restat.versic. pen. & latius per
 Ioan.de Ana.in c.nulli iudæo.colum.iiii.extra de iudæ.& not.in c.
 & si Christus.de iureiur.& per Bar.in l.iurandum.§. iurari. ff. de
 iureiur.Soci.conf.68.frustra,versif. Primus quidem effectus cū seq.
 vol.i.& Deutero.28.& not. in c. mouet.22.qō.i.& ii.q.v.§. hæc au-
 tem.Nec eis deferendum esset iuramētum ad Sancta Dei Euange-
 lia nec per I E S V M C H R I S T V M, in quem non credunt, vt per
 Bar.in d.§.iurari.vbi etiam ponit qualiter farracenus debeat iura-
 re,cum eis non liceat tangere sacra,vt per Imo.vbi supra.

11 Sed & alia ratio † quare iudæus non possit esse testis cōtra Chri-
 stianum potest adduci, quia cum sint in superstitione reprobata,
 dicuntur esse semper in delicto,vt no.in l.non erit.§.diuus vbi glo.
 & Docto. ff. de iureiur. & in l.multum interest. ff. de verb. obliga. &
 in l.cum seruus aliās.l.apud Iulianum.§.constat. ff. de leg.i. Licet
 non sit delictum punibile in eis,vt per Docto.in locis supra allega-
 tis, ex qua eorum infidelitate contra Deum,non possunt argui ho-
 minibus fideles,nec eis credendum est, qui veritatis à se fidem re-
 pellunt.c.non potest.ii.q.viii.Item quia testes debent esse liberi,&
 non seruilis conditionis,l. quoniam cum auct. seq. C. de testi. sed iu-
 dæi dicuntur esse serui Christianorum propter eorum delictum,vt
 per Docto.in c. & si Iudæos de iudæ. per Roma. & Alexand. in d.l.
 multum interest. Qualis autem sit eorum seruitus dicetur infra,

item quia sunt infames vt in auct. Gazaros. C. de hæreti. Dixit ta-
 men Bal.in addi. Specul.in tit. de accusa.in versif. infamis, quod præ-
 dicta conclusio habet locum, quando ex aduerso sunt alii testes iu-
 rati,& examinati, qui sunt honesti,& Idonei, nam tunc non potest
 iudæus admitti in contrarium, aliās autem quod potest admitti
 ad testificandum contra Christianum,item & Imo.in suo cons.vlt.
 dicit quod iudæus potest testificari contra Christianum, quando
 aliter res probari non potest.

Et sicut non potest iudæus esse testis contra Christianum ita
 etiam non posset esse interpret iuxta no.per Doct.in l.i.§.fin. ff. de
 ver. obli. & per cano.in c. proposuisti. de probati. & an vni hebræo,
 vel dicto vnus folius iudæi standum sit circa interpretationem li-
 terarum manu eorum scriptarum. Ang.in auct. vt præpona. no. in
 pera. colū. ix. videtur tenere quod stabitur dicto vnus hebræi,sciē-
 tis literas illas legere, licet D. Alex. contrarium teneat in cōfi. 179.
 visa scriptura col. fin. vol. ii. nisi esset adhibitus de volūtate vtriusq;
 partis. aut quādo vnus tantum haberi poterat, iuxta communiter
 notata per Docto. in d. §. fin. Et nota quod iudæus iurans secundū
 legem suam, si deierat, de falso puniri potest, vt tradit Andre. de
 Iser. in constitut. Regni quæ incipit si quis posterum in rubric. de
 defen. imposi. nume. 31.

Et quod dictum est iudæos non posse dicere testimonium con-
 12 tra Christianos † extenditur vt habeat locum etiam in conuerso
 nouiter ad fidem, vt per Fely. in d. c. Iudæi. de testi. qui dicit hoc fa-
 tis probari per tex. in d. c. non potest, & per id quod dicitur in fimi
 li 48. distinct. episcopi. Idem dicendum est in conuerso, qui longo
 tempore neglexit filios vel vxorem ad fidem Christi conuertere,
 per tex. in c. qui crimen, iuncta glo. fi. v. qō. i. & hoc tenet Fely. in c.
 cum sit colum. pri. de iudæ.

Sed quod supra proxime dictum est de iudæo nouiter ad fidem
 conuerso, vt contra Christianum testificari non possit, videtur du-
 bium, cum ad fidem versus, incipiat esse nouus homo. vt per tex. in
 c. ii. 26. distin. & per glo. in c. Ferrum in verbo quod non fuit. 50. di-
 distinct. & post baptismum incipit esse quod non fuit, & per ea quæ
 13 tradit Abb. in c. eam te. In vltimo no. de rescrip. vbi dicit † q̄ non
 est contemnendus qui fuit iudæus, sed commendandus, quia ad fi-
 dem conuersus, & etiam per ea quæ tradit idem Abb. in c. At si cle-
 rici. §. de adulteriis in fin. de iudi. & q̄ talis possit testificari contra
 Christianum tenet D. Antonius Franciscus de doctoribus Patavi.

mus, qui fuit famosus canonista in d.c. iudæi de testi. in additio. ad Abba. versi. adde quod id quod iudæus, pro qua opi. allegat etiam tex. in c. fidelior. & c. quia sanctitas tua l. distinct. & Glo. in c. obeuntibus in glo. magna in fi. 63. distin. Pro quo etiam addi potest, quod tradit Felyn. in d.c. cum sit post princ. de iudæ. & quæ tradit Parisi. consil. ii. ad fi. vol. iiii. & ista videtur mihi verior opinio, per iura prædicta, & ad tex. in d.c. non potest, responde q̄ ibi nō requiritur simpliciter q̄ sit de nouo ad fidem conuersus, sed etiam q̄ fuerit in fide præuaricatus, quia tunc bene posset procedere opi. Felyni, dicitur enim tales iudaizare c. pleriq; de consecrat. distin. iiii. & hæretici reputantur c. contra Christianos. de hæreti. in vi. & ibi per Dominum. in notabilibus, limita hoc non procedere quando deponeret super facto q̄ contingit antequam efficeretur Christianus, vt per Roma. singu. 697. veniamus, Hippoly. sing. 107. & 273.

14. † Potest tamen iudæus in testem recipi contra alium iudæum vt per Specu. in d. versi. item quod iudæus, & inter se possunt admitti per l. quoniam, in illis verbis. Dignos litigatoribus etiam testes introduci. C. de hæreti. & no. in l. in arenam. C. de inoffi. testa.

15. † Item non reiicitur iudæus, si christianus contra quē recipitur, consentiat, vt per glo. in d. l. quoniam in verbo Orthodoxos, & per Fely. in d.c. cum sit col. ii. reprobata opi. Ioan. de Ana. ibi pro quo facit quod licet testes non possint recipi, vel directo cōtrariis post publicationem testium. cle. ii. de testi. c. fraternitatis extra eodem tit. auct. qui semel. C. de probati. l. per hanc. C. de tempori. appella. Fallit tamen si pars assentiat vt per doct. vbi supra, & possent adduci plurima ad hæc, quæ omitto, vt de libello generali, & obscuro q̄ procedat parte non opponente, vt no. in l. i. ff. de eden. & in l. fin. C. de anna. præscrip. & de aliis.

Admittitur etiam iudæus in testem, quando ageretur de conuincendo Christianum, qui fuit Iudæus, & diceretur lapsus ad iudaismum, quia poterit per testes iudæos conuinci d.c. contra christianos. de hære. in vi.

16. Et ultra casus de quibus supra, admittitur † etiam iudæus in testem in contractibus, & in vltimis voluntatibus, & in quasi contractibus, & maleficiis vt per Bar. in l. quoniam. C. de hæreti. & Alexā. in prima constitutione. ff. veteris in additionibus ad Bar. in verbo in iuramento. Item admittitur iudæus in testem in crimine læsæ maiest. contra Christianum, sicut in crimine hæresis. d.c. contra christianos, vt tenet D. Hieronymus Gigas in tract. de crimi. læsæ maiest.

malest. lib. 2. q. x. vbi etiam dicit q̄ in multis partibus Iudæi contra Christianum in testes admittuntur, & ita se consuluisse in quadam causa criminali, q̄ quidam Magister Lazarus hebræus medicus, qui fuerat præfens contractui matrimonii posset examinari, & consilio eius dicit subscripsisse plures doct. vbi videndum.

An autem iuramentum de quo habetur in l. si quando. C. vnde 17 ui. in odium inferentis violentiam, sit præstandum iudæo † vt possit vt beneficio illius l. contra Christianum, & dicendum est quod non, cum esset testis in causa propria. vt per Imol. consil. ii. Et licet viue voci Iudæorum non credatur, vt dictum est contra Christianos, nota tamē quod libri iudæorum feneratorum, probat contra Christicolos, adeo quod etiam non potest probari cōtrarium, quando per principem concessum est eis, vt stetur eorum libris, & plenariam faciāt probationem, vt per Ludou. de Roma. in l. si duo. ff. de acqui. hæredi. & per Alex. consil. 53. lib. ii. quæ no. ad limitationem eorum quæ not. in l. i. §. i. ff. si ex noxa. causa aga. & ui. Pau. de Cast. consil. 379. considerandum est, vol. ii.

Et continuando ad casus in quibus regula de qua supra non habet locum, alius se offert † in quo iudæus non vtitur iure communi, nam licet Christianus possit habere seruum Christianum, vt no. in l. i. C. ne Christianum mancipi. ubi Ange. & alii, & per Ioan. de Ana. in c. i. in pri. no. & in c. fin. colum. iii. versicul. quærit Hostien. extra de iudæ. Roma. consil. 288. In casu proposita. Deci. in c. consuluit el tertio de appella. in princ. qui dicit notandum cōtra opinionem vulgariam, qui credūt seruum effici liberum, statim quod baptizatus est, idem licet Christianus possit habere seruum iudæū, vt per glo. liiii. distinct. mancipia, in verbo producite circa fi. Ita tamen, vt cum illo non commoretur, sed faciat per illum custodiri 19 porcos in villa, & seorsū ab aliis habitare ut ibi no. † Iudæus tamē non potest habere seruum Christianum d. l. i. C. ne Christiani Man. ci. l. deo nobis. C. de episc. & cleri. c. i. & ii. c. consuluit. c. fi. de iudæ. & per glo. moram. Quam approbāt Doct. ibi. in c. generalis. §. hoc tunc, in verbo iudæus. liiii. distinct. quæ distinguit de nato ex ancilla, & de empticio, & de empto antequam esset Christianus, vel post, & si causa matrimonii, vel causa seruitii, no. etiam quod si esset aliquis seruus natus ex ancilla in domo iudæi, si vult fieri Christianus statim eripitur in libertatem, nullo dato pretio l. deo nobis. §. his ita. C. de episc. & cleri. & no. in c. i. extra de iudæ.

20. Aduerte tamen † quod non est ita deseriendum seruo postquā

- factus est Christianus, sicut prius, immo inter alios seruos nō Christianos tractandus est leniter, & benigne, vt tradit Ioan. de Ana. in d. c. fi. col. iii. versic. subdit autem hic in fi. qui refert idem tenere ibi Hostien. secundum eum. Et quamuis iudæus habere non possit
- 21 Christianum in seruum † potest tamen habere in adscriptitium, & sic in seruitio reali. sine Rurali. c. multorum de iudæ. est enim licitum aliquid in consequentia, quod principaliter non liceret, sicut in iure patronatus. c. ex literis de iure patro. facit l. quædam. ff. de acqui. re. domi. & quod no. in l. si is qui duos. ff. de libe. lega.
- 22 † Priuilegiū ē tacitæ hypothecæ, & pralationis, quod à iure conceditur in diuersis, & plurimis casibus, non extenditur ad Iudæos, vel hæreticos, auct. item priuilegium. C. de hæreti. & Ripa. in l. si vētri. §. diuus nume. 5. ff. de priuile. credi. Mulier tamen hebræa gaudet priuilegio tacitæ hypothecæ causa dotis suæ, vt dictū est supra, cap. i. nu. 9. huius secundæ par. prin.
- 23 Compescuntur etiam iudæi † ne quicquam capiant ex testamēto Christianorum, & Christianus eis legās excommunicatur, post mortem. xxiii. quæst. ii. Sanè profertur & ibi glo. in verbo permittantur, & Hostien. in c. iudæi el secundo colum. ii. versic. nono exte stanēto, extra de iudæ. Quod quidem est indubitatum in collegio Iudeorum vt eidem nihil possit relinqui per Christianū, vt est text. in l. i. C. de iudæ. & per glo. & omnes in d. c. iudæi. & in l. cum Senatum. ff. de reb. dub. An autem vni iudæorum possit per Christianum relinqui Docto. sunt vtrii, nam glo. in d. c. iudæi, tenet, quod etiam singulari iudæo non possit per Christianum in testamento relinqui, quā sequitur Ang. in d. l. i. dicens idem sentire glo. in d. c. sanè, idem tenet etiam Cy. in l. i. in ii. opposi. C. de sacro. eccle. & Fely. in d. c. iudæi. col. ii. in prin. dicit hāc opi. facilius sustineri, per tex. in c. nonne. viii. quæst. i. iunctis no. per Oldra. consi. li. & quod ipse dixit in rubr. extra de iudæ. vbi quod secta iudæorum dicitur cæteris abhominabilior.
- 24 † Sed contrariam partem tenet glo. in d. l. i. C. de iudæ. & in l. i. C. de sacro. eccle. & ibi Petr. Iaco. Butri. Ioan. Fab. Bar. Bal. Saly. vbi colum. ii. in quinta opposi. dicit quod secta hæreticorum bene est damnata, sed non iudæorum, quia colunt legem Mosaicam & idem Salyce. in d. l. i. C. de iudæ. dicit quod singulis de collegio iudæorum posset legari, quia collegium eorum nō fuit perpetuo reprobatū, ratione sectæ, sed ratione generalī, quia non approbatum, vel non perpetuo reprobatum, quia leges habuerunt à Deo, vt per Salyce.

- vbi supra, & Ioan. de Anan. in d. c. Iudæi. colum. iii. qui refert distinctionem, quā circa hunc articulum facit Cy. in d. l. i. C. de sacro. eccle. Idem etiam voluit Bar. in d. l. Senatus. & Cuma. Soci. & Paul. de Cast. transeunt ibi cum hac opi. adeo quod ista est magis communis opi. dicit tamen Bar. in l. cum mulier. in fi. ff. solu. mat. quod iudæi & hæretici sunt nobis inimici ratione sectæ.
- 25 † Et si uis scire cetera quæ inhiuantur iudæis ui. xxiii. quæst. iiii. v. & vi. per to. & quæst. viii. dispositio. xxviii. quæst. i. & ii. per to. xli. distinct. c. ii. & iii. 46. distincti. c. Israel. xi. quæst. iii. ad mensam. dein de per to. & per glo. in c. iudæi. el secundo in verbo permittantur, & ibi per Doct. maxime per Hosti. col. ii. de iudæ. & in c. nulla. liiii. distincti. quæ longum esset referre.

S V M M A R I V M .

- 1 Officia publica, & dignitates sunt iudæis interdicta, & quodlibet commercium, quod posset Christianis nocere.
- 2 Sacerdotium & Regnum iudæis ablatum.
- 3 Sacerdotium antiquitus erat apud hebræos penes tribum leuiticam.
- 4 Iudæus à iudæo ordinari non posse, nec id posset hodie Moses & Aaron.
- 5 Regnum spirituale, & sacerdotium translatum in Christum.
- 6 Mos prophetarum in prædicendo exitia, & desolationes.
- 7 Respublica iudæorum nunquam restaurabilis.
- 8 Sacra, & sacrificia legis ueteris mortua cum Christo in cruce, & omnia ornamenta sacerdotalia.
- 9 Legis Mosaicæ obseruantia iudæis non solum inutilis, sed mortifera.
- 10 Regnum etiam temporale amiserunt iudæi, & illud quoque in Christū translātū.
- 11 Imperator esse non potest iudæus uel paganus.
- 12 Iurisdictio, & imperium temporale à Deo.
- 13 Iudex non potest esse iudæus.
- 14 Iudices appellantur Dij, in quantum Deus communicet eis officium regendi.
- 15 Iudices esse non posse iudæos etiā in causis pertinentibus ad eorū superstitionem. Et inter eos, & late de hoc, & de intellectu l. Iudæi communi. C. de Iudæis, & nume. 16.
- 17 Iudæus committens hæresim in sua legē, & faciens in moralibus contra legem ueteris testamenti puniatur per ecclesiam.
- 18 Intellectus ad l. generaliter. s. fin. ff. de Decurio.
- 19 Iudæi Romanis olim inuisi, & habiti in derisionem.
- 20 Intellectus ad l. generaliter. s. fin.

- 1 *Mamma mater Alexandri Imperatoris, ab eo interfecta, eo q. sequeretur dogma
ta CHRISTI ab origène edocta.*
2 *Intellectus ad l. generaliter. s. fi. per Azo. Abb. & Ioan. de Ana.*
3 *Arbitri an possint esse iudæi inter ipsos iudæos.*
4 *Arbitri iuris, uel ex forma statuti cogentis consanguineos ad compromissum, an
possint esse ipsi iudæi.*
5 *Arbitri iuris quam iurisdictionem habere dicantur, recitando tres opiniones.*
6 *Infideles Principes an licite, & de iure dicantur habere iurisdictionem, & Domi
nia terrarum ubi ponuntur opi. contrarie Immo. & Hosti.*
7 *Christiani an possint appellare ad iudices infideles.*
8 *Iudæi propè finem mundi conuertentur ad fidem Christi.*

C A P V T S E X T V M.

1 **L**auduntur ¶ etiam iudæis Portæ dignitatum, & officio
rum, sunt enim priuati omnibus officiis publicis, & di
gnitatibus. l. fi. C. de iudæ. not. in c. cum sit nimis extra
eo. tit. & in c. constituit. xvii. quæst. iiii. & c. nulla. liiii. di
stin. Nec est eis concedendum vt præsent Christianis c. i. c. cum sit
c. ex speciali. de iudæ. & non solum publicum officium est eis inter
dictum, sed etiam quodlibet officium seu commertium per quod
Christianis posset aliquod grauamen inferri, ut est rex. in c. pen. eo.
ti. ubi etiam Abb. in i. no. & dixit Bal. in l. spadonem. §. iam autem.
ff. de excusa. tuto. quod iudæi in humanis actibus nobiseum parti
cipant, non in diuinis, neq; in aliquo actu superioritatis, & in mul
tis immunitatem habebant antequam Christus veniret in virginē,
vt per glo. in l. iusio. in verbo immunitas. C. de iudæ. quæ omnia
perdiderunt d. l. iusio. & ibi Ang. dicit, quod illa lex bene seruatur
in terris ecclesiæ, in quibus iudæi magnam soluunt collectā. & sta
tutum fuit in consilio Matifon. can. viii. quod iudæi nullam digni
tatem, nullum officium publicum & onerosum habere possint, nō
officiales non gabellarii, siue publicani, nec aduocati esse possunt,
& in consilio Tole. iiii. can. 64. & in consi. Auernen. cap. v. Ioan. de
Pla. in l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. xii. & in l. omnes. C. de
decur. lib. x.

2 Et maximam illam, & principaliorem dignitatem amiserūt ¶ sci
licet sacerdotium & regnum spirituale, Gen. 49. & habetur in c.
translato extra de constituti. & per Aug. in lib. xvii. c. v. de ciuitate
Dei, & prædictum fuit Heli. de ablatione sacerdotii, & Christi pro
missione

missione pri. reg. ii. ibi. & dabit imperium Regi suo, & sublimabit
cornu Christi sui, & ibi. Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui
iuxta cor meum, & animam meam faciet, & Oseæ iiii. Quia Dies
multos sedebūt filii Israel sine Rege, sine principe, sine Sacerdotio,
& sine Altari, & sine Ephod, & sine Teraphin. &c. Quod quidem
Regnum spirituale, & Sacerdotium translatum fuit in Christum,
3 qui fuit de tribu Iuda & Aaron, qui fuit de tribu Leui ¶ nam olim
illa sacerdotalis dignitas erat apud tribum leuiticā, (fuerat enim
illa tribus leuitica electa à Deo ad officium sacerdotale, Exod. 28.
& nullus alius poterat se in diuinis ingerere sine Dei vindicta, vt le
gitur de Saule. i. Reg. iiii. & de Ozia. ii. Paralipo. xxvi. & postea de
Christo translatum in Petrum, & successores, vt per omnes in d. c.
translato, adeo quod apud iudæos non est amplius sacerdotiū, aut
4 aliquis ordo, ideo Specu. in tit. de eta. & quali. & ordi. præf. ¶ Di
cit quod iudæus non potest hodie ordinari à iudæo, quia nō habet
ianuam sacramentorum scilicet baptismum. xxxii. distinct. §. verū
versic. porro. c. vemens. de præsb. non bapti. nec fundamentum. i. q.
i. cum Paulus. xxiiii. q. i. vbi farra. & Moses, & Aaron qui fuerūt ma
ximi sacerdotes. xii. distinct. sacro. in fin. non possent hodie confer
re ordinem, in prima forma, quia verba illa non habent vim & effi
catiam, cū sacerdotium sit ab eis ablatum, & oportet ordinem fieri
ab his, qui recte sunt ordinati secundum clauas ecclesiæ à Christo,
Beato Petro concessas, vt extra de sum. trini. c. i. §. vna. de quibus
scriptum est Esaiæ. xxii. Dabo clauem domus Dauid super hume
rum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet & non erit
qui aperiat, & sicubi reperitur verbum sacerdos sarracenorum, ut
in cle. i. de iudæ. & in l. si quis in conscribendo. C. de pact. Dicitur ta
men ibi improprie, nam sacerdos est nomen compositum, quasi sa
crum dans. i. sacramentum. secundum Papiā. xxi. distinct. c. i. in ver
bo sacerdos. & per Card. in d. clem. i. in iiii. not.
5 ¶ De cuius quidem Regni spiritualis & sacerdotii translatione in
Christum Dominum nostrum, habetur. Esaiæ. ix. super solum Da
uid, & super Regnum eis sedebit, & c. 53. Dominus rex noster. & c.
62. & Diadema regni in manu Dei tui, & Zacha. ix. Dan. iii. psal. ii.
ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctū
eius. psal. xxi. Et dominabitur à mari, vsq; ad mare, Ioan. iii. pater
diligit filium & omnia dedit in manu eius, & Ioan. xii. & xvii. Dedi
sti ei potestatem omnis carnis, quod tamen intelligitur sine pom
pa mundana, & delitiis hominum, ideo dixit Regnum suum non

esse de hoc mundo, item & Dan. vii. & Datum est ei Regnum & honor, & Imperium, & omnis Populus & tribus, & lingua seruient ei, & potestas eius aeterna, & Regnum eius, quod non corrompetur. Nam & ipsimet iudaei tulerunt sententiam contra se, circa Regni ablationem in perpetuum, dum dixerunt, non habemus Regem nisi Caesarem, adimplentes prophetiam Hieremiae. iiii. & xiiii. & Esa. i. & Dan. ix. qui praedicit de destructione Hierusalem, & erit talis ablatio vsq; ad consummationem saeculi ut ibi in fin. Quem locum Iosephus hebraeus a veritate impulsus lib. viii. de antiqui. iudae. cap. xiiii. post commendationem Danielis, miratur † quod propheta ibi non est vsus more prophetarum, qui est talis, nam cum aliquod exitium aut desolationem praedixerint, praedixerunt etiam restorationem, & tempus restorationis, sed propheta ibi nequaquam, ut ostenderet hebraicum regnum nunquam fore restaurandum. Quod etiam re ipsa efficacius extat approbatum, nam iudaei tempore Hadriani Imperatoris, mota seditione, conati sunt restaurare eorum Rempublicam, qui tamen ab ipso Hadriano ita caesi, & deuicti fuerunt, ut ne spes quidem vlla salutis apud illos relicta fuerit, ut tradit Orosius, & Suetonius in Domitiano, & decreto eiusdem Hadriani fuerunt iudaei tunc interdicti ciuitate hierosolyma, aliasq; gētes in ea loca ire iussit, & cum ipse Imperator Helius vocaretur, voluit etiam ipsam Hierusalem Heliam vocari, quod ipsam restaurauerit, ut tradit Chrysostomus. in homilia de natiuitate Domini, Tomo secundo, eorum denique desolationem comprobare possumus ex eo quod scribit idem Chrysostomus. in ii. orati. contra iudaeos Tomo. v. † Dicens quod cum Imperante Iuliano voluissent iudaei templum hierosolymis reaedificare, & cum cepissent nudare fundamenta, multamq; terram exhausissent, & iam ad structuram accederent, miraculosa ignis exiliens a fundamentis, multos exussit, & intempertiuam pertinaciam eorum interrupit, & ut latius ibi per eum, quod etiam refert Marcellinus homo Ethnicus lib. xxiii.

Et quid nam ad haec, argumentum maius afferri potest, quam rei, & veritatis ipsius euidentia? cum iudaeorum conditio a morte Christi citra, semper fuerit miserrima, & omni gaudio, & consolatione saltem spiritali priuata, cum fuerint omni prorsus diuino auxilio destituti, se cundum maiorum suorum sententiam clamantium, sanguis eius super nos, & super filios nostros, & per vniuersum errant vagabundi. Quos Dominus percussit Amentia, & caecitate, ac furore mentis palpantes in meridie, sicut palpare solet caecus in te-

nebris, & non dirrigunt vias suas, oamniq; tempore calumniam sustinentes, nec habent, qui liberet eos, ut habetur Deutero. xxviii. effudit enim dominus iram suam super eos, & furor irae suae comprehendit eos, ut Psal. 66. Quae omnia praedicta sunt eis obuentura ob Christi mortem, ex quo etiam processit destructio ciuitatum Galileae & Palaestinae, & ipsius Hierusalem, cum templi euerfione, per titum, de quibus habetur. distin. 76. c. ieiunium, & per Iosephum lib. 17. cap. 25. de bello iudaico, qui dicit qd fame, & gladio mortua fuerunt vndecies centena millia, caeteros vero latrones, sicarios, vel praedones, post urbis excidium, mutuis tradit interisse vulneribus. Electos autem quosq; iuuenum, quos decor corporis, & proceritas commedabat, ad triumphum dicit esse reseruatos. Reliquos qui supra annum vigesimum septimum aetatis agebant, ad opera Aegypti per Metalla destinatos, vel per caeteras prouincias dispersos, aliquos ad ludos gladiatorum, & ad bestias traditos, si qui vero intra 17. aetatis annum reperti sunt, per diuersas prouincias in seruitutem distrahi iussi sunt, quorum numerus vsque ad Nonaginta millia productus est. cuius rei compendiose tamen meminit Eusebius lib. iii. historiae ecclesiasticae, vbi in vi. cap. recitat etiam horrendam historiam Mariae Eleazari filiae, quae proprium filium comedit, altera quae etiam contigit olim antea, ut habetur Regum 4. c. 6. Quare autem tanta multitudo Iudaeorum Hierosolymis tunc reperiretur causam azimorum fuisse referunt, ob quam ex omni gente iudaeae ad templum confluxerant, & in vrbe quasi carcere fuerunt reclusi, oportuit enim his diebus pascae eos interfici, in quibus Saluatorem crucifixerunt, de qua etiam desolatione praedixit veritas ipsa Dominus Deus noster Lucae. xix. vbi dicitur, videns Iesus ciuitatem fleuit super eam dicens, quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis, quia veniet Dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te &c. reliqua, & Lucae. xxi. ibi erit enim praesura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur a gentibus, & Lucae. xxiii. Filiae Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & sup filios vestros &c. & Mathe. xxiiii. Marci. xiii. pro quibus tamen orauit in cruce pendens, & in petrauit ab aeterno patre quod petierant, datum enim fuit illis tempus penitentiae vsq; ad quadragesimum secundum annum ad tempus Vespasiani, & Titi.

Et cum in **CHRISTVM** ipsius regni spiritualis, & sacerdotii
 8 sit facta translatio vt dictum est † omnia sacra, & sacrificia legis veteris mortua fuerunt cum eo in cruce, quia omnia ordinabatur ad ipsum tanquam in finem, qui voluit esse de tribu Iuda, & leui, propter Regnum, & sacerdotium, & rex & sacerdos, & cum eo mortua est generatio carnalis regum, & sacerdotum & sic mortua est generatio legalis, & regnum & sacerdotium regale, & iudæi interficiendo illum, occiderunt generationem Israel carnalem, & regnum, & sacerdotium, eo modo spoliantes se ipsos regno, & sacerdotio, ite cum eo perēpta sunt omnia ornamenta sacerdotalia scripta in lege scilicet Ephod, ratiionale, humerale, Mitram, & alia, quæ ordinabantur in ipsum tanquam sacerdotem in finem regni, & sacerdotii & Pascha, & sabbatum iudæorum, & omnia tempora legis ad diuinum cultum dedicata, † fuerunt incinerata, & putrefacta in sepulchro, nunquam resurrectura, immo obseruatiua legis Moysi eisdem iudæis non solum est inutilis, sed etiam mortifera à resurrectione Christi citra, vt inquit Hieronymus super Epistola ad Galatas, eo quod non fuerint data gratia sui, sed in signum foederis, & pacti Christi uenturi.

Nec nõ & sceptrum etiam eorum regale, temporale cū **CHRISTO** mortuum fuit † & sicut sunt priuati regno spirituali, ita etiã
 10 carent regno temporali, Osee. iiii. & Dan. cum venerit sancta sanctorum cessabit vnctio. i. Imperium eorum, nam id quoq; translatum fuit in **CHRISTVM**, qui licet illud non exercuerit, & suam omnimodam potestatem, quia non vi, sed amore, & spiritus virtute ad se omnes cogi volebat, attamen hoc quoque se habere ostendit, cum dixit omnia mihi tradita sunt à patre meo, & omnis potestas mihi data est in cœlo, & in terra Math. vlti. & Pilato requirenti an esset Rex, non negauit, sed professus est se regem, qui etiam in titulo crucis, dictante spiritu sancto ipsum regem, fecit & patet ex oblatione magorum. xxxvi. distinct. legimus. ad designandum per Thus sacerdotium, per aurum, Imperium, & 93. distinct. dominus noster, & per Innoc. in c. ii. & super de voto. & per Aposto. ad hebræ. i. constitutus est Christus hæres vniuersorum. Qui & si Dominium habuerit, non tamen eo usus est, quia non vixit vt rex, sed ut pauper propter nostrum exemplum, vt induceret nos ad vitadum honores, & pompas mundi, ideo regnum eius non fuit usus mundani Ioan. xviii. & xxiii. q. iii. in summa. & habetur Ioan. vi. vbi cum turba vellet, ipsum constituere regem, facto miraculo de quinque
 ordeaceis

ordeaceis panibus fugit in montē, ostendens contēnere mundana secūdū Augu. & late per Ant. de Rosellis in tracta. de potesta. Imperato. & pa. car. mihi quinta versic. Sed quod Christus cum seq. vbi etiam videndum est an regnum temporale fuerit per ipsum Christi Petro & successoribus commissum, vel abnegatum cum non sit presentis inuestigationis. Et per Michaelē Vlcur. in tract. de regimine mūdi. ii. quæst. princ. & per alios. Sed Christi regnū post eius mortem sumpsit initium, contra omnium regnorum morē, quæ sunt, fuerunt, aut futura sunt. nam alia regna nisi prius fuerint solidius cōfirmata, solent ferē à conditoris morte languescere, immo si repente nata fuerint, repente quoque euanescent, vt euenit Imperio Alexandri Macedonis, & aliis, **CHRISTVS** vero post mortem, iis etiam reluctantibus, qui illi vitam ademerant regnū suum augit, immo, nec ipso viuente auditorum suorum cœtum ecclesiam nominare voluit, sed Gregem aut turbam aut simili vocabulo, sed ecclesia tale nomen assumpsit ipso Die Penthecostes, secundum aliquos, quo die Apostoli sunt spiritu veritatis edocti, & ex post ecclesia nuncupata fuit vt ex actis, epistolisque Apostolicis apparere potest. Nec potest dici prout quiddam tenuerunt illum exercuisse iurisdictionem cum eiecit de templo ementes, & vendētes, facto de funiculis quasi flagello. i. quæst. iii. c. ex multo, & c. vendentes. cum sequen. & c. sic Imperiali. cum omnium causarum cognitionem semper Christus repudiarit, & ex eiectione illa magis agnoscimus priuati hominis Zelum, quam publicam authoritatē, cum ad omnes spectet rerum. Sacrosanctarum violatores in ipso delicto repertos à republica arcere, & communem omnibus iniuriam præpulsare quod patet. Lucę. xxii. ex illis verbis, mater dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, ille durius respondens, dixit, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos?) habuit tamen vere etiam temporale regnum. Sicut reperitur fuisse Melchisedech, qui erat sacerdos & Rex salem in Hierusalē quæ prius salem vocabatur, & interpretatur Melchisedech rex meus iustus, & de Mose summo sacerdote, qui erat Dux populi in rebus bellicis, & iudex in administranda Republica, & de Samuele Propheta sacerdote, & iudice populi, & rectore, & de Heli, & aliis, item & tēpore Romanorum, & magnorum magistratum nulli Imperatores aut reges fuerunt nisi sacerdotes distinct. xxi. c. clericos, & pontifices etiam dicebantur; sic & olim Panthæi populi sacerdotes eorum constituere omnium duces, quibus, & controuerfarum iudi-

cia, & publicarum rerum arbitria commissa erant, sed & apud Aegyptios sacerdotes, secundum, post reges honoris, dignitatisque locum tenebant, Diodorus Siculus. lib. ii. & vii. Galli quoque Dryadas (sic eorum sacerdotes vocant) iustissimos existimarunt quorum fidei priuata, & publica commiscere. Strabo est autor lib. iiii. & Laurus triumphalis arbor pontificum, & Caesarum domos ornabat. Plinius lib. xv. De quorum officio vide Liniuum lib. primo & Dionysium lib. ii.

- 11 Sed de iudæo † quod non possit esse Imperator nec paganus est tex. in c. venerabilem extra de electi. & in cle. Romani. de iure iur. & ibi per Cardi. in ii. not. & Ias. in Rub. ff. de iusti. & iure colum. i. & xxiii. quæst. viii. conuenior, ibi. Imperator intra ecclesiam est, item quia Imperatores inunguntur c. i. de sacra uncti. §. unde, & cōsecrantur, & alia Christiana religionis cerimonia obseruatur, quorum non sunt capaces iudæi, cum sint de foris, & extra ecclesiam, & per glo. in verbo. cultus in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusati. tuto. & si forte infidelis creatus esset deponeretur. d. c. venerabilem. ibi hæreticum, vel paganus, & ibi per Docto.
- 12 Pro quibus facit † quod tam sacerdotium, quam Imperium seu regnum temporale à Deo processit tex. in auct. quomodo oportet. episc. in prin. & in auct. de si. instru. §. i. & §. & quia & in l. i. C. de vet. iure enucl. in princ. & Deus ipse omnipotens primus exercuit iurisdictionem per se, & iustitiam fecit in cælo, expellendo Angelos, Esa. xliii. & xxiiii. quæst. iii. c. quidā in verbo. Luciferiani. Et homini dedit præcepta & prohibitiones, & in paradiso, expellendo hominem Gene. iii. & in mundo, mittendo diluuium. Gen. vii. & de sodomitis Gene. ix. & per se puniuit Lamech & alios, vt per Iano. Hostien. Ioan. And. Abb. & alios in c. ex suscepto de foro compet. & vsq; ad Noe per se rexit orbem, vt etiam per Martin. Laudem. in tractatu de principibus in princip. Item omnis potestas à Deo est ordinata & qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit. xiii. quæst. iii. qui resistit, & per Hostien. in c. quod super de voto, absurdum esset ergo iudæos inimicos filii Dei. c. licet vniuersis de testibus. c. cum sit nimis. de iudæ. esse particeps dono Dei, quod est Imperium, vt in d. auct. quomodo oportet. episc. ibi maxime quidem in omnibus sunt dona Dei superna collata, clementia sacerdotiū, & Imperium, ideo scriptum est psal. xvi. Frameam tuam ab inimicis manus tuæ. i. eripe & aufer frameam. i. gladium sacerdotalem, & sceptrum temporale à iudæis inimicis manus tuæ scilicet inimicis

filii tui, qui est manus & dextera tua.

Et nedum sunt indigni suprema illa potestate Imperiali, sed etiam quacunq; iurisdictione remanserunt priuati, adeo quod iudices etiam non possunt esse, licet olim ex Dei permissione quacunq; iudicia difinierint, vt habetur. Exo. xviii. & nume. i. i. vbi de mandato Dei congregati sunt septuaginta seniores populi Israel, qui essent coadiutores in regimine cum ipso Mose, ad quod collegium omnes difficultates, & dubia fidei, & legis perueniebant omnesq; controuersias, & lites dirrimebant, & Sanhedrin vocabantur, quos nos iudices ordinarios dicere solemus, quod collegium permansit vsq; ad Paulum, qui etiam de eorum numero fuit, vt habetur Deuterono. xvi. iudices, & magistrōs constitues in omnibus portis tuis, & iudicent populum & c. xvii. & c. xxi. & Paralipo. xix. & alibi. Et post Mosen, & Iosue fuerunt sub iudicibus per annos. 370. & tunc sub regibus vt habetur. Actuum. xiii. & i. reg. viii.

- 13 † Et quod iudæus non possit esse iudex est glo. in auct. iusurandum, quod præsta. ab his in verb. CHRISTVM. vbi etiam Ang. Colla. ii. & Bar. ibi. in fin. qui dicit esse de hoc text. expressum in l. fin. C. de iudæ. vbi dicitur ipsos non habere potestatem iudicandi, vel pronunciandi, tanquam fidei nostræ insultantes, & in l. fin. C. de 14 postula. Et sunt indigni nomine iudicis † nam iudices in quantum Deus communicat eis officium regendi in sacra pagina appellantur Dii, Exo. 22. vbi Deus dixit ad Mosen, si latet fur Dominus Domus, applicabitur ad Deos, & inferius ad Deos triusq; causa perueniet, item ibi. Diis non detrahes. i. iudicibus, & principi populi tui non maledices, & psal. 81. Deus stetit in synagoga Deorū, in medio autem deos diiudicat, vbi propheta dicit, quod Christus Deus, & verus iudex venit in carnem, & stetit in synagoga. i. in congregatione Deorū, scilicet iudicum, scribarum, Phariseorum, & sacerdotum, qui iudicia dicebant super Cathedram Mosis sedentes sunt ergo indigni nomine iudicis, quia sunt ex patre Diabolo. Ioā. viii. & progenies viperarum, Mathe. xii. xxiii. & generatio nequā. Lucā. xi. Et quia debetur honor iudicibus propter suam dignitatem. c. vt debitas, cum glo. i. de appellati. l. omnem honorem. C. quan. prouo. non est necesse. Quod in iudæo cadere non potest, cū sint priuati omni dignitate. l. fin. C. de iudæ. & censentur personæ odiosæ, & infames saltem infamia facti. c. cum nimis extra eo. tit. c. nulla. l. vii. distinct. & c. constituit. 97. quæst. iiii. & not. in l. cunctos populos C. de sum. trini. Sed licet iudæus sit incapax iurisdictionis

nis, potest nihilominus emere fructus eius, & prouentus, exigēdos tamen per alium. c. ex ipseali extra de iuda.

Patet ergo quod in terris Christianorum non possunt iudei fungi officio iudicis, sed si qua vertitur causa inter iudaeum, & Christianum civilis vel criminalis, siue sint actores ipsi, siue rei adire debent iudices Christianos, cum sit reprobatum iudicium illorum seniorum populi, de quibus supra dictum est l. si qua. C. de iuda. & ibi Salyc. summat illum tex. quod siue actores siue sint rei, debent sequi forum Christiani, & reprobatum est quodcumque eorum collegium. l. i. C. eod. tit. not. in l. cum Senatus. ff. de reb. dubi. & in d. c. Iudaei el secundo de iudaeis.

Et idem dicendum est de causis inter ipsos iudeos, ut coram iudicibus Christianis debent tractari. l. iudaei. communi. & ibi. Bart. & alii sequuntur. C. eo. tit. licet Ioan. de Ana. in c. cum sit in pri. no. eo. ti. dicat Floria. de Sancto Petro consuluisse quod quaestio inter ipsos iudeos debeat terminari per seniores eorum, & non ab aliis, argumento à contrario sensu, per d. l. si qua, subdit tamen quod dicto consilio noluit se subscribere in eo, quod dixit ab aliis iudicari non posse, sed veritas est in contrarium per d. l. iudaei, & quae ibi Bar. concludit, & quia sunt eis interdictae omnes administrationes, & dignitates. per l. fin. C. eo. & per supra allegata, & tex. in l. generaliter. §. si. ff. de decurio. est correctus per d. l. si. secundum glo. ibi & communiter Doct. & hoc firmat Ioan. de Ana. in d. c. cum sit, nec valet argumentum à contrario sensu ubi resultaret connexio legum, ut no. in l. i. ff. de offi. eius cui. Item ex eo quod in d. l. iudaei est specialiter concessum eis, quod possint eligere arbitrum inter eos, ergo non iudicem ordinarium. arg. l. cum praetor cum concor. ff. de iudiciis & no. in l. legata inutiliter. de leg. i. cum si.

- 15 Sed quid dicendum est in causis mere concernentibus eorum ritus & superstitionem, & inter eos vertentibus causa simplicis eorum superstitionis? an possint coram eorum senioribus, vel iudicibus pertractari? & videtur dicendum quod coram eorum iudicibus sint causae tales ventilandae, prout sentire videtur Bar. in d. l. iudaei Romano. C. de iuda. & Bald. hoc tenet expresse in consi. 428. Inquit dicta colum. ii. in fin. vol. v. dicens quod ita Bart. tenet, & per Tex. in d. l. generaliter. §. si. ff. de decurio. ubi videtur permitti, immo cogi iudeos assequi honores, & dignitates, & subinde esse iudices saltem in eorum rituum causis, & pro opi. Bal. supradictum est, consuluisse Florianum de S. Petro.

- 16 Sed in contrarium est multum urget text. in d. l. iudaei Romano. ubi sunt verba formalia tex. quod in his causis, quae tam ad superstitionem eorum, quam ad forum, & leges, & iura pertinent adire debent solenni more iudices, omnesque Romanis legibus conferant, & excipiant actiones, & sic videtur expressum in illis verbis, tam ad superstitionem eorum &c. hoc decidi per illum tex. ut circa concernentia obseruantiam rituum suorum adire debeant iudices Christianos, & agant, & excipiant, secundum leges Imperiales, nam & conseruationes rituum iudeorum, qui non sint in contemptum fidei nostrae, committuntur iudicibus Christianis, & rectoribus prouinciarum l. iudaeos. C. eo. ti. & l. die sabbati.

- Et pro hac parte facit, quod tradit Inno. quem caeteri sequuntur
17 in c. quod super his de voto, est quod quando iudaeus committit haereses in sua lege, & in moralibus, facit contra legem veteris testamenti, punitur per ecclesiam, & ibi referunt Ioan. And. & Host. De mandato Papae Gregorii Noni. & Inno. iiii. Crematum fuisse librum, quae iudaei vocant Talmuth in quo multae haereses continebantur, mandando etiam puniri eos qui dictas haereses docerent, uel seruarent, de qua re. vide Specu. historiale. Vincentii lib. xxvi. cap. xxviii. Et prout etiam superioribus proximis annis contigit in inelyta Ciuitate Venetiarum, & in aliis locis subditis Illustrissimo Dominio Veneto, & vidi ego in hac nostra Ciuitate Vtini, combusta fuisse volumina plura, existentia pœnes iudeos, deprauant enim Rabini iudeorum, verum sensum scripturae veteris legis, contra quos inuehit Dominus noster, Math. xv. & xxiii. & Marci. vii.

Et pari modo infideles peccantes contra legem naturae puniuntur per Papam, ut latissime tradit Archiepiscopus Floren. in sua sum. parte tertia, tit. tertio. cap. ii. col. ii. & quae tradit Francisc. Pauli. in tracta. de visitati. in iii. q. primae par. nu. 24. & seq.

Et pro hac secunda opinione facit quod habetur actuum. xxiii. & xxiiii. in quibus locis patet Paulum Apostolum per iudeos accusatum fuisse de quaestionibus legis ipsorum, coram ordinario caesa reae nomine Romani Imperii, non autem coram senioribus iudeorum, & Apostolum ibi affirmasse eundem esse ordinarium iudicem genti illi, & ex cap. sequenti constat Paulum à sententia festi, appellasse ad Caesarem.

Et tenendo hanc opinionem posset responderi ad id quod Bar. dicit in d. l. iudaei, quod illa verba quoad superstitionem intelligantur quando incidenter venit examinandum in causa, quia hoc est diui-

nare ad illū tex. Nec obstat etiam, quod tradit Bal. d. cōf. 428. q̄ s̄ iudæi habeant eorum proceres & seniores. l. ii. l. Nemo exterus. l. nemo. l. iudæorum. C. de iudē. quia in dictis iuribus nihil dicitur de officio ius dicendi, sed de aliis officiis, cum sit reprobaturum iudicium seniorum pluri eorum d. l. si qua, quod quidem munus iudicā di etiam ex lege eorum, vt dicitur Deutero. 16. & Paralipo. ii. c. 19. concedebātur eis. In eorum terri, ciuitatibus, & castris, prout datæ fuerunt leges eis obseruandæ. s̄. in terra promissionis post exitium de Aegypto, vt habetur Exod. 20. cum seq. quod cessat in terri Christianorum.

Non obstat etiam tex. in d. l. generaliter. §. si. ff. de decurio. quia illa l. est correctā per l. fin. C. de iudæ. & ita communiter tenent docto. in c. cum sit. extra de iudæ. & Ioan. de Plate. in l. omnes. C. de decurio. lib. x.

- 18 † Ad quem tex. posset etiam responderi, quod loquatur de officiis onerosis, & quæ offenderent superstitionem illorum, prout expresse hoc dicit ibi text. cuius hæc sunt verba formalia secundum impressionem meam. Eos qui iudaicam superstitionem sequuntur, Diui Seuerus, & Antoninus, honores adipisci permiserunt, sed & necessitatem eis imposuerunt, qui superstitionem eorum læderent, non omnes ergo honores adipisciebantur, sed qui eorum ritus offenderent, vt dicitur in textu, cogebantur enim forte a Romanis assumere officia onerosā, vt iudæos ipsos distraheret ab obseruationibus rituum legis Mosaicæ & hoc in spretum superstitionis eorum † nam & iudæos decedebant & q̄ incertum (vt ipsi dicebant) Deum colerent. Vnde Iul. incerti iudæa Dei. De quibus etiā Iuuenalis Satyra tertia, de eorum paupertate dicit, Nūc sacri fontis Nemus & Delubra locantur, Iudicis, quorum Cophinus, fœnumque suppellex, & Satyra sexta.

Cophino fœnoq; relicto.

Arcanam iudex tremens mendicat in aurem.

Vbi apparet Iudæos vilissimæ conditionis, & vti cinganos extra urbem expulsos, & in nemore habitare solitos, vt dicitur infra parte tertia capite primo. nu. 42. de ipsis cinganis qui ortum habuerunt ex cus filio Cham, & de Cophino, ui. psal. 80. ibi manus eius in cophino seruiuerunt, & dicit super eo. Augusti. per cophinum significari opera seruilia, mūdare, stercora, terram portare, cophino fit, seruilia sunt opera, fuerunt etiam & à Domitiano Roma. expulsi, & Satyra 14. sic ait.

*Quidem fortiti metuentem Sabbata Patrem.
Nūl præter nubes, & cæli nomen adorant.
Nec distare putant humana carne stūllam,
Qui Pater abstinuit, mox & præputia ponunt,
Romanis autem soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt, & seruant, & metunt ius,
Tradidit Arcano quodcumque uolumine Moses,*

Et ante sub Tiberio Cæsare Iudaica, & Aegyptia sacra ab vrbe Senatus consulto expulsa sunt Corne. Tacit. lib. ii. Et deludit eorum sabbata etiam Seneca affirmans quod per illos singulos septem interpositos dies, septimam ferè ætatis suæ partem perdant vacando, de quo per Augusti. lib. vii. de ciuitate Dei. cap. xi. Licet Plutarchus in Simpefisi, tradat etiam Bacchum a iudæis cultum, appellatumque eorum lingua *σαββου*. Vnde sabbati nomen, quam tamē sententiam etiam ipsi iudæi deridiculo habent. De quibus etiam Martialis, nec recutitorum fugis inguina iudæorum, & alibi dum te posse negas nisi lata gellia clauo. Nubere, nupsisti gellia cestifero. Id est iudæo, quando enim erant adeo pauperes vt nihil aliud haberent, quam fœni fasciculum, & cophinum. i. cestam.

Vnde in opprobrium eorum concedebantur illis immo cogebantur vt dicit ille tex. ad assumenda officia onerosā per quæ distraherentur ab eorum superstitionibus, & cerimoniis Mosaicis & legis veteris, prout à sabbati obseruatione, & Enciuorum Scarnephegiurum & aliis. Erant enim exosa sacrificia illa Romanis. l. ex Senatusconsulto. ff. de Sicca. quæ intelligi debet de iudæis, cum legislator esset paganus quicquid glo. ibi. dixerit, & quod tex. in d. §. si. non intelligatur de officiis habentibus dignitatem annexam, sed onerosis tradit Ias. in rub. ff. de iusti. & iure colum. ii. vers. secundo & fortius, qui inter cætera allegat Bar. in l. omnes. la. tertia. C. de decurio. libr. x. vbi dicit quod in quantum decurianatus habet de onere, bene competit iudæis, sed in quantum habet honorem non cadit in eis, & quod essent iudæi inuisi Romanis facit, quod de Seuero Imperatore tradit Aelius Spartianus. dicit enim quod, iudeū fieri, sub graui pœna vetuit, & idem etiam de Christianis sanxit, & ipse etiam Augustus Cæsar dixit se malle esse porcum herodis, quam filium, tam in eorū secte opprobrium, quam ad detestandam ipsius herodis seueritatem, quod Aristobolum, & Alexandrum filios in cæsarea laqueo peremerit.

- 20 † Non omitam hic circa intellectum d. l. generaliter. §. fin. quid

fentiat Alciati lib.iii. disunctio. cap.viii. Qui reprobatur communē intellectum ibi, dicens illum tex. nō intelligi de iudæis, sed de Christianis, qui eo tempore admittebantur ad officia & dignitates, ex eo q̄ tēpore veri, & Antonini præcibus vnus legionis Christianorum militantium in Castris Romanorum, demissa fuerit de cælo pluuia, & fulmina facies Hostium perstringebant vt Romani potiti fuerint victoriā contra Marcomanos, vt per Tertullianum in libro ad scapulum & textum illum esse corruptum, & non esse legendum Diui Seuerus, & Antoninus, sed Diui Verus & Antoninus, & quod Aelius Verus, vnā cum Antonino, Imperauit, vt tradit Eutropius in Marco Antonino.

Licet mihi plura obſtare videantur contra intellectum tam magnum viri, videtur enim primo esse contra verba expressa illius text. vbi dicitur, eos qui iudaicam superstitionem &c. Et sic euidenter loquitur de iudæis, & si iure consultus, qui condidit illam legē, qui fuit Domitius Ulpianus, voluisset intelligere de Christianis hoc vtiq; dixisset, erat enim notum nomen Christianorum eidem Ulpiano, qui fuit tempore Alexandri post Selio gabalum quem Alexander habuit principem inter non minus quam quinquaginta difertissimos iuris peritos, in rebus arduis, & tanti ab eo est habitus, quod familiaris, & socius principis diceretur. Quo tempore floruit etiam origenes † a quo Mammea mater dicti Alexandri edidit dogmata CHRISTI, & propterea ab eo interempta vt habetur in cronica martiriana, licet herodianus in vi. scribat ipsam simul cum filio interfectam a militibus maximini, & cum eorum amicis & honoratissimis quibusque adeo quod Ulpiano absconditum non potuit esse nomen Christianorum, immo & Platina in Pontiano dicit ipsum Alexandrum edificare voluisse templum Christo, eumq; inter Deos recipere, & quod habuerit Christum, Abraham, & Orpheum in larario suo. Confirmantur prædicta, quia tempore illius Marci Antonini veri, qui Imperauit etiam cum Lucio Aurelio commodo, fuit magna persecutio Christianorum & tam in Asia, quam in partibus orientis, plurimi fuerunt Martyrio Coronati, vt Sanctus Polycarpus, & alii xii. cum eo. & in Galliis Sanctus Iustus Viennensis episcopus, & Fortis Lugdunensis episcopus, cum multitudine innumerabili, qui Marcus Antoninus Verus periit apoplexia in Venetia inter Altinum & Concordiam, cum proficisceretur cum fratre, & in vehiculo sederet, si de Christianis ergo sensisset, iurecōsultus de eis expresse meminisset, etenim in vrbe

Romana

Romana nomē Christianū erat per multū tēpōs notissimū, ante tēpōra veri & Antonini, vt patet tam tempore traiani, quam aliorū, qui præcesserunt dictos Imperatores, quod confirmant ex iis quæ tradit Aelius Spartianus in Seuero. Cuius verba sunt, iudæos heri sub graui pœna vetuit, idem etiam de Christianis sanxit, & ex Lampridio in Heliogabalo. his verbis. Dicebat præterea Iudæorum & samaritanorum religiones & Christianam deuotionem illuc transferendam. ex eodem in Alexandro Seuero, iudæis priuilegia retinuit, Christianos esse passus est, & rursus. Dicebatque graue esse, cum id Christiani & iudæi facerent, &c. & rursus, clamatque sapiens quod a quibusdā, siue iudæis siue Christianis audierat, & ex Spartiano in Saturnino Tiranno, sic vnus illis Deus est, hunc Christiani, hunc iudæi, hunc omnes venerantur, & sic patet non eodem nomine iudæos & Christianos nuncupatos, & tradit Iosephus de antiquitatibus cap. ix. in fin. vbi loquitur admiranda de Domino nostro IESV CHRISTO subdens in si. sed & in hodiernum Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen persecutatur & genus, qui Iosephus fuit tempore Vespasiani, & Titi eius filii, cū quo Romam veniens scripsit septem libros iudaicæ captiuitatis, quos eidem patri & filio obtulit.

Præterea, & hoc magis mouet me, est aduertendum, quod non est dictio aliqua negatiua in mea impressione quam esse supponit Alciatus in d. §. si. legit enim ita Alciatus ipse tex. scilicet. Quæ superstitionem eorum non lederent, cum illa dictione, non, quæ nō est in libro Meo, sed legitur affirmatiue vt quæ superstitionem eorum lederent, idem quod supra opinatus fuit Alciatus in annotationibus suis ad tres libros. C. sub tit. de actio. car. pri. contra quæ etiam vrget tex. in l. spado nem. §. iam autem. ff. de excusat. tuto. in illis verbis scilicet per quæ cultus inquinari videtur, vbi expresse dicitur de iudæis, & de illis officiis per quæ cultus eorum inquinatur, qui concordat cum tex. in d. §. si. circa lesionē superstitionis iudæorum, vt debeat legi affirmatiue, & per hoc optime facit etiam tex. in l. iusio. C. de iudæ. Sed dato quod intellectus Alciati ad illum tex. esset verus vt loqueretur de Christianis, confirmaret opinionem meam in principali quæstione quod iudæi non possent esse iudices etiam in causis eorum ritus & superstitionis per text. in d. l. iudæi Romano, quod non potest cauillari, & ille tex. in §. si. non obſtaret loquendo de Christianis, & non de iudæis, † & ex prædictis patet responsio ad notata per Ioan. de Anan. & Abb. in d. c. cum sit, & per

T

Bart. in d. §. si. vt scilicet sit permissum iudæis promoueri ad officia inter eos, quod intelligatur de aliis officiis pertinētibus ad superstitionem eorum, & non de eorum officio iudicandi, per supra allegata, vel etiam quod d. l. generaliter. §. fin. sit correctā, secundum communem opi. Docto.

Sed inuenio quod eorūdem iudæorum Rabi Moses Aegyptius, libro de iudicibus, in determinationibus suis de Canedrin, cap. iiii. dicit quod capita transmigrationis, quæ sunt in Babylonia, locum tenent, & possunt dominari in Hierusalem, & ubiq; terrarum, & iudicare super eos, siue velint, siue nolint, sicut scriptum est, non auferretur sceptrum de Iuda, per istud enim sceptrum intelliguntur capita transmigrationis, quæ sunt in Babylonia secundum ipsum, & hæc ille, quæ quantum a vero distent patet ex rei euidētia, cum Babylon (si de babylone Aegypti intelligatur de qua strabo lib. xvii.) Diu sit in desolationem redacta & inhabitabilis, memphis etiam appellata, & Pyramidum miraculis celebrata, vbi adhuc quædam restant Pyramides, sed vrbis illius tantum vestigia, & est à serpentibus, & similibus animalibus tantum habitata, vt refert Petrus martir libro tertio legationis Babylonicę. Si vero loquatur de Babylone Euphratæa vrbe amplissima in Assiria à semiramide condita, siue à Nabuchodonosor, secundum Iosephum ad appionem, & per Dan. iiii. qui loquens in eius persona dicit, nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ædificauit in robore fortitudinis meæ? In qua etiam turris babel ante eum fuit ædificata. Gen. ii. Vrbis etiam Romæ magnitudinem exuperauit, quam mediam interfluit Euphrates, Solimano Turcarum Imperatori subiecta, & minus de illa intelligere potest, ea enim in vrbe clarissima Caliphę Sacrorum Principis sedes est, qui à cunctis Maumethani nominis Regibus excolitur, & ibidem iudæi dominari non possunt, prout nec in aliqua Turcarum ciuitate, ad hæc admittuntur, de quibus vide Iouium Historiarum lib. xxxiii. & aduerte quod Babylon non est Ninive, quæ condita fuit ab Assur. Gen. 10. & multum distat à Babylone, & est Ninive sita iuxta Tygrum fluuiū, Babylon vero iuxta Euphratē, qui Euphrates Caldeā ab Assyria determinat, & est fluuius egrediens è paradiso voluptatis, q. Perat hebraicæ dicitur, s. fructificās sicut & Tigris, de quibus Gen. ii. Sed aliter dictus Rabi Moses, vere dixit, q. ipsi locū tenent in Babylone, videlicet in confusione, & seruitute, prout sonat ethimologia illius vocabuli Babylon. Præterea secundū Rabinos eorū nō licet aut licuit extra terrā promif-

sionis cuiquā iudæo iudicare iudicia criminalia, de quibus est pœna capitalis, vel membri abscissio, constat autem, quod qui non habet tale Imperium merum, siue in his iurisdictionem, non potest crimina grauiā punire vt Blasphemum, Idolatram, & similes, quæ sunt secundum legem Mosis grauiā delicta, exceptis istis in quibus pœna sanguinis ingeritur, cætera sunt leuia, & sic illa capita transmigrationis, quæ asserūt esse in Babylonia nō possent iudicare de grauius delictis, extra terram promissionis, sed tantum de leuibus, ideo horum respectu, non possent dici habere sceptrum, vel potestatem Regiam, nec tenere locum regis, sed essent sicut magistratus municipales, & iudices pedanei, & inferiores habentes modicam potestatem toto. ti. C. de peda. iudi. & not. in l. Imperium. ff. de iuris om. iudic. Præterea expositores hebræi super illud Oseæ. iiii. Dies multos sedebunt filii Israël sine Rege &c. Intelliguntur illa verba de statu iudæorum in captiuitate hodierna, & sic habere in Babylonia iudices, esset contra propheticam veritatem, & ob id Dominus noster Iesus Christus. Math. xxiii. dixit. Super Cathedrā Mosis federunt scribæ, & Pharisei, non dixit sedent, sed federunt. vt ostenderet, quod eorum tunc iam cessauerat potestas.

Dictum est proxime de iudæis an possint esse iudices, videamus
23 † modo an possint esse arbitri, in quo dicendum est quod sic, per tex. in l. iudæi Romano supra allegata. quod intelligitur ut possint esse arbitri scilicet voluntarii, & inter eos, vt patet ex illis verbis ibi, communi pactione, & in ciuilibus tantum, an autem si factum sit inter iudæos compromissum, cum potestate decidendi de iure tantum, intelligatur de iure communi, vel Mosaicæ vi. Ruy. consil. iiii. quoniam vol. ii. vbi dicit quod intelligitur de iure hebraico.

Sed dubium est an possint eligi in arbitros necessarios ex forma
24 statutorum, disponentium † quod causæ inter affines, vel consanguineos debeant compromitti, & in hoc puto, quod ipsi non possint
25 eligi in arbitros necessarios † cum eiusmodi arbitri habeant iurisdictionē, siue ea sit delegata, prout dicit Bar. in l. si. C. de iudi. vbi etiam Bald. in ii. not. & in l. i. C. si quac. prædi. potesta. & Areti. in l. nemo potest. col. antepen. de leg. i. & Iaf. in l. duo iudices. col. iii. ff. de re. iudi. qui dicit hoc magis communiter teneri, & Hostiē. in c. suspicionis. de offi. de lega. & Abb. in c. si. de re. iudi. siue habeāt iurisdictionem ordinariam, & sint ordinarii, vel in locum ordinarii succedant, prout tenet Iaf. in d. l. si. col. pe. in fi. C. de iudi. & in d. l. duo iudices. col. ii. versic. sed arbitri qui eligunt, dicens hoc tenere

glo. Ang. & Pan. de Castro. in l. apertissimi. C. de iudi. & D. Ant. in d. c. suspicionis, cum habeant iurisdictionem à lege, vel statuto, quæ lex tribuit ordinariam iurisdictionem.

Sine etiam sit media quædam species inter ordinarios, & arbitros, prout tenuit Bald. in d. l. apertissimi, & Ioan. And. in addit. ad Specu. in titu. de recusa. §. si. versic. sed nunquid arbiter, & glo. in d. c. suspicionis in glo. magna in verbo, media, circa medium, quæ dicit, quòd est ista eorum iurisdictionio quasi ordinaria, & Bald. in consil. 90. Quæritur vtrum arbitri. vol. i. quæ non prosequor aliter, nam factis mihi videtur quòd cum arbitri tales necessarii habeant iurisdictionem, quæcunq; ea sit ex prædictis, sufficiat ad excludendum eos à tali officio, tanquam incapaces iurisdictionis, licet Corne. consil. lxx. licet in hac consultatione vol. iiii. videatur aliter sensisse, dum concludit quandam sententiam fuisse iustam & æquam, per quam fuit pronunciatum, causam vigore statuti Pisani compromittendam in hebræos, per aliqua (iudicio meo) minime cõcludentia, stãtibus supra latissime allegatis, & potissimum, quia materia iurisdictionis non cadit proportionabiliter in iudæis sicut in Christianis.

26 Expedita materia iurisdictionali quo ad iudæos, † pulchrum est scire, an alii infideles de iure habeant iurisdictiones, in quo articulo Innocen. in c. quod super his de voto dicit, quòd si illorum Regna nunquam fuerunt Imperii Romanorum, vel Christianorum, tunc apud infideles est vera iurisdictionio, si autem illa regna fuerunt per prius Christianorum, & occupata postea per infideles, & in illis regnis non habent nec possunt dici habere veram iurisdictionem, vt patet de ciuitate Hierusalem, & aliis quæ modo sunt occupatæ per infideles, contra quos licite potest bellum indici, prout de sarracenis Hispaniæ tradit Oldra. consil. 72. incip. an cõtra sarracenos, cum enim agatur ad recuperationem patriæ, à qua per vim spoliati sumus, licitum est bellum indicere c. di spar. xxiii. q. viii. & per Inno. in d. c. quod super. in ii. colum. in glo. in verbo pro defensione Bar. in l. i. C. de paga. Ant. de Butr. & Ioan. de Ana. in c. quod olim. extra de iudæ. & opinionem Inno. secutus est Petrus de Ancha. in regula peccatum in iii. quæst. lib. vi. Mouetur Inno. nam certum est quòd Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & c. c. tua nobis. de Deci. sed ipse Deus hæc omnia subiecit rationabili creaturæ propter quam omnia fecit Gene. i. & in l. in pecudum. ff. de vsur. & ista omnia fuerunt communia donec iure gentium distincta fuerunt Dominia, & regna diuisa, quæ quidem bona communia non erant

erant in alicuius bonis, ideo occupanti concedebantur, quia quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit vt no. in l. i. ff. de acquir. possess. Ideo cum regna fuerint per infideles ab initio occupata in nullius bonis existentia, fuerunt effecta eorum, non enim tantum pro fide libus, sed pro omni rationabili creatura à Deo sunt ordinata, qui solem suum facit oriri non solum super bonos, sed etiam super malos, & ideo volatilia pascit Math. v. & vi. & psal. Qui dat escam omni Carni, licite ergo dicuntur infideles habere Dominia, & iurisdictiones quas tenent, & Deo authore ipsa possidere videntur, & quo ad eorum terras nõ posset indici bellum, nisi ipsi male tractarent Christianos in eis degentes, nam Papa qui de iure est supra infideles, licet non de facto secundum Inno. potest præcipere eis ne Christianos infestent, & si male illos tractarent, posset ipsos Dominio, & iurisdictione priuare, & illis bellum indicere, & opinionem Innocen. tenet etiam Archidia. iii. quæst. vii. c. si. & xi. quæst. iii. c. cui est, Domini. in c. si quis viduam. in si. 50. distinct. & in d. c. cui est, non firmat pedes, sed eandem opi. Inno. tenet etiam Petr. de Ferrariis in titul. forma libelli in actione reali, in verbo veris, & legitimis colum. vii. versic. sed hic quæro an liceat, dicens sub dubio tamen sarracenos posse allegare præscriptiones tanti temporis, cuius non sit memoria in contrarium, & eandem opin. dicit tenere Ioan. And. in addit. ad Specu. in tit. de iudæ. Quam etiam tenet Archiepiscopus Florenti. in sua summa. Parte tertia tit. tertio. cap. ii. & pro opi. Innoc. facit quòd tradit Bart. in l. fin. C. de contrahen. emp. quòd Papa, vel Imperator potest concedere regibus Christianis reg. quæ tenentur per sarracenos, quæ fuerunt nostra, nam id quod fuit nostrum, & nunc est apud hostes, est in cõmercio nostro, propter spem postliminii.

Sed alia fuit opinio Hosti. in d. c. quod super colu. iiii. circa fin. qui concludit, quòd apud infideles principes non sit aliqua vera iurisdictionio, dicit enim sibi videri, quòd in aduentu Christi, omnis honor, & omnis principatus, & omne dominium, & iurisdictionio de iure, & ex iusta causa, & per illum qui supremam manum habet, nec errare potest, omni infideli subtrahenda fuerit, & ad fideles translata, & quòd iustis de causis hoc euenerit, probatur, Ecclesiast. x. Regnum a gente in gentem transferretur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos, & hoc factum est, probat. in c. translato. de constituti. in persona Iesu Christi filii dei viui, qui non solum sacerdos fuit, sed & Rex. Luca pri. Et Regni eius & c. Vnde & ipse Dominus Deus noster dixit Matthe. xxi. Auferretur a vobis

regnum, & dabitur genti facienti fructum eius, cuius Regni, & Sacerdotii Principatum filius Dei, commisit Petro, & successoribus eius, viii. q. i. in scripturis. & in c. pro humani. de homici. in vi. & qui filii sint legitimi. c. per venerabilem. §. rationibus, unde dicit Hostien. se constanter asserere quod de iure infideles debent subiaci fidelibus non è contra, per no. in c. i. extra de iuda. & propterea residet Hostien. in hac sententia, quod apud Principes infideles nulla sit iurisdictio, & eos indignos Regno, & Principatu, & omni Dominio, & iurisdictione, in idem concurrat D. Ant. in d. c. quod super & Oldrad. in d. consil. 72. dicit quod falsa veritate videtur quod opinio Hostien. sit verior, & pro opi. Hosti. D. Abb. in d. c. quod super colum. ii. allegat tex. in c. si de rebus 23. q. vii. cum glo. hoc idem tenet Mathe. de Afflict. in rubri. quæ sint Regalia colu. iiii. in vsib. feudo. vers. & pro ista opi. & hanc esse magis communem affirmat doct. in d. c. cui est l. distin. pro qua videtur Bal. in l. cum multa. C. de bonis quæ libe. & quod idem Bal. voluit in i. cõstitu. C. ubi dicit, quod Constantinus Imperator, post eius baptismum, in resignatione Regalium quam fecit beato Syluestro, resignauit sibi enses, ostendens se non legitime esse vsu Gladii potestate, nec legitime se habuisse imperium, & opi. Hostien. tenet etiam Martinus Lauden. in tracta. de Principi. vers. 49. incip. Italia alias Fuit, & dicit quod sententia Hostien. videtur magis catholica, & utilis fidei Christianæ, cum passio, humilitas, & obedientia Christi ad patrem, & immensa charitas eius erga genus humanum, meruerit vniuersale dominium, & potestatem super homines, & Angelos in cælo & in terra & in inferno, & vniuersale dominium super cælos, & omnia elementa, & omnes creaturas, tam rationales, quàm irrationales, vt patet psal. 8. & veni, & mare obediuerunt ei & etiam pisces, cum in præcepto eius Apostoli laxantes rete concluderunt multitudinem piscium copiosam, vt rete rumperetur, cum prius per totam noctem laborantes, nihil cõpissent, Lucæ 5. & Ioan. 21. Nec videtur posse dici Christum Dominum vniuersalem commississe iurisdictiones, & dominia nisi Vicario suo, & gèti facienti fructum eius, non autem infidelibus ipsum non cognoscentibus, & nullus eius hostis debet habere ius Dominandi, nec rebelles, & supremam eius Maiestatem offendentes.

27 Non ab re quæro modo † vtum liceat christiano appellare ad iudicem infidelè exemplo Pauli, qui ad Cæsarem appellauit, actu 25. In quo dicendum est quod si Christianus non potest habere iu-

dicem catholicum, sicut est in terris in quibus sunt infideles, & præfunt infideles iudicis. Tunc licite potest appellari ad iudicem infidelè, lo cõ supra citato, & sic est licita talis appellatio quando Christianus conuenit infidelem sub iudice infideli, vel quando iudex a quo, fidelis est, sub infideli aliàs secus, quia tunc non esset licita appellatio per christianum ad iudicem infidelem, quado scilicet posset fidelis habere iudicem appellationis catholicum, per text. in c. catholicus ii. q. vi. & i. Corinthe. vi. ubi Apostolus reprehendit fideles, qui ad iudices infideles recurrerant, cum possent habere iudices fideles & habetur xi. quæst. i. c. relatum ubi etiam habetur quod in primitiua ecclesia apostoli, terminabant causas etiam secularium in ecclesiis.


Ex præmissis patet quod iudæi, cum non possint habere iurisdictiones, nec eas exercere, nunquam regnabunt amplius in hoc mundo temporaliter, sicut antiquis temporibus faciebant, † conuertentur tamen propè mundi finem, & conuersi regnare poterunt æternaliter in vita beata, de quorum conuersione scriptum est Esa. 10. in veritate reliquæ conuertentur, reliquæ inquam Iacob ad Deum fortem, si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquæ conuertentur ex eo, & c. & Osee. iiii. Et post hæc reuertentur filii Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, & fluent ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo Dierum. Item Esa. xxxv. conuertentur, & venient in Syon cum laude, & lætitia sempiterna, super caput eorum, & Esa. 45. Israel saluatus est in Domino, salute æterna, & Dan. vii. Zacha. xii. Et effundam super Domum Dauid spiritum gratiæ, & præcum, & aspicient ad me quem confixerunt, plangent cum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti & hier. xxxi. & Deuterono. iiii. Nouissimo autem tempore reuertis ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius quia Deus misericors Dominus tuus est, & tunc baptizabuntur, vt prædixit Zacha. xiii. In Die illa erit fons patens Domui Dauid, & habitabitibus in Hierusalem in oblationem peccatorum, & tunc erit vnus ouile, & vnus Pastor, videatur etiam ad hoc Augustinus de ciuitate Dei lib. ii. cap. xxix.

S V M M A R I V M .

1 Doctor non potest esse qui sit iudæus, etiam si nollet legere, cum consequatur potestatem legendi per Doctoratum.

- 2 Doctores appellantur ab imperatoribus, nobilissimi, amici & parentes.
- 3 Aduocatus Iudæus esse non potest, licet pro se ipso postulare possit.
- 4 Procurator Christiani in iudicio potest esse Iudæus contra Christianum.
- 5 Notarius esse non potest Iudæus.
- 6 Notariatus est officium, & inductum à principibus ob publicam utilitatem.
- 7 Iudæus potest exercere officium scribæ inter Iudæos.
- 8 Medicus Papæ uel Imperatoris esse minime potest Iudæus.
- 9 Medicus quis esse potest etiam q. non sit Doctoratus.
- 10 Medicus Iudæus cauendus à Christianis, aliter peccant mortaliter, nisi tempore Pestis, uel propter eius excellentiam.
- 11 Medici qualiter eligendi, & quot numero per ciuitates sint conducendi, et quæ in medico requirantur remissiones.
- 12 Procurator principis esse non potest Iudæus, idem de coquo.
- 13 Tutor Christiani an possit esse Iudæus.
- 14 Iudæus tutor Iudæi esse potest, & mater Iudæa tutrix filiorum.

C A P V T S E P T I M V M .

I  Rosequendo ordinem circa officia publica, & dignitates, quorum Iudæi sunt incapaces † sciendum est consequenter Iudæum effici non posse Doctorem (cum Doctoratus sit dignitas) ut per Bald. in l. i. columna. iii. in fin. in prima lectione. versicul. Item nota quòd Doctoratus. ff. de iustit. & iure. & text. in c. quanto extra de magistris, & quòd Doctor esse non possit Iudæus tenet Bart. in prohe. C. in iii. col. versu. Quæro circa hæc, & in l. omnes la. iii. C. de decurio. lib. x. & in l. i. colum. ii. C. de dignita. lib. xii. & in l. fi. in ultimis verbis. C. de postulan. & in d. l. omnes. dicit se ita respondisse duobus Iudæis, qui erant sufficientes scholares in medicina, & nullatenus recipiebant Doctoratum, quia Doctoratus est dignitas. & idem Bar. in l. generaliter. §. fin. ff. de decurio. & in l. fin. C. de Iudæ. Abb. in c. cum sit extra eod. ti. Petr. de Ancha. in clemen. ii. de magistr. Ioan. de Anani. in rubr. de Iudæ. extra Fely. in c. i. col. ii. versu. ii. limita. ex. eo. ti. Ange. in §. i. in auct. iusiuran. quod præsta. ab his Abb. in d. c. cum sit, & in c. postulasti ad fi. C. de probati. quod procedit & ampliatur etiam si talis Iudæus nollet legere, nam eo casu si legeret per annos viginti efficeretur comes, quod esset magis dubitandum, per tex. in l. vnica. C. de professori. qui in urb. Constantino. lib. xii. & ita extendit hæc conclusionem in Doctore etiam non legente. D. Abb. in c. proposuisti.

- fuiſti col. fi. ante fi. extra de probati. Quia licet nõ legat, cõsequitur tamen legendi potestatem per Doctoratum, & efficitur magister saltim habitu, ut ibi per eum, & in d. c. quanto, & c. cum sit. & pro di
- 2 cta opinione facit tex. in l. ii. §. fi. ff. de excusa. tuto. † ubi per Imperatorem, vlpianus appellatur nobilissimus, & in l. diui fratres. ff. de iur. patro. Vbi imperator appellat Doctorem, amicum suum, ibi in verbo Domitii amici nostri, & in lex diui. C. loca. ubi vlpianus ab Imperatore appellatur parens noster, & ab aliis quantuncunq; maximis, non fratres sed Domini debent appellari l. ii. C. de offic. diuer. indi. per Lucam de pen. in l. mulieres. C. de digni. lib. xii. de quibus etiam vi. per Andr. Sicu. in consil. 57. incip. Præclare scribitur apud Iob. col. vi. in fi. & col. x. in prin. vol. ii. & plura per Imo. in clemen. ii. col. ii. de magistris. Quorum titulorũ, & dignitatis Iudæus uti incapax non potest esse particeps, & sic non potest habere insignia Doctoratus, de licentia tamen superioris hoc posset, ut per Ioan. Staphi. in tracta. de grati. & expecta. in tit. de rescript. in forma breuium. nume. 41. ubi refert quendam Iudæum de licentia Papæ Doctoratum.
 - 3 † Pariter etiam Iudæus non potest esse aduocatus ut est text. in l. fi. C. de postulan. Vbi nullus potest esse aduocatus qui non sit Christianus & text. in c. nemo el primo. de pœni. distin. i. & in l. nemo. la. ii. C. de epif. audi. & non catholicis non patent portę dignitatum, & officium aduocationis est dignitas. l. laudibilis. C. de aduo. diuer. iudicum, & infames repelluntur à postulando, sed Iudæi sunt infames infamia canonica, ut dicit glo. in d. l. nemo. concludit tamen, quòd pro se Iudæus non prohibetur postulare, sicut quilibet alius, secus pro aliis, cum non possit gerere officium istud, nec datur eis facultas ledendi Christianos. xvii. q. iiii. c. constituit.
 - 4 † Procurator autem Christiani potest esse Iudæus in iudicio contra Christianum, ut tradit Bal. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusa. tuto. est enim onus, & officium vilissimum ut dicit glo. in §. fi. insti. de excepti. & Bar. per tex. in l. fi. quis decurionem. C. de decurio. lib. x. qui dicit quòd nullo modo aduocati volunt esse procuratores, & per Alex. confi. 99. visa inquisitione col. fi. in fi. vol. vi. intellege de procuratore priuati, secus si principis, quia talis dicitur habere dignitatẽ. l. nemo præfectus. C. de dignita. lib. xii. & not. in d. §. fi. insti. de excepti.
 - 5 Idem est dicendum circa officium tabellionatus † ut non possit Iudæus esse notarius, siue tabellio, iuribus quibus supra, & tradit

- Ang. in auct. iustur. quod præsta. ab his. & Ias. in rubr. ff. de iustit. & iur. col. i. versic. similiter Iudæus, & est ratio, quia licet notarii non dicantur habere dignitatē, dicuntur tñ habere officiū, vt est text. in c. vt officium. §. ad conscribendas ibi. tabellionatus officium. de heret. in vi. & tex. in l. vniuersos. C. de decuri. lib. x. Immo dici posset, quòd tabellionatus officium sit honor & dignitas, iuxta illud ecclesiasti. x. in manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ
- 6 imponet honorem suum, † est enim tale officium inductum à principibus propter publicam vtilitatem, & ab eis inuentus & approbatus fuit vt per Oldra. consi. 75. incip. Quis possit creare. sed nomen principis rem decorat, institu. ad tertullia. §. sed nos. Item tabelliones habent iurisdictionem voluntariam, ideo dicuntur iudices cartularii glo. in l. i. in verbo pro tribunali. circa ff. de iudic. & per glo. & not. in l. fi. C. vbi & apud quem, & per Innocen. in c. cum à nobis extra de testi. & glo. in l. rem non nouam. C. de indi. Ideo Lucas de Pen. in d. l. vniuersos. tradit non esse verum id quod ibi glo. dicebat, officium tabellionatus esse vile, quod comprobatur pluribus medijs, licet dictum glo. Secutus sit Oldrad. d. c. 75. circa fin. sed quicquid sit, satis est, quòd quo ad quæstionem de qua supra, omnes in hoc concordant, quòd notariatus sit officium publicū, vt sunt iura expressa, cui rei iudæus particeps esse non potest, quicquid in contrarium tenuerit Ioan. de Ana. in rub. extra de iudæ. in iii. colum. cum præmissa ex toto elidant eius fundamenta, & tanto minus potest esse notarius principis, qui dicitur habere dignitatē l. i. C. de manda. princip. & per Bar. in l. i. C. de dignita. lib. xii. & in leadem. §. i. ff. ad l. Iulii. repetun. & per Bald. in c. i. de feudo. guardia. in vsib. feudo.
- Et quòd conclusum est, iudæum esse non posse scribam vel tabellionem, videtur posse limitare vt procedat inter Christianos, secus inter iudæos, † inter quos tanquam scriba posset tale officium exercere, per ea quæ tradit Calder. in consil. ii. sub titul. de consuetu. & consil. x. sub titul. de constit. vbi facit mentionem de consuetudine iudæorum, per quam validantur testamenta eorum rogata, ab habentibus peritiam legis Mosaicæ, & per ea quæ dixi supra cap. vi. nume. 22.
- 8 Consequenter etiam † iudæus non potest esse Medicus Papæ, vel Imperatoris, quia tales Medici dicuntur habere dignitatem, vt tradit Bar. in l. i. C. de comiti. & Archi. lib. xii. secus in medicis inferioribus, vt per Ioan. de Ana. in rubr. extra de iudæ. colum. ii. versic.

- 9 nunquid autem iudæus. nam ad hoc vt quis dicatur medicus † non requiritur quòd sit Doctoratus vel approbatus, vt per Bal. in l. sciē dum. versic. dictum in fin. ff. de editi. edic. & probatur in l. i. §. ne autem. C. de commu. ser. manumif. vbi habetur, quòd serui possunt esse Medici, quod esse non posset, si in medico requiretetur Doctoratus, nam & serui à dignitatibus repelluntur. l. i. l. fi. C. de mili. non poss. lib. xii. & sic serui non possent esse Medici, vt dicit text. in d. §. ne at, si admitteret esse medicus necesse foret ipsum esse Doctorē.
- 10 † Et cauendam est principibus Christianis, qui committunt se suisque curandos per Medicos iudæos, & etiam quibuscunq; Christiani fidelibus, cum hoc sit à iure prohibitum. c. nullus. xxviii. quæst. i. vbi dicitur quòd nullus eorum, qui sacro sunt ordine, aut Laycus, aliquem iudæorum in infirmitatibus suis vocet, aut Medicinam ab eis percipiat, & si laycus est, excommunicetur, & ideo recipere medicinam à Iudæo, est peccatum mortale, quod tamen limitat Felyn. in c. i. colum. ii. extra de iudæ. Nisi aliud suaderet qualitas temporis, vt puta pestis, in quo deficerent medici, item nisi vocaretur ad curam, in qua medici Christiani defecissent, eadem ratione maxime, si iudæus in ea arte excelleret, quia propter eminentem scientiam relaxatur legis dispositio, & contra Christianos ab hebræis medicinas accipientes exclamat, Francis. Ripa. in tracta. de peste, in titul. de remedijs ad curandam pestem nu. 56.
- 11 † Qualiter autem medici sint eligendi, vi. tex. in l. i. ff. de decre. ab ordin. facien. Et quot medici de publico debeant conduci in ciuitatibus, vi. text. in l. qui duos. §. de excusa. tuto. Item quæ requirantur in medico, & quando ex sui imperitia teneantur, & ad quæ obseruanda sint obligati, vi. cano. in c. tuas extra de homici.
- Sed quid è contra an Christiani possint iudæis dare medicinam? & dicendum est quòd sic, vendendo, & forte nisi causa pietatis, & humanitatis, arg. c. quoniam multos xi. quæst. iii. & c. pasce fame morientem. 86. distincti.
- 12 Et idem quod de medico principis, † dicendum de procuratore principis, vt iudæus non possit esse procurator principis, cum etiam talis dicatur habere dignitatem, vt per Roma. sing. 814. incipien. tu habes quòd officium, vbi innuit generaliter, quòd omne officium quantuncunq; vile dicitur dignitas, quando sit principe mandante, per tex. sing. in l. nemo præfectus. C. de dignita. lib. xii. & per Lucam de Pen. in l. vniuersos. colum. ii. C. de decurio. lib. xi. Ex quo idem dici potest de coquo principis, vt voluit idē Romanus.

ing. 655. incip. Nunquid esse coqus sit ars, & vult quòd etiam coqus principis dicatur habere dignitatem.

13 Circa tutelam autem, quæ est onus, & priuatum ¶ quæritur an iudæus possit ipsam exercere, & esse tutor Christiani, in quo articulo sunt variæ Doct. sententiæ, quia plures tenuerunt quòd sic, inter quos ita tenet Fulgosi. in rubr. ff. de iusti. & iure. & Martin. Laud. & Ludo. Roma. in l. iiii. §. iurari. in vltima colum. ff. de iureiur. & in l. pactum. C. de collati. & D. Ias. in d. rubrica de iusti. & iur. dicit quòd ista opin. in puncto iuris est sustentabilis, & pro ea adducit tex. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusa. tuto. cum glo. ibi. in verbo iudæorum, & tex. in l. generaliter. §. fin. ff. de decurio. Sed contraria opinio videtur verior, & magis æqua vti concernens animæ salubriorem partem, per no. in auct. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. pro qua Scifellus in d. rubrica. colum. pen. adducit bonam rationem, nam si metu amissionis & detrimenti bonorum, tutor repellitur à tutela, vt in auct. minoris debitor. C. qui dari tuto. possi. & in auct. vt hi qui obliga. multo magis vbi vertitur periculū animæ, quæ cunctis rebus præponi debet. l. fancimus. C. de sacros. eccles. Distingueno tamen vt ibi per eum, & hanc partem tenet Bart. & alii Doct. plures quos refert Ias. vbi supra colum. fin. maxime autem quia leges in contrarium allegatæ sunt correctæ per l. fin. C. de iudæ. idem tenet consulendo Soci. consi. 70. colum. fin. in fi. vol. i. conuersus autem ad fidem non prohibetur esse tutor Christiani, per ea quæ dicentur infra par. iiii. prin. cap. v. nu. 7. & seq.

14 ¶ An autem iudæus possit esse tutor iudæi, & mater iudæa tutrix filiorum suorum, & dic. quòd sic, non obstante quòd teneantur iurare secundum formam. l. fi. C. de admi. tuto. quia iurabunt secundum morem suum c. mouet te. xxii. quæst. i. Specu. in titu. de iuraculum. §. restat. versic. sed pone iudæus, And. Sicu. consi. xv. colum. iiii. & iiii. & seq. vol. primo. vbi plura ad hanc. q. adducit per tres columnas, concludens matrem iudæam posse exercere officium tutelæ pro eius filiis iudæis.

S V M M A R I V M .

- 1 Iudæi non ligantur legibus canonicis in spiritualibus.
- 2 Censuris ecclesiasticis non afficiuntur.
- 3 Matrimonium licite contrahunt iudæi in gradibus humana lege prohibitis.
- 4 Repudiij libellus iudæis permissus.

§ Dispositio

- 5 Dispositio c. si quis suadente. xvii. quæst. iiii. non ligat iudæos, item denunciatio Evangelica non habet locum in infidelibus, & in eis, qui non sunt Christiani.
- 6 Iura canonica obligantia ad iuramentum timore periurij non habent locum in iudæis.
- 7 Pactum de non succedendo non ualidatur iuramento iudæi.
- 8 Iuramentum iudæi non ualidat donationem inter ui. & ux.
- 9 Contractus iudæorum iuramento minime ualidari.
- 10 Iudæus transgressor iuramenti secundum eorum morem punitur per ecclesiam.
- 11 Iuramentum iudæi super contractu cum Christiano seruandum est.
- 12 Iuramentum iudæi per Christum obligat illum ad eius obseruantiam.
- 13 Iuramentum Christiani per Deos alienos an obliget illi, & an sic iurando peccet.
- 14 Iuramentum per creaturam ut per caput & similia an sit seruandum.
- 15 Iuramentorum differentia, scilicet inter iuramentum quod defertur à parte patris, & iuramentum confirmatorium contractus, & iuramentum testis, & ubi de forma requiritur.
- 16 Iuramentorum gentiliū diuersæ formulæ.
- 17 Iuramentorum Regum, & Imperatoris erga Papam, & de diuersorum iuramentorum formis.

C A P V T O C T A V V M .

V Idimus supra qualiter iudæi subiiciantur iuri communi, & statutis locorum, cum limitationibus, & quid de officii publicis, & dignitatibus, modo vero successiue quærendum est de legibus canonicis, ¶ an iudæi & infideles ligentur constitutionibus iuris canonici, in quo dicendum est, quòd iudæi, & alii infideles in spiritualibus, & sacramentalibus, non subiiciantur canonibus, vt not. per glo. & omnes scribes in c. i. extra de constituti. & c. gaudemus. c. fin. cum glo. de diuorti. & c. de infidelibus de consangu. & affinit. c. fin. qui filii. sint legit. per glo. in clem. i. de testi. in verbo principum, Ioã. And. in c. quod super his, de voto, gemi. in c. multi. colum. iiii. circa fin. ii. quæsti. i. Felyn. in c. iudæi el secundo colum. ii. versic. & de hac materia extra de iudæ. Soci. in c. cum sit generale colum. viii. versic. & hæc procedunt nume. 23. de foro. compet. Roman. consil. 155. Præmissum laudum. in fin. quia de his quæ foris sunt, nihil ad nos, vt per apost. i. Corinthi. v. commissa est enim Papæ principaliter, cura populi Christiani de. Pastoralis. in prin. ibi nobis diuinitus super cunctas populi Christiani nationes, & in gl. in verbo Christiani. de re iudi.

- 2 Et ideo † pœnis spiritualibus, & censuris ecclesiasticis non afficiuntur, licet per quandam viam indirectam possint etiam ipsi excommunicari, vt in c. & si iudæos. in fin. & c. seq. & ibi in glo. fin. & in c. cum sit vbi glo. fin. & in c. ad liberandam extra de iudæ. & in c. post miserabilem de vsur.
- 3 † Vnde iudæi licite contrahunt matrimonium in gradibus prohibitis humana lege tantum, vt not. in d. c. de infidelibus vbi Abb. in pri. no. quia lex canonica in prohibitione matrimonii, non extenditur ad infideles, & matrimonium inter eos contractum, tenet etiam postquam sunt conuersi ad fidem, dummodo non sit contractum contra legem diuinam, quia tunc matrimonium esset nullum. d. c. gaudemus, cum ibi no. lex enim diuina omnes infideles comprehendit, vt in prædictis iuribus; quomodo autem intelligatur hoc, q̄ teneat matrimonium post conuersionem ad fidem, dicam infra parte tertia, cap. vii.
- 4 † Item permittitur Iudæis dare libellum repudii, & vxorem dimittere, de quo Deuterono. 24. & 31. q. i. hac ratione & 5. q̄. i. non satis. Math. 19. Marci x. legitima tamen causa subsistente, & interueniente præsentia sacerdotis, ad cognoscendum superinde, Qui Sacerdos olim interueniebat, ne quis quando cunque vellet, daret libellum repudii, cum illa certis tantummodo casibus licerēt, vt tradit Bald. consil. 428. Inquisitio dicta. col. ii. vers. & quod de iure. vol. v. & per Alexand. consil. 71. Ponderatis verbis. col. ii. vers. Nam etiã iudæi. in fin. vol. ii. Soci. consil. 66. Frustra plenitudine. col. pen. vers. Secundus effectus vol. i. licet hodie careat sacerdotio, vt dictum est.
- 5 † Item dispositio c. si quis suadente 17. q. iiii. non ligat iudæos secundum Archidiacono. ibi in iii. colum.
- Item denunciari non potest infidelibus, cum inter alia requisita de forma in denunciatione Euangelica, oporteat q̄ ille qui denunciat sit christianus, vt no. p. oēs in c. nouit, extra de iudici. quicquid Abb. ibi in contrarium tenuerit, quem reprobant doct. communiter, cum illa denunciatio fiat ad finem, quod quis corrigatur pro salute animæ, quæ ratio non militat in infidelibus, quorum animæ sunt perditæ, item in casu quo contemnitur denunciatio, resultat simplex pœna, vt contemnēs habeatur sicut Ethnicus, sed absq̄ hoc, tales iam sunt Ethnici, & Gentiles, ergo in eis est denunciatio superflua, & sic materia non est æque proportionabilis iudæo, sicut christiano, ideo non competit iudæis glo. in clemen. pri. in verbo censuram. de vsuris.

- 6 † Item iura canonica obligantia ad iuramentum, timore periurii non habent locum in iudæis, nec arctant eos, de quorum periurio canones non curant, iuramentum est enim quid spirituale, & secundum ius canonicum seruari debet omne iuramentum, quod potest seruari, sine interitu salutis aternæ, c. cum contingat extra de iureiur. c. licet mulieres eo. tit. in vi. & ratio. de qua supra de euitando dispendio salutis aternæ non habet locum in iam deperditis c. ita quorundam extra de iudæ.
- 7 † Ea propter pactum de non succedendo, quod alias validatur in iuramento, d. c. quamuis non validatur iuramento iudæi, vt tradit Corne. in l. pactum. col. ii. versic. Sexto limita. in iuramento iudæorum C. de collati. idem Corne. consil. 37. in hac cōsultatione col. ii. versic. Et licet iuramentum nume. 6. vol. iiii. & Guilelmus in repeti. c. Raynutius, in verbo duas habens filias, numero mihi 289. vbi dicit hanc esse communem opinionem.
- Et quod iuramentum iudæorum non validet actum tradit Bal. in c. i. §. Item sacramenta col. iii. vers. quæro. de pac. iur. firman. vi. etiam per Soci. consil. 65. col. penul. vers. postremo quod iuramentum vol. pri. vbi concludit † iuramentum iudæi non validare donationem inter virum, & vxorem, ad idem Roma. consil. 155. circa fin. Vbi dicit quod non tenetur iudæus ad obseruantiam compromissurati, quicquid in contrarium dixisse videatur in l. qui superstitis ff. de acquirendi. hæredit.
- 9 † Et quod contractus iudæorū nō firmetur iuramento; allegatur communiter ita tenere Bald. in d. c. i. §. Item sacramenta. col. iii. versic. Nunquid ista, in tit. de pace iura. firman. & idem tenet Deci. in c. i. col. iiii. versic. infertur, extra de constitu. licet contrarium teneat idem Deci. in d. l. pactum col. iiii. versic. Nono limita. C. de collati. dicens ita tenere Imol. in consil. i. versic. item non videtur, & And. Sicut. in consil. xv. col. ii. vol. i. & Stephan. Bertran. consil. 233. volu. pri. Cornel. consil. 45. volu. primo. Sed a communi, de qua supra non puto recedendum.
- Non omittam, quod Pau. de Cast. consil. 90. Vifa quadam scriptura volu. ii. videtur distinguere, vt infra videlicet, q̄ eo casu quo per ius ciuile, vel statutum contractus reprobatur, & tunc iuramentum præstitum a iudæo per alterum iudæum, non validat contractum, & quo ad ipsos iudæos per ius canonicum non intelligitur esse recessum a lege ciuili.
- Si vero interponeretur iuramentum super contractu, vel actu,

ius civile approbat, vel non reprobatur, & tunc iuramentum etiam inter ipsos validatur contractum, & ita residet ipse, & hoc sequitur Ruyn. conf. 159. col. ult. & penul. vol. v. qui dicit hoc esse de mente Bald. in d. §. item sacramenta, dum dicit, vel dic contra, quia eos arctat Imperator, & dicit idem tenetur Soci. ex mēte Bal. in conf. 66. frustra plenitudini. col. pen. & fin. vol. pri. ubi etiam Soci. concludit

10 † Iudæum transgredientem tale iuramentum secundum morem hebræorum per legem Moysi incidere in peccatum, ratione cuius, potest puniri per ecclesiam, non quidem ea ratione ut emendetur, & saluetur eius anima, quia de hoc ecclesia non debet esse sollicita, nisi quando vellet converti ad fidem, sed puniretur talis transgressor, ne delictum eius remaneret impunitum, considerando quod ex vinculo iuramenti duo causantur effectus, primus ut transgressor incurrat periculum, de quo puniri possit. Secundus quod confirmat actum a lege positivum prohibitum, dummodo servari possit sine dispendio salutis æternæ, ut per Ant. de But. & Imo. in d. c. cum contingat, & quod primus effectus admittatur etiam in iudæo transgrediente ut supra tradit Inno. in c. quod super. de voto. Dicens quod Romanus Pontifex potest punire iudæos non servantes eorum iuramenta.

11 Et prædicta † circa iuramenta iudæorum, quod non confirmant contractus in validos, locum habent circa contractus initos inter ipsos iudæos, Nam si iudæus iuraret super contractu inito cum Christiano, cogerebatur ei stare, secundum Pau. de Castr. in d. conf. xc. non ex eo quod Deum offendit non servando iuramentum, sed quia hominem Christianum offenderet, argu. not. per glo. in c. per miserabile de usur. & ita concludit Ruyn. d. conf. 159. col. pen. in princip. & utrum iudæi ligentur constitutionibus civilibus & canonicis disponentibus circa observantiam iuramenti vi. Ioan. de Ana. latissime in c. fin. extra de iudæ.

12 † Quid autem si iudæus iuraret tibi Christiano pro CHRISTVM an cogerebatur ad observantiam talis iuramenti? in quo Bart. in pri. constitu. forum. colum. ii. versic. Sed quæro, dicit, quod quamvis iudæus non possit iurare per CHRISTVM, ut per Bar. in l. ius iurandum. §. iurari. ff. de iure iuran. & Bal. in l. non erit. §. diuus. ff. eod. tit. cogerebatur tamen iudæus stare tali iuramento allegat Innoc. in c. & si Christus de iure iuran. de quo etiam Ioan. de Ana. in d. c. fi. colum. iii. versic. de prædictis extra de iudæ. ubi etiam an licitum sit Christiano recipere iuramentum ab infidelibus per Deos suos. not. tamen quod si Christiani iurarent per Deos alienos, ut puta per

per Maumetum, & quid de iuramento per Deos gentilium, ut per Apollinem, & Dianam. vi. de Laban, qui iuravit per Deum Socoth Idolum, de Machabeis, qui in componenda pace cum Romanis, usi sunt eorum iuramento, ut habetur in c. mouet te. xxii. quæst. i.

13 quia adducitur veritas in testimonium, suæ affectionis † in hoc obligatur Deo, & immo tenetur servare tale iuramentum. ut per Inno. & Hosti. in d. c. & si Christus. & ibi etiam per Imo. colum. fin. vers. unde dicit Innocentius. & quod est de mente glo. ibi in verbo servandum, quæ dicit qualitercunq; iuratur, servandum est iuramentum, licet Bar. in d. §. iurari. contrarium teneat, cum ea religio sit apud nos publice improbata, & etiam Bal. in d. §. diuus expresse dicit, quod ita iurando non dicitur esse iuratum, & tale iuramentum, non esse religionis vinculum, attamen minus malum est per Deos falsos iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter eod. c. mouet te. §. veruntamen. xxii. q. i.

Qualiter autem, & sub qua forma iudæus debet iurare posui supra hac parte cap. v. nume. 10. & plenissime tradit Ioan. de Anania in d. c. fin. extra de iudæ. versiculo ex quo videtur nu. 9.

In sarraceno autem valet iuramentum per Deum suum, ut per Saly. & alios in d. §. iurari. de quo etiam per Ioan. de Ana. in d. c. fi.

Sed quaritur an Christianus recipiens talia iuramenta ab infidelibus peccet? & dic quod non d. c. mouet te. exemplo Iacob qui accepit iuramentum, & Laban qui iuravit per falsos Deos Gen. xxxi. ut dictum est, & Iudæ qui petiit iuramentum à Romanis, requirendo ab eis fœdus, & tamen sciebat quod iurarent per falsos Deos, qui tamen non reprehenduntur in scriptura, cum haberetur respectus non ad Idoli venerationem, sed ad exterioris verbi confirmationem, ita tenet Innoc. Hostien. & Abb. in d. c. & si Christus videlicet.

14 † Et an sit licitum iuramentum si deferatur per creaturam puta per caput proprium, vel per verba crede mihi, ut faciunt monachi, vel si dixerim, Deus sit mihi testis, vel per fidem meam, aut in verbo veritatis, & si Deus me adiuuet, & ita est in periculo animæ meæ & simil. vi. Bal. in rub. ff. de iure iur. & in c. in literis in ultima col. extra de præsumptio. & Ioan. And. & Gemini. in c. i. in prin. in ii. col. de sepul. in vi. glo. in c. pe. de iure iur. & in c. fin. in glo. fi. de fidei iussio. Inno. in d. c. & si Christus. Ange. Ludo. & Alexan. in d. §. iurari. & Ascanius apud Virgilium per caput iuravit. Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat.

Quòd si quis iuraret per Demones, an teneretur ad obseruatiam iuramenti, ui. tex. in c. quamuis, & c. mouet te. 22. q. i. Alberi. in d. §. iurari. & Imo. ubi supra.

15. Intellige tamen, & limita prædicta † vt iuramenta valeant secundum modos proxime allegatos, quando iuramentum defertur à parte parti, quia satis est implere formam iuramenti delati, vt in. §. iurari, secus autem in iuramento minoris, quod interponitur ad confirmandum contractum vt in auct. sacramenta puberum. C. si aduer. venditi. & in iuramento minoris iuxta d. c. contingat secundum Bal. in d. auct. sacramenta in ii. colum. quæst. i. nam tunc dicit quòd necesse esset iurare per Deum, vel super Euangelii, & idem Bal. in d. c. Et si Christus. colum. pen. post Inno. ubi dicit, quòd simili liter tales species iuramenti non sufficerent in teste, vel ubi iuramentum requiritur pro solemnitate, vt in iuramento calumniæ, vel ubi requireretur pro validitate contractus.

16. Et quia volumen istud rubricatur etiam de gentilibus, † sciendū est quod etiam apud eos, iuramentum fuit in maxima veneratione, & obseruatia, adeo quod iurifurandi monumentum Romæ positū fuerit in templo Iouis Pistii, quem Romani sanctum vocabant, apud quem Tarquinius rex Romanorum post deuictos Gabios, iuramentum præstitit, vt author est Dionysius Alicarnasens lib. iiii. Item erant formæ quædam in sanciendo fœderibus, vt Festus docet, dicebantur enim & hæc verba, si sciens fallam, me Dies piret, salua vrbe, arceq; bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem, de quibus apud Erasmum in prouerbiis in eo scilicet, Iouem lapidem iurare, de quibus etiam ui. per Celi. Rodigi. lib. xxi. lectionum antiquarū cap. xv. Scribit etiam Polibius formam quandam iurandi, in iiii. histori. quod ediles in tabulis æneis scriptum posuerunt in templo Iouis Capitolini, hoc modo, si recte ac sine Dolo malo hoc fœdus, atq; hoc iurandum facio, Dei mihi cuncta fœlicia præstent, sin aliter aut ago, aut cogito cæteris omnibus saluis, in propriis patriis, legibus, in propriis latibus, in propriis templis, in propriis sepulchris solus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidet, è manu lapidem deiciendo. Modum autem iurandi cartaginensibus is fuit, agnum leua manu, dextra silicem, lapidem detinentes, si fallerent, Iouem, cæterosq; precati Deos, ita eos mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, & post præcationem caput pecudis è saxo elidebāt. Apud Græcos autem talis formula iurandi fuit in fœderibus sanciendo, vt ferrum candens tenerent, & ut fœ-

17. dus tamdiu duraret, quamdiu ferrum illud latuisset, statimq; in mare illud præcipitabant, & Xenophon in Aeconomico ita Cyrum iurare solitum tradit, scilicet per Mitram, quam ipsi Persæ habebant omnium Deorum maximum. Socrates autem iurare solebat per Anferem, & Canem, & Zeno per Capparin.

Erat etiam iuramentum Deorum per stygiam paludem vude Virgi. stygiamq; paludem.

Dij cuius iurare timent, & fallere numen. Et Oui.

Per flumina iuro.

Infera sub terras, stygio labentia luco.

Et pœna statuta erat, vt si quis fefellisset eius numen vno anno, & nouem diebus ab Ambrosia, & nectare prohibebatur.

Item & per principis genium iurare, fuit apud veteres maximū iuramentum, item apud Virgilium ita iurauit.

Aeneas Didoni. Per sidera iuro.

Per superos, & si qua fides tellure sub ima est.

In ea iurifurandi incertitudine, & vanitate versabantur gentiles non habentes cognitionem veri Dei, prout nos Christiani median te Christo Iesu Dei filio, ideo omittendo ea quæ sunt & fuerunt gentilium deperditarum, & ad nostra redeundo. Habetur de iuramento quod Abraham voluit præstare Abimelech, qui constituit septem agnos ineundo fœdera cum eo, Gene. xxi. Et de iuramento Dei Gene. xxii. ubi per metipsum iurauit, dicit Dominus, & Psal. 109. Iurauit Dominus & non penitebit eum, de quo etiam in c. Et si Christus, de iureiur. & hieremiæ. 44. Ecce ego iurauit in nomine meo magno dicit Dominus. & Amos. iiii. iurauit Dominus Deus in Sancto suo & Luca. i. iurandum quod habuit ad Abraham, & Apoca. lib. x. Angelus bonus iurauit per viuentem in sæcula, & de alia forma iuramenti in veteri lege. iiii. Reg. iiii. viuit Dominus & uiuit anima mea, & xxii. quæsti. i. c. & iurabunt, & in primitiua ec-

17. clesia iurabunt, testis est mihi Deus Roma. i. & ix. † Et de forma iuramenti regis erga Papam ui. in c. tibi Domino. lxxiii. distinctio. & de iuramento Imperatoris in coronatione in clemen. pri. de iureiurand. & de aliis pluribus formis iuramentorum vt vasallo- rum, & reuertentium ab hæresi, clericorum contra quos inquiritur, & clerici sepurgantis ab hæresi, testis, & iudæi, & ingredientis nouum magistratum. Tutoris, nuncii publici, & simi. uide in capitulo dilecti, ubi Domi. Abb. & Felyn. extra de maior. & obediens.

- 1 Ius canonicum ligat iudæos, & alios infideles peccantes contra legem naturæ.
- 2 Ecclesia punit iudæos si contra legem veteris testamenti faciant in moralibus.
- 3 Ecclesiasticus castigat iudæos, uel infideles delinquentes in opprobrium fidei Christianæ.
- 4 Crimen ecclesiasticum committens iudæus punitur per ecclesiam & quid de crimine non ecclesiastico & mixto.
- 5 Ecclesiasticus punit infideles ecclesiasticis, uel mixtis si uult, & quid presumatur in dubio an uelit uel non.
- 6 Crimina ecclesiastica que sint, & que secularia, & que mixta.
- 7 Sodomia an sit crimen ecclesiasticum uel mixti fori.
- 8 Incestus, & adulterium an crimina sint ecclesiastica, uel cuius naturæ remissive.

C A P V T N O N V M .

Illud quod supra in precedenti capitulo dictum est de iudæis, ut non subiiciantur canonibus, fallit ultra præmissa in aliis pluribus casibus, ubi ecclesia de ipsis iudicat, & inter alios se offert is, † quando scilicet iudæus uel alius infidelis peccat contra legem naturæ, nam tunc licite potest per ecclesiam puniri, & Papa qui est vicarius generalis Iesu CHRISTI de translato episc. c. i. & ii. potestatem habet super eos, cum enim Christus plenariam receperit potestatem à patre prout dixit supra cap. vi. nume. 26. eam vicario suo in terra dimisit, & Petro, & successoribus eius clauis regni cælorum dedit, & iussit ut pasceret oues suas, scilicet tam fideles, quam infideles per creationem, licet non sint de sacro ouili, si ergo peccant contra legem naturæ per Papam puniri possunt, ut patet in sodomitis qui peccantes contra legem naturæ à Deo puniti fuerunt, & cum Dei iudicia nobis sint exemplaria non occurrit ratio, quare Papa, qui est Christi vicarius hoc non possit & debeat, si detur facultas, ut per Docto. maxime. Petrum de Anchar. & Hosti. in c. quod super his. colum. iii. de voto, & ibi Ioan. And. & Inno cen. & per Abb. in c. nouit. colum. ii. extra de iudi. & Henri. Boich. in c. gaudemus. in princi. de diuorti. ubi etiam Ancha. quando scilicet peccant contra legem naturæ, & si colant Idola. & in aliis casibus ibi adnotatis, & potest etiam Papa mandare infidelibus ut admittant prædicatores in terris suis, quia omnis creatura rationalis facta est ad Deum laudandum secundum

- ¶ dum Inno. in d. c. quod super & per Cardi. Zabarel. colum. iiii. versic. quinto, quæro.
- 2 Pariter etiam secundum prædictos Docto. † Papa punit iudæos si contra legem veteris testamenti faciant in moralibus, unde Iudæus potest puniri per ecclesiam, transgrediens iuramentum præstitum secundum legem Moisi, ut dictum est supra c. quinto. nu. 17. & si contra legem suam, hæreses obseruent & inueniant, & tradit Felyn. in c. i. colum. xiii. versic. Et primo tres de constitu. & Abb. in c. post miserabilem in fi. de vsur. ubi dicit quod sicut Christiani sortiuntur forum ecclesiasticum si peccant contra legem Diuinam, ut contra iuramentum, uel quod simile, ita iudæi, cum non debeant ipsi gaudere maiori prærogatiua.
 - 3 † Idem dicendum est quando iudæi, uel infideles delinquant in opprobrium Christianæ religionis ut in c. sæpe. xxviii. quæst. i. Pet. de Ancha. in repeti. regulæ. ea quæ. de reg. iur. in vi. & consil. xv. spiritalis iudex. ubi de iudæo spiritu Diabolico instigato, qui in vilipendium fidei nostræ orthodoxæ, proiecerat immunditias super venerabile signum sanctissime crucis, in qua sculpta erat figura domini nostri Iesu Christi in forma Crucifixi, & per Oldrad. in consil. xxxvi. infra scripti sunt articuli. colum. ii. versic. sed nunquid excusabitur quia iudæus? Dicens quod ratione delicti sortitur forum ecclesiæ, quod quidem delictum constitutum, est ibi commissum in opprobrium fidei, & de intellectu eiusdem consilii Oldra. vi. Ioan. de Ana. in c. postulasti. colum. iii. versic. extra glofam. de iudæ. & ad idem iii. Calderi. consil. ii. in titul. de iudæ. ubi de iudæo qui dixit, Nasci il cane al Papa, & à chi el, se, Iddio non potrebbe fare chel fosse Papa, & concludit quod iudex ecclesiasticus potest talem blasphemiam punire, & etiam secularis ad instantiam, & requisitio nem ecclesiastici sed & Ioan. de Ana. in rubr. extra de iudæ. versic. utrum autem iudæi, concludit quod in sacrilegiis & alijs sui natura spectantibus ad forum ecclesiasticum, iudices seculares exerceant iurisdictionem suam, ratione qualitatis personæ, cum iudæi nec quo ad corpus, nec quo ad animam sint ecclesiæ, cum non sint baptizati, ideo de eis nihil ad ecclesiam, quod intelligendum puto secundum quod dicam infra nu. 5.
- ¶ Et de iudæo blasphemante, vi. etiam Alexan. consil. 233. ponderatis vol. vi. & Socin. consil. 102. in præsent. vol. i. & consil. 119. vol. iiii. & Rosarium Bussi. sermone. xiiii. parte prima. & in eius consil. quod subsequitur & ibi in prima subscriptione ad eius consilium

allegatur esse communem conclusionem, quòd tale delictum possit, & debeat puniri per iudicem secularem, & de iudæo qui de fide catholica sit oblocutus, per quem & qua pœna sit puniendus, maxime si a Christiano prouocatus sit, vi. Bal. cõs. 100. si iudæus, vol. ii.

Sicut etiam de Iudæo subuertente animum Iudæi volentis ad catholicam fidem peruenire, & illum de loco tuto educente, in quo poterat exercere libertatem animi sui, & extrahente eum in locum non tutum, & ubi non poterat baptizari, & de persuadente Christianos ad ritus eorundem iudæorum, & si ius canonicum violarint, nam hæc spectant etiam ad ecclesiasticum, vt per Bald. consil. 315. Iudæis tutela volu. pri. & consil. 316. cui se subscripserunt solennes docto. Francif. Squillan. episcopus in tracta. de fid. cathol. cap. 46.

Et de iudæo circumcidente Christianum, de cuius delicti pœna, vi. tex. in l. iudæi. C. de iudæ. & in l. i. C. de Eunuchis, & in c. plerique de consecra. distinct. iiii. & no. in c. nulla. 54. distinct. Iudæis autem permiffa est etiam iure civili fuorum circumciso l. circumcidere. ff. ad l. Corne. de sicari. Item ecclesia castigat iudæos in casu quando ex aliquo priuilegio eis indulto prohiberentur Christiani ad testificandum contra eos, siue in ciuilibus, siue in criminalibus causis, & per christianos non possent conuinci, nam tunc indirecte excommunicantur idem de aliis paganis, vt est tex. in cle. i. de testibus, & de aliis casibus, vi. Gemini. in d. c. nulla. & alium casum, in c. constituit. xvii. quæst. iiii. & ibi per glo. in verbo cedibus. Nota tamen quòd si quis iudæus prauaricatus sit in fide, & damnatus pœna aliqua, non per hoc eius filii a rebus eorum excluderentur, vt not. in c. Iudæi. i. quæst. iiii.

4 † Item iudæi & alii infideles subsunt ecclesiæ in omnibus criminibus ecclesiasticis, & in eis Papa exercet iurisdictionem, sicut contra fideles, vnde si delinquerent contra matrimonium, Papa vel ecclesia possent in eos animaduertere, vt not. in c. nouit. de iudi. In criminibus vero non ecclesiasticis iudex temporalis ipsos castigat, in mixtis vero vt sacrilegium, & similibus locus esset præuentioni, vt per Abb. in d. c. quod super. col. ii. versic. vnde concordando dicta Inno. iiii. de voto. & ibi. not.

5 Et quod dictum est proxime iudæos vel infideles † puniri per ecclesiam in criminibus ecclesiasticis, vel mixtis, intelligitur, si hoc uult ecclesia, quia summus Pontifex pro crimine mere ecclesiastico vel mixto potest, si uult imponere pœnam spiritualem, vel temporalem Iudæo, sed in dubio hoc non intelligitur uelle, sed per-

mittere, quòd crimina ipsa commissa per iudæos, puniantur per iudices seculares, per tex. iuncta glo. in verbo principibus. in clem. pri. de iudæ. Vbi pro crimine commisso in opprobrium fidei, puniuntur infideles a Principibus Christianis, & non ab ecclesia, cum enim non sint creaturæ ecclesiæ, illos non cohercet Ecclesia, Nisi de iudæis uel infidelibus aliud sit specialiter dispositum, & ita intelliguntur omnia iura, quæ probant quòd iudæo Ecclesia imponit pœnam spiritualem, vel temporalem, quia scilicet tunc specificè ita disponit, & ita declarat hanc materiam Socin. in consil. 119. præsupponitur in facto. columna penult. & antepenult. volumi. iiii. Qui dicit hoc etiam uelle Areti. in consil. 157. copiose, qui ita consuluit in ciuitate Senarum. Allegat etiam Alexand. præceptorem suum in suo consilio incipiente. Redemptoris, uisus inquisitione formata &c. Et est in consil. 99. volu. vi. concludens, quòd punitio blasphemæ in iudæo spectat ad iudicem secularem, & non ad ecclesiasticum, & dicit hanc esse cõem opi. nisi quãdo sæcularis esset negligens vt ibi per eum, Idem etiam tenet Abb. quæ refert Soci. ubi supra tenere in c. gaudemus. de diuorti. quòd scilicet ecclesia pro crimine ecclesiastico, vel mixto habeat potestatem statuendi pœnam contra infidelem si uult, sed quòd in dubio hoc non uideatur uelle, & ad hoc facit quod tradit Ioan. de Anania. in rubric. de iudæ. colum. ii. in fin. & colum. iii. ubi dicit quòd in sacrilegio commisso per iudæum, iudex sæcularis sit cognitor allegat Anchara. d. c. xv. & de his ui. per Doctor. in c. cum sit generale. de foro competent. & in c. postulasti. de iudæ. ubi Felyn. in ii. colum. Dicit quia ista uidentur inter se varia, ideo posse fieri duas conclusiones, prima conclusio, quòd ubi etiam inter Christianos crimen omnino est ecclesiasticum, de quo in d. c. cum sit generale, iudex ecclesiasticus cognoscet, fallit nisi iudex ecclesiasticus, uideret se Iudæum non posse punire, quia committet sæulari. per text. in c. post miserabilem de usur. & ita intelligit quæ dixit Oldrad. in d. c. xxxvi. infra scripti sunt articuli. Secunda conclusio ubi crimen inter Christianos pertinet omnino sæulari, vt homicidium, furtum, & similia, tunc etiam sæcularis puniet Iudæum, si uero uideatur esse mixtum locus erit præuentioni, & si iudex ecclesiasticus puniet, & non sufficienter, non prohibetur sæcularis iterum punire, & ui. etiam Ioan. de Ana. in c. ii. de maledi. & in d. c. postulasti. colum. pen. & fin. & Hippolyt. in l. ex Senatusconsulto. ff. de sicariis.

Et quomodo puniantur Iudæi, participantes cum Christianis contra sacros canones, & contrafacientes iis, quæ dicta sunt supra in prima parte cap. 4. & in aliis, vi. Archi. Floren. in sum. part. ii. tit. xii. cap. iii. §. iii. vbi etiam de pœna Iudæi blasphemantis Christum, & per Hostien. in c. nonnullis. in fin. extra de Iudæ. & ibi dicitur q̄ digna animaduersione debent compesci, q̄ relinquatur iudicis arbitrio, vt possit ipfos pœna capitalis affligere, vt per Ant. de Butri. in c. statuimus extra de maledi. & q̄ hæc pœna sit arbitraria vi. Rosarium Busti. parte pri. in consilio contra iudæos in subscriptione D. Baldastris de Brusattis, & in aliis subscriptionibus, adeo q̄ possent, vel pœna amissionis bonorū vel capitali, vel bānitoria affligi.

6 † Quæ autem sint crimina mere ecclesiastica, & quæ ecclesiasticæ, sed non mere, & quæ mixta, & quæ mere secularia, vi. per glo. in verbo malefactores in d. cum sit generale de foro competē. & ibi per doct. & maxime per Soci. col. fi. & per Ioan. And. in c. laycus, col. i. in fin. de iudi. in vi. vbi de omnibus causis spiritualibus & annexis, per Hostien. in c. nos inter de purgati. cano. & domini. in c. fin. de excep. in vi. per Specu. in titu. de compe. iudi. additi. in prin. Abb. in c. significantibus de offi. delega. Inter quæ ponitur crimē vsurarium, sacrilegii, hæresis, simoniæ, periurii, & adulterii, excommunicationis, rapinæ, & de fornicatione, in c. eos qui. distin. 32. vbi etiā de familia sacerdotis, vt de eorum causis Ecclesiasticus sit iudex competens, & de layco in rem Ecclesiasticam delinquente, q̄ fiat de foro Ecclesiæ, per Domi. ibi, & no. in c. placuit in glo. magna 6. q. iii. & alium casum vi. in c. literis. de raptori. Item causa decimarū dicitur spiritualis. c. literas. de iuramē. calum. c. causam de rescrip. c. fi. de re. permuta. scilicet quando agitur de iure decimandi, quod debetur Deo in signum vniuersalis Domini. c. tua. de Deci. secus si decimæ deberentur alio iure, vel ageretur de meris fructibus, & non de iure decimandi, vt not. in c. nostra. de loca. & in c. vt super de rebus. eccle. non alie. Est etiam crimen ecclesiasticum, quando aliquis defert merces prohibitas sarracenis, & per Ioan. de Anan. in c. ita quorundam. de iudæ. & de vendente victualia cariori pretio, quod episcopus possit cognoscere, cum sit casus specialis propter humanam necessitatem ui. tex. in c. i. de empti. & venditi. vbi per Hosti. in fin. & pariter de commiscentibus farinam fabæ, ceræ venali, vel aliquam aliam mixturam indebitam ui. D. Abb. ibi. colū. fin. & Roma. singu. 528. fui interrogatus & de quolibet crimine notorio vbi deprehenditur negligentia iudicis secularis quod ecclesiasticus

fiasticus cognoscat contra laycum per Doct. in c. nouit de iudi. vbi etiam ecclesiasticus cognoscit de pace fracta, & generaliter vbi-cunq; agitur de correctione peccati, & quod quis locupletetur cū aliena iactura, & vbi subest tātum naturalis obligatio, quod possit recurri ad ecclesiam, clerici enim plusq; layci tenentur peccantem corrigere. c. cum ex iniusto de hæreti. & ibi. per Calderi. & per Archidia. ii. q. i. si peccauerit & patet. xxii. q. v. c. anima. & de instituti. c. cum venissent.

7 Et non omitto, † quod sodomia est crimen ecclesiasticum vel potius mixtum, vel mixti fori, in quo crimine iudex etiam ecclesiasticus potest procedere vel punire exercendo iurisdictionem suam in laycos, pœnam pecuniariam imponendo, & flagellis afficiendo delinquentes, dummodo flagellantes in vindictam sanguinis non trāseāt per tex. in c. in archiepiscopatu. de rapti. & erit locus præuentioni, vt per Abba. ibi. col. fin. versic. sed aduerte, & non solum in vitio sodomitico hoc procedit, sed etiam in delicto contra naturam, vt in eis ecclesia vendicet sibi locum in laycos, siue peccando contra naturam in actu venereo, siue adorando Idola, vel alio modo, ita quod erit crimen mixti fori, nam sicut ecclesia punit infidèles delinquentes contra naturam, eodem modo potest vicarius suus, cum ex hoc peccato lædatur ipse Deus, qui est autor naturæ, vt per Abb. in c. clerici. de excessi. prelato.

8 † Et de contrahente incestas nuptias ui. glos. in aucten. clericus. C. de episcop. & cleric. vbi per Docto. & per Andr. de Ider. in c. i. §. bona. quæ sint regalia in vsib. feudor. & ibi latissime per Mathe. de Afflictis. & ui. etiam Ioan. de Anania. in c. postulasti. colum. fin. extra de Iudæ.

MARQVARDI DE SVSANIS

IVRISCONSULTI VTINENSIS,

DE IVDAEIS ET ALIIS

INFIDELIBVS.



TERTIA PARS

S V M M A R I V M.

- 1 Hominis excellentia.
- 2 Religionis uis.
- 3 Diuitiarum contemptus.
- 4 Dei cognitio sapientibus olim abscondita.
- 5 Trinitas per solum Iesum Christum reuelata.
- 6 Christus conciliator Dei, & Hominum.
- 7 Mors a fidelibus exoptanda.
- 8 Martyrum Constantia, & infra nunc. 31.
- 9 Christum non timuisse mortem.
- 10 Evangelicæ legis laudes, & præmia.
- 11 Leges Ethnicorum ab eorum falsis numinibus processisse.
- 12 Deorum Gentilium uanitas.
- 13 Dii diuersarum gentium.
- 14 Dij gentium ab ipsis etiam gentibus ludibrio habiti.
- 15 Idola nihil esse, aut posse.
- 16 Gentiles in sanguine brutorum animalium, & humano sacrificasse.
- 17 Sacer homo, quis diceretur, & Sacrum.
- 18 Sacerdotum Gentilium nephanda scelera.
- 19 Deorum Gentilium pluralitas.
- 20 Dij gentium ex rebus creatis assumpti, & ex ipsis animi affectibus.
- 21 Aqua, & ignis a Gentilibus pro Dijs habiti.
- 22 Animalia plura a Gentilibus, & uolucres in Deos habita.
- 23 Idolatria Deo odiosa, & Idolatris sumpta a Deo uindicta.
- 24 Idola, simulachra, & oracula cessauerunt adueniente Christo.
- 25 Prædicatio Pauli, & aliorum Apostolorum, & in quibus prouincijs.
- 26 Aquileiæ solitudo, & de Beleno, & Feleno Idolis ibi tutelaribus.

- 27 Beel Idolum, & Accaron, & Belzebub, & de Belo.
- 28 Idolatriæ Origo.
- 29 Euangelium toto orbi Imotuisse tempore Apostolorum, uel potius tunc ceptum, & præsent. . . & prope mundi finem id perferri debere.
- 30 Idolorum disperdendorum uaticinium Zachariæ quomodo intelligitur.
- 31 Martirij uis & laudes.
- 32 Imperatores plures ex gentilibus qui Christum coluerunt.
- 33 Maumetanos non esse Idolatras.
- 34 Maumetani quid de Christo, & eius matre sentiant.
- 35 Psalmos, siue Hymnos Dauidis canunt Maumetani, et omnes aliæ mundi nationes.
- 36 Maumeticæ legis reprobatio.
- 37 Hominis beatitudinem consistere minime posse, in delectationibus corporalibus.
- 38 Maumetis caliditas, & arificium in lege sua condenda.
- 39 Turcarum imperator inuitatur ad suscipiendum baptismum.
- 40 Christiani, quare ab infidelibus quandoque oppressi.
- 41 Fidei Christi persecutores ab ipso castigati, & cur Deus permittat infideles su-
peresse.
- 42 Iudæi peiores sodomitis, & alijs gentibus.
- 43 Iudæorum desolatio, & infelicitas, & de occisionibus prophetarum per Iudæos.
- 44 Iudæi propter Christi occisionem per orbem uagi, & sine sceptro, templo, & al-
tare, & alijs.
- 45 Iudæos sine templo non posse præcepta legis obseruare.
- 46 Sanguis iustorum clamat ad Deum.
- 47 Iudæorum maledictiones à Deo.
- 48 Gentilium uocatio.
- 49 Talmudica Iudæorum doctrina insultissima.
- 50 Christum nil prænucciasse, quod non contigerit.
- 51 Ecclesiæ Christi firmitas, & stabilitas.
- 52 Iesu nomen à Deo, & à prophetis mundo reuelatum.
- 53 Iesu naue, Iesu Syrach, & Iesu Iosedech, diuersa, a nomine Iesuab.
- 54 Prophetiæ omnes in Christo completæ.
- 55 Christum, etiam elementa esse Deum, dignouisse.
- 56 Gentilium auctoritates allegari ad eorum uanitatem conuincendam.
- 57 Sybillæ quid de Christo pronunciarint.
- 58 Sybillæ an fuerint spiritu sancto afflatæ.
- 59 Sybillæ an fuerint saluæ.
- 60 Gentilium auctoritas, ad fidei nostræ confirmationem.
- 61 Iudæorum error, quod messias ueniat potens in armis & dare salutem tempora-
lem reprobatur.

- 62 Diuitia impedimentum ad seruendum Deo.
- 63 Meſſia ſalus ſpiritualis, & non temporalis eſſe debuiſſe.
- 64 Meſſias debuit eſſe pauper ut Chriſtus, & de eius paupertate.
- 65 Meſſias debuit eſſe Deus, & homo.
- 66 Filius quomodo non portare debeat iniquitatem patris.
- 67 Baptiſmi uis, & quod utriq; ſexui conuenit. ſecus circumciſio.
- 68 Baptiſmi prefiguratio in pluribus in lege ueteri.
- 69 Baptiſmus pronuntiatus pluribus prophetarum.
- 70 Aqua in baptiſmo principium regenerationis, ſicut principium generationis in alijs.
- 71 Baptiſmus non reiterandus.
- 72 Aquas ſanctificauit Dominus noſter in baptiſmo in aquis Iordanis, & uim regeneratiuam contulit aquis.
- 73 Baptiſmi ſacramentum, cur in aqua inſtitutum.
- 74 Baptiſmi ſpecies triplex.
- 75 Baptiſmus Ioannis non erat ablutio peccatorum.
- 76 Baptiſmi ſacramento, euacuata eſt iudeorum carnalis circumciſio.
- 77 Hominis miſeria, & infelicitas.
- 78 Miſericordia Domini indeficiens, & extenſa.
- 79 Fides & opera ad ſalutem neceſſaria.
- 80 Homo huius mundi aduena.
- 81 Vita hominis olim prolixior, & deinde breuior ſtatuta.

C A P V T P R I M V M .



Nemo eſt tam rudis intellectus, aut hebetis, & obtuſi ingenii, qui non animaduertat nihil admirabilius homine, poſſe ſpectari in hac quaſi ſcena mūdana, (vt uerbis utar abdalæ ſarraceni,) Hinc Plato humanā formam, Thei- dem eſſe, ait: nam & ipſe ſolus eſt rationis capax & qui conſilio, mente, prudentiaq; deum intelligere poteſt, qui & linguam, ſermo nemq; a Deo accepit, vt poſſet enarrare maiestatem ſui creatoris, & de eo ſcriptum eſt, creauit illis ſcientiam ſpiritus, & ſenſu imple uit cor illorum, & mala, & bona oſtendit illis, poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum, oſtendit illis magnalia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent; conſiderando opera creatoris, & Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum, & fecit ipſum rationalem creaturam, quæ ſummum bonum intelligeret, intelligēdo amaret, amando poſſideret, poſſidendo fruereſtur, & cum in eo ſit Angelica mens, & Dei ſimilitudo,

Eccleſia. 81, 17.

Bapl. 2.

ſimilitudo, quæ ſacra manus conſinxit, & cœleſtis flatus in uitalem ſubſtantiam animauit, huic elementa ipſa, & bruta, & omnia famulantur, & omnia, quæ ſub cœlo facta ſunt, & eſt ſuper omnes uolucres cœli, & uniuerſis, quæ mouentur ſuper terram, omnes piſces maris manui noſtræ traditi ſunt, & omne quod mouetur, & uiuit erit uobis cum in cibum, dixit Deus ad Noe. Homo autem propter ſe ipſum, & ex ipſa re patet, communia eſſe homini omnia naturalia, atq; in eo omnium rerum naturam conſiltere, hinc Philoſophus dicit, utimur ergo propter nos omnibus, quæ ſunt, ſumus enim & nos quodammodo finis omnium, &c. Propheta de homine dixit. Dii eſtis, & filii excelsi omnes, in cuius creatione Deus omnipotens prodidit, quantum cæteris rebus creatis, dignitate præſtaret, cum ipſum in cœlo creauerit, & formauerit corpus eius ueluti veſtem, & reddiderit ipſum diuinitatis participem, & dum per omnia, dixit Deus fiat, & facta ſunt, creare uero hominem quædam externi conſilii deliberatione uoluit dicens, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & propter eius dignitatem, Deus, omnia homini ſubmittendo, nihil dimiſit ei non ſubiectum, & omnia noſtra ſunt, ſcilicet ſuperiora, æqualia, & inferiora, teſtante Apoſtolo, & ſicut homo factus eſt propter Deum, ſic factus eſt mundus propter hominem, ut ei ſeruiret, de quo etiam Boetii. Ita meminit; Quoniam igitur illius ſupernæ ciuitatis, cuius ciues Angeli ſunt, numerum imminutum noluit conditor permanere, ex terra hominem formauit, ac ſpiritu uitæ animauit, ratione compoſuit, arbitrii libertate decorauit, ut quia ſuperior natura, per ſuperbiæ malum petierat ima, inferior ſubſtantia, per humilitatis bonum ascenderet ad ſuperna; Quid? quod Angeli dati ſunt cuſtodes hominibus ad ſalutem animæ, & corporis, exultatq; cœlum ipſum, & chori etiam in uo peccatore pœnitentiam agente c. quia. ſanctitas. l. diſtinct. xxvi. quaſt. vii. penitentem, & de peni. diſtinct. i. c. ſerpens. & c. importuna. Et Mercurius Trimegiſtus in Pymandro. c. x. ſi audendum eſt, inquit, uerum fateri, homo uerus, uel cœlicolis eſt præſtator, uel ſaltem pari ſorte potitur; & iterum. Audendum eſt dicere, hominem quidem terrenum, Deum eſſe mortalem, Deum uero cœleſtem, immortalē hominē.

Gene. 9.

2. phil.

Aug. lib. 2. medita. c. iij. Boc. lib. 2 de Trini.

Luce. 19.

- 1 Et ea propter, † vt homo ad superiora respiceret, rectus à Deo fuit creatus, vt in cœlum, cuius vultus sublimis, & status erectus originem suam quæreret, & vt peculiaris homini esset in Deum excitatio, & humani corporis ad supera erectio, & qui quasi spreta humanitate terræ ad altum nitretur, linguam eidem in ore plantando ad benedicendum, & ad laudandum creatorem, & non ad maledicendum procliuem, (scriptum est enim abstinere linguam tuam à malo) oculosq; in suum opificem intenderet, hinc hominis naturalis instinctus ad cognoscendum primam causam, quasi vltimum finem, quæ prima omnium causa Deus est, & ideo eius finis vltimus est, ipsum Deum cognoscere, & omnis intellectualis substantiæ finis vltimus, est Deum intelligere, cum cætera animalia in humum vergant. Et licet homo constet ex corpore, quod est terrenum, & in quo vitia, (cum tamen in eo sit immortalitas) & constet etiã ex anima, quæ est cœlestis, in qua virtutes (omiſſa cura temporalitatis) quæ corpori attribuitur, inniti deberet æternæ animæ felicitati adipiscendæ, & altius, generosiusq; animum excitare ad inuestigandum, quod sit homini proprium bonum, qui est Deus, & in ipsum cognitiones, & actus suos dirigere, & velis, remisq; incumbere, vt artificii eminentissimo, suo restitutam cãdori, omniq; prorsus labe defecatam animam, quàm Innocentissime fieri potest offerret, & corpus de terra nobis Deus contulit, vt ipsum, & in cœlum reuehamus, non ut animam per ipsum ad terram detrahamus terrenum est, licet si velimus efficitur cœleste, & omnis dignitas hominis est ab ipsa anima, vt tradit cœlius libro primo antiquarum lectio. cap. 43. cum sequentibus, ne illud in eum obiiciatur, cum in honore essemus, non cognouisse, similes factos brutis, & iumentis insipientibus, inquadat animam sacra quædam ambitio, vt mediocribus non contenti, anhelemus ad summa, adq; illa, (quando possumus, si volumus) consequenda, totis viribus enitmur, quæ Dei ciuitas est, & sponsa Christi per dilectionem spiritus sancti templum sanctificationis intuitur.
- 2 † Et ipsius animæ liberandæ ratio, secundum Augusti. solus est ipse Dei cultus, nam religio est ea, quæ vniuersalem continet viam animæ liberandæ, & adoratio, animam ipsam ad suscipienda diuina, efficit ampliorem, & cœlestis ex hac augetur amor, & frequens mentis in Deum eleuatio, nos Deo familiares facit, & ea duce, cū Deo à quo sumus, iterum copulamur, & hic vnus Dei cultus, distinguit nos à brutis, cum & sermonis, & actiue rationis vestigia quæ-

dam, sint in bestiis, & ex Platoniorum sententia bestias aliquid quid uis facere potius, cum cœlestia videntur honorare, aut si honorant, nescire quid agant, Debemus ergo ipsum Deum omni mentis puritate colere, & vnitatem animæ nostræ vnitati diuine insinuare, eandem seruando Deo suo intactam, impollutam, incontaminatam, & integram, & hoc debet esse negotiū nostrum, hoc ociū, hic labor, hæc requies, in hoc vigiliæ, & somnus etiam reponatur, nam, & hoc erit perpetuò nostrum, cum reliqua post nos, alios Dominos sortiantur, qui si corpori huic fragili, in hoc terreo carcere tot bona concedit, qualia erunt, quæ preparauit diligentibus se in patria cœlesti? Quæ igitur sursum sunt, quærenda sunt, non autem tanquam huius sæculi dilectores, in cœlestibus esse debiles, & in terrenis fortes, & pro gloria temporali non timere mortem, & pro vita æterna, nec minimum quidem laborem sustinere velle, licet postquam sibi homines mundana ea thesaurizauerint, hæreditabunt moriendo serpentes, & bestias, & vermes.

Ecclesiæ.
lii, 20.

- 3 Ad quod animaduertentur † & ipsi gentiles, quorum maxima pars spreuit diuitias, & honores, & bona ipsa temporalia, tanquam fortunæ ludibrio sui profita, & voluptatem, qua dominante virtuti locus esse non potest, quam plato malorum escam appellat, & ab homero fraus nominatur, quæ vtpotè mentem homini fraudolenter auferat, vnde Silius de ea ita cecinit. Quippè nec ira Deum, nã nec tela, nec hostes, quantum sola nocet animis illapsa voluptas, ebrietas est fida comes tibi, luxus, & atris, circa te semper volitans infamia pannis. Et de diuitiarum inimicis vide Quod legitur de crate thebano, qui maximum auri, atque argenti pondus in mare proiecit, vt melius, & sine impedimento Philosophiam sequeretur, & de M. Curio, quem cum samnitum legati reperissent rapam in igne torrentem, eiq; multum auri obtulissent, dixisse ferunt, malo hæc comedere in fictilibus meis, & habentibus aurum imperare, & de sexto Aelio viro consulari, qui vasis fictilibus prandere solebat, ad quem Aetolorum legati, cum vasa argentea misissent, ea ita contempsit, vt vsq; ad extremum vitæ diem, duo tantum pocula habuit, quæ à Lucio Paulo socero suo acceperat, Auth: Plii: Nonne ob id etiam Scipio maior, publicam rerum administrationem sponte dimisit? & Messalla primus omnium Romæ præfectus constitutus die sexta ab ea dignitate se abdicauit? & Phocion ea omnia auri pondera recusauit, quæ magnus Alexander ex præda

perfica ad ipsum miserat, & alios, quos omitto in confuſionem noſtram, qui Chriſtum profiteſmur, is enim in paupertate viuens, non in cœlo theſaurizare edocuit, nec poſſidere aurum, argentum, aut pecuniam, ſed vt omnia venderentur, & darentur pauperibus: quid quæſo optabile in voluptatibus mundi? quæ dum quærentur fatigant, cum acquiruntur inſatiunt, cum amittuntur excruciant; facienda ſunt, quæ faciendæ eſſe cognoſcimus, videmus enim quotidie Dei iuſtitiam, non eſt indulgendum his, quæ diſplicent domino, & Chriſto eius, & oportet Deo magis placere, quàm hominibus.

Et quid in hoc homini agendum, ipſa naturæ lex, ipſa ratio, ipſe Deus oſtendet, & in hoc potiſſime cenſeo inuigilandum, vt in altu eleuemur, videlicet vt de duabus aliis fidamus, eleemoſyna ſcilicet & oratione, quid enim poſſumus ſine Dei auxilio? aut quomodo ille auxiliabitur non inuocatus? ſed & inuocantem te non exaudiet, qui prius pauperem non exaudivit, & ſi tu homo hominem cõtempſeris, Deus te hominem conuenientius ſpernet, item & ſacra volumina uerſanda ſunt manibus, latet enim in illis uis quædã efficax, quæ legentis animu in Deum mira poteſtate transformat.

- 4 † Aeternæ autem vitæ inueſtigatio, & veri Dei cognitio, ſunt olim ſapientibus mundi abſcondita, qui ſe ipſos, & alios per philoſophiam inuoluendo, & inanes fallacias deceperunt, & in uanitate ſenſus ſui ambulantes, & ſibi inuicem repugnantes, per hæc inferiora procedendo, oberrauerunt in Dei cognitione, quia rationes radicaliter in ſenſibus fundatæ, & compoſitæ, intellectualem illam naturam è ſenſibus remotam, nec capere, nec concludere potuerunt & ſcite Tertullianus, appellat philoſophos, patriarchas hæreticorum, nam & intellectus noſter ad ea eſt ſicuti oculus veſpertilionis ad ſolem, & ideo ſcriptum eſt in canticis, quæſui & non inueni eũ, & Iob. xi. Forſitan veſtigia Dei comprehendes? & omnipotentem vsq; ad perfectum reperies? quaſi dicat, non, & alibi, perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, & nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? & animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur, & quonam modo ex ſocratis ignorantia, potuit haberi Dei ſcientia? & ex Anaxagoræ, Empedoclis, Diogenis, Archeſilai tenebris, lux hauriri? Quid veræ fidei ab impio Ariſtotele, & perfido Aueroe, aut ex platonico rum ſuperſtitione? Quibus, ſiquis incumbit decipietur, ſicut & ipſi fuerunt

Eſa. 29.
1. Cer. 1.

fuerunt decepti, & certum eſt quantum errauerint, vel potius inſaniuerint philoſophi, vt Thales mileſius, qui principium omnium rerum aquam pronũciauit, & omnia ex aqua, & in aquam reſolui, & Anaximenes, qui aerem ipſum principium omnium dixit, & in ipſum omnia reſolui, & alii, qui ex terra omnia eſſe facta, & Pythagoras, qui opinatus eſt, animam tranſire in multa corpora & quidam vt Metrodorus, dicens, nos nihil ſcire, & omnia eſſe apparentia, & Diogenes, & Diagoras, & Theodorus Atheos, Deum non eſſe, authore Cicerone libro. i. de natura Deorum, & Heraclitus, qui omnia ex igne & in ignem reſolui, & plures alii, & Plato etiam ipſe, qui multitudinẽ Deorũ induxit, & ſingulis formã impoſuit.

Et ideo propter eorum incertitudinem, & cum eſſent ſine lumine, erecta erant athenis ara Deo ignoto, nã in Die Dominicæ paſſionis, videntes philoſophi qui athenis erant, tenebras factas ſuper vniuerſam terram, non potuerunt cauſam inuenire in naturalibus cauſis, & tandem ad hoc inducti ſunt vt dicerent, quia Deus naturæ paciebatur, & Athenienſes ideo conſtituerunt aram illi Deo ab eis ignoto, qui eſt Chriſtus eo die paſſus, item & expeditum eſt, in quot errores per tritas altercationes itum fuerit, de rerum principiis, de vniuerſo, de materia, de ideis, de cauſis, de inani, de motu, cæteraquẽ eiufmodi ſeu phyſica, ſeu metaphyſica reſpiciant, & ſic de tenebris in tenebras cæcuciendo inciderint, cum tamen humiliandum ſit Deo, nec de ſe quicquam præſumendum, humilitas enim ad ſapientiam diſponit.

Actu, 17.

- Sed non ſuſtulit miſericors Deus hominem diutius oberrare, ſed per I E S V M C H R I S T V M eius filium uiam conſequendæ tam ueritatis, quàm immortalitatis oſtendit, poſt cuius aduētum fuit aperta via, uera, & patens, omnibus credentibus in eum, & nemo ante ipſum aperte reſerauerat † trinitatẽ ſcilicet patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum. Nam licet Mercurius ille Trimegiſtus aliquid dixerit de tribus perſonis, in libro, quem fecit de uerbo perfecto, cuius hæc aſſeruntur uerba, videlicet dominus, & omnium factor Deorum, ſecundum fecit Deum, quoniam hunc fecit primum ſolum, & uerum, bonus enim uisus eſt, & pleniffimus omnium bonorum, & lætatus eſt, hic eſt filius benedicti Dei, atque bonæ uoluntatis, cuius nomen humano ore non poteſt enarrari, & ſequitur infra, hunc Deus dilexit vnigenitum ſuum, quæ uerba Mercurii, (quem Auguſtinus nominat teſtem euangelicæ ueritatis. in lib. de quinque hæreſi. cap. iii.) uidentur ex parte conſonare fidei noſtræ

Prouer. 1.

de patre, & filio, sed in hoc dissonant, quòd dicunt Deum fecisse Deum, deberet enim dicere, genuisse, præterea filius non potest dici secundus à patre, quasi posterior sit tempore, uel maiestatis dignitate, immensus enim est pater, immensus filius, immensus spiritus sanctus &c. De qua etiam trinitate, cum unitate, habetur per Esaiam introducentem Seraphin Clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, tres sanctus ad tres personas referens, & Dominus semel Deus dicitur. Vnde cum ipse Christus sit uia, veritas, & vita, quis poterit errare in uias, & fallere in Christo? qui est veritas? De quo Ioannes scripsit, anuntiamus vobis uitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis, & alibi, & hoc est testimonium, quoniam uitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius est, qui habet filium Dei, habet uitam, qui non habet filium Dei, uitam non habet, hæc est uita illa, de qua scriptum est, sapientia filiis suis uitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præbit in uia iustitiæ, & nemo amplius errare potest in uia, nisi uelit, de qua sic locutus est sacer uates, hæc est uia, ambulate in ea, & ecce dabo in Syon salutem, & in Hierusalem gloriam meam, & uidentia sunt, quæ scribit Augusti. contra philosophos, & gentiles in homilia super Ioan. & q̄ Christus est uita, & fides eius Ianua ad cœlestem patriam.

O, admirabilem Dei sapientiam, quæ differt à cæteris artibus, ratione diuinarum rerum, ad alias namque scientias qui uelit accedere, in primis opus est excellentie ingenii magnitudine, ac memoria, & se propugnacem oportet, callidumque in disputando præbeat, & nulli rei facile assentiatur, sed certam rationem in omnibus, argumentationemque requirat, at uero sacrarum rerum cognitionem, quæ in scientiis, altissimisque diuinorum consiliorum misteriis uersatur, & posita est, non nisi, qui credulo, ac simplici ingenio fuerit assequetur, & percipiet, ad hanc enim per fidem, & humilitatem aditus patet, hæc elatos animos, gloriæ cupidos, audaces, callidos maxime aspernatur, & repellit, & simplices, puros, ac benignos, humanissime complectitur, & hos ad sacra sapientiæ suæ misteria adhibet Christus Dei filius, qui non multo labore delectatur, sed fide, & oratione, non longi temporis studio, sed humilitate spiritus, & munditia cordis, non librorum copia, sed expurgato intellectu, etenim ipse est agnus de tribu Iuda, qui librum suis aperit signatum Dominus noster Iesus Christus uerbum, & filius Dei pa-

tris & sapientia, Deificans, & qui nos efficit cum eo Dei filios, qui cum esset Deus, semetipsum deiecit forma serui assumpta, in similitudinem hominum constituti, & figura repertus ut homo, humiliter præbuit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, & quilibet in eo credens, templum & penetrale diuini numinis efficitur, nam intra pectus credentium firmat habitaculum suum, inde Apосто. 1. Cor. 6. Templum Dei intra uos est, quod estis uos, & rursus, uos estis templum spiritus sancti, uides ergo disparem esse rationem consequendi sapientiam Dei ab ea, quæ est mundi.

Quisquis ergo non uult uera sapientia, & uita carere, sed ueram sapientiam, & beatam uitam agere, ad ipsum Iesum Christum properet, qui est patris sapientia, & uita uera, & qui mortem destruxit, ipsique adhaereat, & in ipso maneat, ut uiuens, fiat Dei sacrarium, 6 nam & ipse est unus conciliator Dei, & hominum, & per hunc habetur aditus ad patrem, qui & antiquo ex Patriarchis Iacob, (in cuius domo regnare debebat) sese ostendit in signum scalæ, per quam ad ipsum Deum ascenderet, ipsius uidentis electa posteritas, qui quidem Iacob, tunc uidens diuinitatem Christi Mediatoris, in humana carne latentem admirans, & confitens dixit, uere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Porta, quia ipse dixit, ego sum hostium, per me si quis introierit saluabitur, domus uero illa, in qua à principio omnia collocata erant, & in quam suscipit domesticos, ut Pascua tribuat, nam & ipse factus est pro nobis, à Deo, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, & in ipso restituta est iustitia, & restitudo originis quam in Adam amisimus, & sicut in eo omnes peccauerunt, ita in Christo omnes credentes salui erunt, cum per eum in terra hominibus manifestantur, quæ in cœlo in consistorio Sanctæ Trinitatis tractantur, omnia enim quæcumque audiui à patre meo nota feci uobis, dixit ipse, de cuius iustitia & redemptione scriptum est, iustitia indutus est Dominus ut lorica, & Galea salutis in capite eius, & erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium Renum eius, item iustitiæ dator Dominus est, & expectatio patrum, & iustitia sempiterna adducetur, delebiturque iniquitas, & misericordia, & ueritas mutuo sibi occurrerunt, iustitia & pax sese osculata sunt, propterea quod in uno Christo tandem locum sibi inuenierunt, ideo, ut dictum est, sese osculo exceperunt, & in uno Christo proposita sunt nobis omnia, creatio, uita, lux, gratia, iustitia, sa-

Ioan. Epi. 1
Ioan. 7.

Ecclesia
11. 4.

Esai. 20.
& 46.

Ioan. 15
Esai. 59.

psal. 87. 89

7 *piencia, veritas, sanctificatio, & redemptio; qui fuit cœlitus à patre missus ad nos, vt se filium Dei ostenderet, prout se vniuerso orbi patefecit, & legem dimisit, quæ est lex spiritus, amoris, suauitatis, libertatis, vitæ, fortitudinis, iustitiæ, & saluationis, & quæ non pollicetur temporalia, sicut lex vetus, sed spiritualia, & æterna, scilicet gratiam in præsentī, & uitam æternam in futuro sæculo, qua sanctissima lege Duce, † nemo ipsam mortem trepidabit, sed moriendo mori desinet, & uiuere incipiet, & si corpus fragile resoluetur, anima è corporeo carcere absoluetur, & moriendo gloriabitur, nullaq; moriens anxietate torquebitur, sciens se cœlesti vita potiturum, experieturq; uitam hanc, fuisse transitum ad mortem, & mortem ad melioris vitæ originem, quæ uita suauis erit, ignara mortis, nescia tristitiæ, sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, vbi non est aduersarius impugnans, vbi nulla peccati illecebra, vbi non exuries, setis, algor, calor, lassitudo, nec animi passiones, vbi tandem Deus facie ad faciem cernitur, & non per speculum, ut ait Iob. in facie Domini uidebimus lumen, & satiabimur, cum apparuerit gloria eius, & erimus sibi similes, ut ait Ioannes, & ideò mors, ne dum flenda est, sed Christi fidelibus maxime exoptanda, & quàm delectabile erit illud bonum, vi. Ansel. in lib. Prologion. & Augusti. in c. vlti. de Ciui. Dei, & Psal. 83. Beati, qui habitant in domo tua Domine &c. & ui. tex. in c. quã præposterum. xiii. quæst. ii. † Hinc Martyrum constantissima exultatio, & tanta in eis mortis huius iubilatio, ut gladios, ignes, & alia atrocissima tormenta facile pertulerint, quos non blanditiæ deciperunt, non minæ terruerunt, non cruciatus deuicerunt, nec illi suppliciis sed potius illis supplicia cesserunt, & torti tormentibus fortiores extiterunt, & in fide stabiles, in dolore patientes, in quæstionibus victores fuerunt, quod maxime admirandum est, potissimum in sexu fœmineo, & virginibus ipsa natura, molibus, timidis, & fragilibus, & non à parentibus, qui Christi fidem sanguine proprio defenderunt, & inexpugnabile eiusdem veritatis fidei argumentum, Ardebant enim igne illo, de quo idem Dominus noster dixit, ignem veni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut ardeat? O' fœlix flamma, ardens, & non vrens, illuminans, & non incinerans, sic omnes, quos tangis, in te transformas amantes, vt merito Dei uiui nomine appellentur, calefecisti Apostolos, & omnia præter te relinquentes, filii Dei effecti sunt, calefecisti Martyres, & sanguinẽ fuderunt, ut ille eorum mixtus cum tuo sanguine, unum quid efficeretur,*

Gui. La.
cebræ

ceretur, calefecisti virgines, & igne amoris, ignem factoris extinserunt, ut legitimæ efficerentur sponsæ tibi coniungendæ, calefecisti confessores, & duris sese carceribus manciparunt, vt tibi soli uacantes, facile tecum uiuerent, & vide quid de ipsis Martyribus alibi dictum sit, quis est tam excors, atque cæcus, qui non uideat in Martyribus fuisse sapientiam? licet eorum persecutores malitia, & furore excæcati stultos esse arbitrabantur, qui cum habent in sua potestate supplicia vitare, cruciari tamen & mori maluerunt, sed possent ipsi ex eo uidere non esse stultitiam, in qua tanta hominum millia, per orbem totum una & pari mente consentiunt, si enim fœminæ sexus infirmitate labuntur, viri certe sapiunt, si pueri, si adulescentes improvidi sunt per atatem, maturi certe, ac senes habent stabile iudicium, si una ciuitas desipit, cæteræ utiq; innumerabiles stultæ esse non possunt, vbi & plura alia. Quod quidem Martyrium Abel prior dedicauit ante ullius exemplum.

Lactan.
lib. 5.

9 Quas quidem passiones, & mortem ipsam, † etiam Christus Dominus noster minime recusauit, immo tanquam dux nos omnes præcessit, ne quis iter perhorresceret, fuitq; fortior, & præstantior quibuscunq; aliis, nec talis fuit is, qualis plures sunt, qui alligant onera insupportabilia, quæ imponentes, digito summo tangere nolunt, vt habetur xxvi. quæst. vii. alligant. glo. fin. in c. i. de vsur. in vi. Sed legem quam dedit carnaliter adimpleuit, & ob eam subeundam de cœlis in virginem matrem descendit, & se ipsum tradenti turbæ obtulit, & occurrit, & Petri Zelum compescendo, nõ est passus gladii adhiberi suffragium, sed tanquam agnus se pro salute omnium in eo credentium præbuit crucifigendum, & qui nõ ob aliud dixit, tristem animam suam vsque ad mortem, nisi quia sciebat mortem a Iudæis sibi inferendam, fore illius gentis reprobationem & damnationem, & vt ex instantis mortis imaginatione ostenderet se etiam hominem, vt Deum, & ut fieret voluntas patris, & sacrificium carnis à timore, & tristitia inchoaret, quis enim aliter dicat, illum quæ omnia timent, timuisse mortem? & qui mors est mortis, morte appropinquante pertimuerit? Sic etiam ipse Dominus fleuit Lazarum iam sepultum, non utique ut flendi mortuos formã daret, sed ut se per lacrimas verum corpus assumpsisse ostenderet.

Math. 23.

Augu.

Festinent igitur omnes à fide Christi alieni, & properent ad ipsum Dei filium, & omnium in eum credentium redemptorem, nec ulterius aliquem sera immoretur segnities, sapiat se quisquis man-

dati legis huius diuinæ, quasi quodam vallo, illum enim non expugnabunt dolores aliqui, & corporis afflictiones, nec mundi huius voluptates, breues, & transitoria, umbræq; & somno similes, & maioris boni certissima iactura, & non habemus hic ciuitatē manentem, sed futuram inquirimus.

Ad Ebrg.
13.

Quod si quis eiusdem legis euangelicæ perfectionem dignoscere cupiat, effingat quæso sibi, atque oculis suis subiiciat hominem aliquem, mandatorum eius executorem, & in eius uia sanè ambulantem, ut qui diligat Deum ex toto corde, & tota anima & mente, & virtute sua, & qui credat in Iesum Christum eius filium sine hæsitatione, & propter ipsum relinquat patrem, & matrem, & omnia, diligat etiam proximū, sicut se ipsum, & inimicos suos, & pro eis oret ipsiq; benefaciat, & quascunq; iniurias patienter sustineat, & tunc etiam ex corde remittat, sit pius, pacificus, & misericors, humilis, abstinentiæ deditus, caste sobrieq; uiuens, & mitis corde, & qui seget se ipsum à mundo, & seipso, non hypocrita, nec confidens in pecuniis, & elemosynam indigentibus elargiatur, nec alieni cupidus, peruigil in oratio, ieiuniorum obseruator, de peccatis abstinentiam agens, & primo quærens regnum Dei, & cætera præcepta non omittat, quæ ueritas ipsa nos docuit, & in exemplum reliquit, ut est uidere præcipue Mathæi, v. usque ad octauum exclusiue.

Cui nam quæso assimilabimus hominem istum? Nonne plus diuinitatis, quam humanitatis in se habere iudicabitur? atque in terris uitam cœlestem ducere dignoscetur? & Augustum esse numen humana carne uestitum? & quis non reuerbitur hominem eiusmodi? cū Angelus ex homine redditus dici possit? Hi sunt quos aliquando sacra pagina Deos appellat, & Dei filios, & templa spiritus sancti, scilicet per Mysticam incorporationem ad Christum, & per unionem gratiæ, fidei, & charitatis, & glorię participationē,
 10 ¶ ca est ius legis euangelicæ, in qua nihil turpe, aut flagitiosum spectandum, imitandumq; proponitur, ubi ueri Dei, aut præcepta insinuantur, aut miracula enarrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. O lex admirabilis, felix, iucunda, & ab omnibus expetenda Metamorphosis, quæ fit per legem euangelicam, dum nos in Deos, & Dei filios transformat. O quam gloriosus est finis legis euangelicæ, qui est fruitio Dei, quid carius expetendum? ¶ Extollebant olim Ethnici leges eorum, uel quia à Dea
 11 (ut asserbant) cerere emanassent, ea nq; ob rem legiferam à

Poetis & aliis appellatam, uel ab apolline, Minerna, uel Nympha Egeria, ut legitur de Lycurgo, Solone, & Numa Pompilio, quod ab eisdem falsis numinibus leges per eos traditas habuerint, ut ferūt etiam ob id apud Græcos themin celebratam fuisse, & Dicen Deā præsidem iudiciorum, uirginemq; & Iouis filiam, cuius diaconi, & ministri dicastæ dicebantur, & apud Cretenses habitus fuit iupiter legum dator, & pœnes homerum legitur Minoa à Ioue patre leges edoctum per Nouennium, & tunc ciuitatibus illas imposuisse, quæ tamen tanquam à mortalibus inuentæ, simul cum inuentoribus defecerunt, non sic lex euangelica quæ Iesum Christum filium Dei habuit, & authorem, & doctorem, & cum eo uiuet in æternum, simul cum omnibus qui ipsum sequuti fuerint, & eius præcepta seruauerint.

Cuius quidem sacræ legis, & fidei excellentia ex cæterarum sectarum collatione facillime percipi poterit.

12 Et in primis ¶ si gentiles respiciamus solitos seruire perditissimis demonibus, quos Deus in æterna supplicia damnauit, quæ nā fuit & est ipsorum, & si qui sunt alicubi hodie (ut fertur) in orbe gentiliū dementia? In adorando quendam Iouem, Saturnum, Vulcanum, Apollinem, Bacchum, Iunonem, Latonam, Vestam, Rheam, Persephonem, Mineruam, & similes tanquam Deos, quos
 Laſan. olim patet homines fuisse & pro uniuscuiusq; eorum uita uel meritis humanis, coli apud suos post mortem cæpiſſe, putantes etiam multigena numina secundum rerum pluralitatem multiplicata; ut de aeris uirtute, Iunonem, de vi teluris, uestā, quia herbas, floresq; producit, qui sunt tanquam uestes, & ornamenta terræ, & de Sole, Herculem, eidem attribuentes duodecim certamina propter decursum eius per duodecim signa, cui assistere dicunt nouem Musas. i. nouē celorū orbes in motu & uirtute cōsonantissimos, Lunā uero, Dianam, & Lucinam, quæ conferat mulieribus parturientibus ex Nouilunio, & similibus, cum tamen Deus ipse in omnibus mundani corporis membris operetur, omnibus præstans, ut ipsi cooperetur, ne partes mundi dissectæ, absque uiuente uirtute deficerent, quod quidem ueritatis sacramentum antiqui minime perceperunt.

Eusebi. 3
 præpara-
 Euange-
 lica.

Permaxima etiam fuit olim humanæ uitæ deceptio, quoniam aut effectui, aut Regibus deseruientes homines, communicabilem rationem, & lapidibus, & lignis imposuerunt, & in tenebris erran-

tes secundum diuersas regiones & prouincias, sibi diuerfos Deos
 13 constituerunt, † ut fuit apud Aegyptum Isis, apud cretenses, iuppi-
 ter, apud Mauros, Iuba, apud Latinos, Faunus, apud Romanos,
 Quirinus, apud Athenas, Minerua, apud Sannos, Iuno, apud Pa-
 phum, Venus, apud Lemnos, uulcanus, apud Naxon, liber, quo ni-
 hil irrationabilius dici potest, quàm vt quis credat esse Deos, qua-
 les, homines esse non deceret, & Deos esse putant, quos mortales
 fuisse non audent negare, nam Melicertes, & Leucothea præcipi-
 tantur in Maria, & fiunt postmodum Maris Numina, & Aescula-
 pius ut in deum refurgat, fulminatur, Hercules, vt hominem exec-
 cat æteris ignibus crematur, Apollo Admæti pecora paut, & Ve-
 nus illa Calua, & apud homerum vulnerata.

Cum si à Ioue principium capiamus, confitentur ipsum Satur-
 no & Rhea genitum, & quomodo potest is Deus uideri, qui post
 infinita mortalium millia, progenitus est? & pro Deo colendus,
 qui delicta sine numero perpetravit, ut de ipso Ioue, qui ut Regno
 potiretur, patrem Regno expulit, & qui plura commisit supra, ut
 de Danae, & Europa, & diuersa adulteria, & raptum Ganymedis
 secundum poetica figmenta, cum tamen Danaen uiolaturus iup-
 piter, aureos numos in sinu suo largiter effuderit, & hæc stupri
 merces fuit, & si erant Dii aliquando nati, cur non suscepit iuppi-
 ter ex Iunone filios? nisi forte Iuppiter senuit, & partus in Iuno-
 ne defecit, & quidam, proprium affectum ad formæ oculorum suo-
 rum similitudinem describebant, ut sanguinarius quidam uir, mar-
 tem asserens, Mæchus, aut Mæcha venerem, tyrannus victoriam ex-
 tollebat, sordibus, & rebus temporalibus Inhians, Saturnus, effæ-
 minatus Cybelem, & Rheam; Gulofus, Arthemisiam venatricem,
 Ebriosus, Dionysium, erumnosus, Herculem, & per varios cohitus
 se volutans, Iouem, & Apollinem, & de Apolline, qui quidem, ob
 amorem quo flagrabat, gregem turpissime paut alienum, & qui
 formosum puerum uiolauit, & cum eo ludens occidit. Quid de
 Marte homicida, & Mercurio fure, & Nebulone? & uariarum frau-
 dum inuentore dicendum? & quid impudentius, quàm meretri-
 culas inter Deos annumerare? vt Romani fecerunt de Acca, &
 Floria? de quibus uide etiam Chrysostomus in caput secundum ad Ti-
 tum. Homilia. v. Thom. iiii. Et Tertullianum in lib. aduersus gætes.

14 † Qui fabulosi Dei etiam apud ipsos gentiles Ludibrio habiti
 sunt, ut de Diagora, qui Herculem suum ligneum, in penuria ligni
 exussit, & per Ludibrium ad ipsum dixit, age Hercules decimum
 tertium

tertium laborem subiturus esto ob somnium nobis cocturus, & fa-
 nè acceptum ipsum in scandulas fidit deridens proprium Deum,
 qui nullus esset, qui quidem Hercules una nocte fertur. quinque ui-
 ginti uirgines corrupisse, prout legitur de Dionysio Tyranno, qui
 post uictoriam Græcia potitus, Deos tales illudit, nam cum Ioui
 Olympio aureum amictum detraxisset, lanceum iussit imponi, di-
 cens, ætate graue esse aureum, hieme frigidum, lanceum uero utriq;
 tempori aptum, idem, auream barbam detrahens Aesculapio, in-
 congruum & iniquum esse aiebat, cum Apollo pater imberbis es-
 set, priorem filium, quàm patrem barbaturum uideri, item pateras &
 exuias, & parua quædam sigilla, quæ simulachrorum portentis te-
 nebantur detrahebat, & accipere se illa, non auferre dicebat, & stul-
 tum & ingratum esse nolle accipere ab his ultro porrigentibus, à
 quibus bona sibi homines præcarentur, de quibus Ambrosius di-
 cit ita Ludibrio habitos fuisse, ut neque Iuppiter vestem suam, nec
 barbaturum Aesculapio defendere potuerit, nec ii, qui dicebantur Dii
 seruare potuerint pateras, quas tenebant, & cur illi ementita numi-
 na tot & tanta sacrilegia in Dionysio non uendicarunt, qui non
 clandestine, sed palam illos in derisionem habuit? prout ex Cicer.
 in libro de natura Deorum, & alii, cur hunc tam potentem sacrile-
 gū à tēplis, & ceremoniis, & simulachris suis non interdixerunt? cur
 Caius Verres, qui in Sicilia simulachrum cereris uetustissimæ, quod
 maxima ueneratione habebat, ex arcanis, & uetustis penetralibus,
 immissis latronibus suis abstulit, sine falsi numinis uictoria præterit?
 & cur non sumpsit Iuppiter iudicium de Paulo, & Barnaba, eidem
 conuiciantibus, ut habetur actū. 14. Delusa fuerunt etiam ora-
 cula illa ab Epaminunda Duce Thebano, nam cum Lacedæmonii
 (teste Plutarcho) educerent copias in Thebanos uariarq; Theba-
 nis fereretur oracula, quorum alia uictoriam Thebanis polliceban-
 tur, alia diuersa prædicebant, Epaminundas dixit erga suos, si vo-
 lueritis parere ducibus & conglomerati in hostem tendere, hæc
 uobis sunt oracula, ostensis fauorabilibus, quòd si ad conflictum fe-
 gnes, timidique fueritis, hæc uobis oracula reddita sunt, ostensis
 deterioribus. Et nõne olim veteres Romani, liberum patrem Senatus
 authoritate, non modo ex urbe ipsa, uerum etiam ab uniuersa Ita-
 lia elimanarunt? & Serapidem & Isidem, & Arpocraten cum suo
 Cyno Cephalo, capitolio prohibitos inferri. i. curia Deorum pul-
 sos, per Pisonem, & Gabinium consules (non profecto Christia-
 nos) euerfis eorum aris, impune abdicarunt? vanas eas esse super-

Vale. Ma-
 xi. libro. i.
 de negle-
 Religi.

lib. 2. de
 virgi.

stitutiones existimantes, non sic actum est cum sacrilegis templi Dei nostri, nam cum Pompeius magnus captis Hierosolymis, licet ex illo nihil attigerit nec templum Idolis prophanauerit, quin sacerdotibus iusserit, vt solennia sacra ritè obirent, purgato ab æditiis tēplo, vt tradit Iosephus de bello Iudaico lib. i. cap. xvi. & lib. xiii. cap. ix. de antiquita. Cornelius Tac. lib. xxi. & Cicero. in oratione pro I. Flacco. quia tamē illud superstitione polluerit, non diu post à Cæsare victus recisa ceruice iacuit feris dilacerandus alitibus, & Crassus cum ex eodem templo præciosa quædam sustulisset apud carras parthorum sagittis, oppressus est, idem per prius contigit Antiocho ii. Machab. xix. & Seleuco, legato Heliodoro, & si quis templum Dei violauerit disperdet illum Deus secundū Apostolū.

6. Corin. 3.

15 † Et quid aliud fuere simulachra illa & imagines Deorum gentilium, quàm vanitatis, & eorum fatuitatis iudicium euidentissimum? Fabulosos eorum Deos præseferentia, unde Numa Pompilius secundus Romanorum Rex, Deos sine simulachris colere docuit, & proinde in centum & sexaginta annis in templis Romæ simulachrū nullum extitisse tradit Eusebius de præparatione euangelica, opinatus eam legem ex præceptis Mosis emeruisse, qui quidem nec erubescabant loqui cum illo, qui sine anima est, nec exercet officium hominis, sed est solum simile homini, lingua eorum polita à Fabro, ipsa quoque aurata, & argentata non potest loqui, & cur pro sanitate, infirmum deprecari, & pro vita mortuum rogare, & inutilem in adiutorium inuocare, & pro itinere petere ab eo, qui non potest ambulare & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu, petere ab eo, qui inutilis est, & in quibus non est oculorum visus ad uidedū, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, nec pedes ad eundum, & sunt simplex lutum, lignū, æs, lapis, argentum & aurum, homo enim fecit illud, qui cum sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis, melior enim est ipse, his quos colit, quia ipse quidem vixit cum esset mortalis, illi uero nunquam, de his etiam vide Eusebium lib. v. de vita Constantini Impe. post pri. Item & sapiens dixit, benedictum est enim lignum per quod fit iustitia, per manus autem quod fit Idolum, maledictū est, & ipsum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus est, illud autem quod esset fragile, Deus cognominatus est, de quibus quidem Idolis, & falsis numinibus Cyprianus ita tradit, si quid Diis

Sap. 13
Baruch.
vltimo.

Sap. 14.

tui numinis, & potestatis est, ipsi in ultionem suam surgant, ipsi se sua maiestate defendant. At quid præstare colentibus possunt, qui se, de non colentibus, vindicare non possunt? nam si eo, qui vindicatur, pluris est ille qui vindicat, tu Diis tuis maior es, si autem iis, quos colis, maior es, non tu illos colere, quos tu defendis, pudeat tutelam de iis sperare, quos tu tueris, & inferius, Videbis nos rogari ab iis, quos tu rogas, timeri ab iis, quos tu times, quos tu adoras uidebis sub manibus nostris stare victos, & tremere captiuos, quos tu ueneraris ut Dominos. Hæc ille, & quod non agunt uindictam de nobis, qui ipsos in derisionem habemus, si vera sunt numina? Ad quorum etiam vanitatem, & fallaciam confirmandam, facit quod in eorum responsis semper mendaciis & obscuris sermonibus versati sunt, & ex ipso Apollinis oraculo pluries responsum. Quid frustra petitis, non est nostrum scire futura. De quibus etiam Virgilius ita præcinit.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sybilla,

Horrendas canit ambages, antroq; remugit.

Obscuris uera inuoluens.

Quale fuit illud ad Cresum Regem Lydorum.

Intrepidus si Cresus Halim transmisserit annem,

Imperium perdet magnum, regnumq; superbum.

Qui victus fuit à Cyro Persarum Rege, & de Dilamberto scoto D. Placentiæ, cui de statu suo quærenti, spiritus respondit Domine stes securus, inimici suauiter intrabunt terram, & subiicientur domui tuæ, spiritus enim sic intelligebat, Domine stes securus, inimici tui sua, ui, ter, in tribus uicibus intrabunt terram, & subiicient, ur. i. Ignem domi tuæ, & ita factum fuit, ut per Alber. de Rosa. in l. nemo. l. i. C. de Iudæ. & tempore ualentis Imperatoris, qui consultus Demonem quendam erroneum, quis post eum suscepturus esset Imperium respondit demonstrando quatuor literas. *θεοδ.* dicens hoc nomen post ualentem Imperii culmen accipere, & ob id Imperator Zelo ductus, omnes interemi iussit, qui hac literas in capite sui nominis habuisset, vt Theodorus, Theodolus, Theodotus, Theodosius &c. & si. & de uariis fraudum generibus Idolorum gentilium, & præsertim de serapide apud Aegyptios, & eius templo ui. Ruffinum ex nostris Aquileiensis libro secundo. capitulo. xxiii. cum sequentibus, historiæ ecclesiasticæ. Et Eusebium Cæsariensem libro quinto. cap. decimo, & libro sexto. cap. iiii. de præpara. euangelica.

16 † Quibus quidem falsis numinibus, gentiles caligine erroris obumbrati sacrificabant, non solum in sanguine brutorum animalium, sed etiam (ò nephandum scælus) in sanguine puerorû, puellarumq; virginum, ut Rhodii, & Salamini qui ad Diomedis sacra, hominem uiuum concremabant, quod etiam Choi Dionysio peragebant, & Lacedemonii uiuum hominem lacerabant, & Phænices amantissimos aduenas, tempestate, aut pestilentia occidebāt, Laodicenses, virginem Palladi Imolabant, cures puerum Neptuno iugulabant, Græci tempestatem maris sedaturi Regiam prole mactabant, ut Iphigeniam Agamennonis filiam; aderitæ eum qui esset pessimus omnium iudicatus, ad templâ lapidabant, Aricini in latio Dianæ peregrinos mactabant, & Saturno etiam proprios liberos Imolabant, qui Saturnum filios suos deuorasse solitû prodiderunt, item & latialis Iuppiter à Romanis cultus fuit humano sanguine, & Psal. 105. Imolauerunt filios suos, & filias suas demoniis, & effuderunt sanguinem Innocentem, sanguinem filiorum suorum, ut qui non aliis egerent iugulatoribus quàm illis ipsis, à quibus geniti fuissent, & Leuiti. xvii. nequaquam ultra Imolabant hostias suas Demonis, & Eusebius ita de his ait, mox priscis in magnis calamitatibus, atque periculis fuit, ut ciuitatis, aut gentis princeps, dilectissimum ex liberis ulciscendi Demoni, quasi redemptionis præmium traderet, & sic traditum Mystica iugularet, Massilienses etiam olim cum peste laborarēt, unus se ex egentibus offerre solebat annum integrum alendum, publicis cibus, & purioribus, postea uerbis uerbisq; sacris ornatus, circumducebatur per urbem cum execratoribus, præcabantur enim, ut in eum omnia mala ciuitatis incumberent, & inciderent, sicque proiciebatur, 17 † & talis homo sacer appellabatur. i. detestandus, & execrabilis, & tales homines etiam cathermata appellabantur. i. homines, qui pe iste expianda, alioque quo morbo, Imolabantur Diis, & inde etiam uer sacrum dictum est, fuit enim mos, tum Italis aliis, tum Romanis, ubi res suas in periculò uersari cernerent uouendi, quæcunq; proximo vere nata essent. apud se, animalia Imolaturos, unde id uer sacrum dictum est, pueros etiam conuotos fuisse Festus tradit, talibus hostiis impij Lacedæmones litari volebant, quasi cruoris humani repleti, tum demum propitii essent, cum maxime lesissent, quam impietatem Dominus Iesus aduentu suo soluit, & quòd admirabilius est, hac immani Tyrannide, non nos modo qui ipsum adoramus, sed eos ite, à quibus blasphemis laceratur expediuit, neque

Euseb. li. bro 10. de præparat. euange.

Lini. lib. 4. doc. 1. 4.

neque enim gentilium quisquam huiusmodi victimas, demonibus suis posthac offerre coactus est, tanta est in homines benignitate usus, & maiora in inimicos beneficia, quàm Demonum in amicos maleficia; Et quid, quod non contenti multiugis hominum cædibus, mulieres etiam stuprandas curauerunt? Nam Alexandria, ubi Saturni simulachrum colebatur, illius sacerdos nomine Tyrannus, Matronas eius ciuitatis. quas elegisset, tanquam à Deo, accitas, nõ etu ad simulachrum ductabat, ibique extinctis repente luminibus, 18 cum eis rem habebat carnalem. † O sacerdotes Sathanici, ò execranda religio, quæ per scelera abominabilia, admittebat fieri tam horrendum, falso Deo, tanquam acceptabile sacrificium, & scelerum suorum eundem authorem facere. Prout etiam contingit Paulinæ Nobili Romanæ, quæ tempore Tiberii, fuit uiolata in templo Isidis nocturno tempore, per quendam mundum ciuë Romanum, qui opera Idæ libertæ, quæ pecuniis corrupit Isidis sacerdotis, & præsertim maximum eorum, qui fingens se ex Aegypto digressum, & ab Anubio eorum Deo destinatum, qui Paulinæ amore teneretur, ipsam in templum nocturno tempore clausit, & mundo, qui ibi latitabat occultus, copulata est, qui tamen dedit pœnas exilio, & destructo templo, sacerdotes, Tiberius cum ida in cruces adigere fecit, ut Iosephus scribit.

lib. 18. c. 2. Antiquit. Iudaicæ.

Sed quid irrationabilius eo, quòd non contenti Gentiles uno Ioue, aut Apolline, & similibus falsis Diis, admiserunt quandã confusionem, & numerum illorum sine præfinitione, † Non animaduertentes pluralitatem Deorum discordias parere, & uno quicquã uolente alios repugnare, & dixit Homerus inter se. Deos conflagere bellis, sicut ex Diis Græcorum, & Diis Troianorum, nam & cum iurant homines, cum optant, cum gratias agunt, non Deos multos sed Deum nominant. Adeo ipsa ueritas (cogente natura) etiam ab inuitis peccatoribus erumpit, Admiserunt enim ipsi gentiles quatuor Apollines, tres Aesculapios, tres Dianas, Dionysios quinque, Mineruas quinque, Veneres quattuor, Cupidines tres, & quinque Soles ex variis affectibus, quattuor Vulcanos, quinque Mercurios, Item & traditum est à Marco Varrone trecentos Ioues, seu maius Iuppitros, enumeratos, Hæsiodus etiam Memoria prodidit, apud Gentes triginta Deorum millia, tradita fuisse, & etiã erāt eis Dii superi, & inferi, & medioximi, Vnde Plantus in Cistellaria, ite me Dii Deaque, superi, atque inferi & Medioximi, & alibi, Dii me oēs.

magni, minutique & patellarii, & de his aliqua per Alexandrum ab Alexandro virum summe Eruditum, lib. vi. Genialium dierum, & accuratissime per Gregorium Giraldum in libro cui nomen dedit, Historiæ Deorum Gentilium, cum unus sit Deus, extra de sum. tri nit. c. i. & c. damnamus. & vii. q. i. nouatianus xxiii. q. fin. c. quidam. & no. vii. quæst. pri. in apibus. & in extrauaganti, unam sanctam. de maio. & obediem.

Præterea non puduit ipsos Gentiles, Deorum nomine proprios Imperatores nuncupare, & tanquam Deos, Templis, Aris, Hostiis, sacrisque eorum colere.

20 † Non omittam in eorundem Ethnicorum confusionem, quòd ex singulis etiam rebus creatis ausi sunt assumere nomina Deorum, deorumque; ut Bubona Dea bouum, & armentorum, cloatina, cloacarum, Vitunus, qui credebatur uitam largiri; Selnus Senium; Statunus, qui pueris præset, cum iam possunt stare; Fabulnius, & vagitanus, cum iam fandi, & vagiendi principium esset; Cuninam, Deam infantulorum, in Cunis Vagiētium; Edulicam, & Potinam, Deas, eduliorum, & Petus, libentinam Deam libidinum, & similes nugas, immo & ipsis etiam animi affectibus sacrificabant, ut legitur de Scipione Africano, qui ingressurus Africam, Pauori, & audaciæ sacrificauit, febris etiam sanum publice in Palatio Romani dedicarunt, & Aram malæ fortunæ in esquilis, ut Plinius refert, & tanta fuerant caligine obumbrati, ut etiam apud inferos sibi Deum inuenerint, quem colerent, omnium scilicet miserrimum & infimum Plutonem, & tenebrarum principem, à quo omne malum.

Nec defuerunt qui aquam venerati sunt, ut Persæ, adeo ut ne faciem quidem ea abluerent, siue potandi gratia, siue irrigandi arbores, siue ut aliascunq; ut tradit Agathius de bello Gethico lib. ii.

Exiuerunt etiam qui ignem coluerunt, ut dicitur de Nembroth
21 † qui cogebat hominem ignem adorare, item ut Chaldei, quem pro Deo colebant, quia sicut Deus ubique, ita ignis in omni loco, etiam in lapidibus inuenitur, ut per glo. in c. cum igitur, in verbo hæc itaq; xxxv. quæst. i. & forte ob id apud Romanos per uirgines vestales ignis perpetuus custodiebatur, & per solas viduas athenis in honorem pythiæ, legitur coluisse Chaldeos ignem, & per Asiam circuntulisse, ut cum cæterarum gentium diis congregaretur, cunq; cætera Idola, uel lignea, uel ex Metallo essent, facile uictor ignis ea uel comburebat, uel liquabat, quapropter suo Deo metuentes Aegy-

ptii sacerdotes, rale quippiam contenti sunt, Hydræ in Aegypto fieri solent crebris, minutisque; admodum foraminibus, quibus aqua defluens, defecior, limpidiorque redditur, harum unam eie. to priore simulachro columnæ imposuerunt, caputque; addiderunt, & cæra obtusis foraminibus repleuerunt aqua, sic aduenientibus Chaldeis cum ignem statuæ circundedissent, liquefacta cæra, demanantibus aquis extinctus est, victosque; hoc potissimum modo Aegyptius fuit, item & Persæ ignem colunt pro Deo, & tamen tres pueri in fornace ignis ardentis immisi ignem uicerunt, & Deus præ oculis omnium ignem ipsum colentium seruis suis uictoriam contulit, hoc suadens gentilibus quòd eorum Diis non Deum tantum, sed etiam Dei seruos timent.

Miserrima profecto hominum conditio, veri Dei cognitione carentium, qui tamen mirabilibus eius operibus attendentes, debuisse cognoscere alium fuisse rerum opificem, non autem ligna, & res creatas, & aquam, & ignem, aut spiritum aeris citatum, aut Gyrum stellarum, aut solem aut lunam, orbis terrarum esse Deos, quorum & si specie delectari Deos putarint, scire debuissent, quanto his dominator eorum, speciosior est, cum hæc omnia constituerit, sed quod impudentius effingi potest, † quam quòd quidam populi ad ipsa bruta, & bestias adorandas mentes suas insanas conuerterint? ut Troglodytæ, apud quos colebantur testudines, apud Aegyptios Bos, Feles, Cocodrilus, Ieneumo, canis, accipiter, Ibis, Lupus, immo, & allium, & cæpe, ut testatur Diodorus libro secundo. Historiarum antiquarum, & apud phænices, serpentes, apud Syrios Columbæ, apud Thebanos, Aquila, nam ex eo quòd altissime volaret, arbitrabantur quandam cum Deo uicinitatem habere, apud Scythas ouis, quæ animantium omnium esset commodissima, ac maxime noxia, quæ quidem omnia sunt maximo rubore digna, & immensissimo luctu, & lachrimis deploranda, cum scierint, aut scire potuerint omnia à Deo propter hominem facta fuisse, ut essent ei in alimentum, indumentum, & laboris adiumentum, ut & omnes fructus rerum hominum gratia natura comparauit. l. in pecudum. ff. de usu. & ordinatum ab initio mundi, ut præset piscibus maris, uolatilibus cæli, & bestiis uniuersæ terræ, omni que reptili, quòd mouetur, contra quos inuehitur Apostolus, mutauerunt gloriam Dei incorruptibilis in similitudinem imaginis corruptibilis hominis; & uolucrum, quadrupedum, & serpentum. Quare autem Aegyptii coluerint animalia de quibus supra, ui. Eu-

Ruff. lib. 2. Hyfior. ecclesiast. Aiel. in an. notatio. in Corne. Tacit. lib. xxx.

Sap. 13.

Roma. 7.

Augustin. lib. 3. ca. 8. de ciuitate Dei.

sebiū de præpara. euangelica lib. ii. cap. i. & sic de cultu Latonæ, Rehæ, & Væstæ & aliorum Deorum gentilium, per eundem. libro iii. cap. iii. & iiii.

Qui quidem cultus Irribilis, & Demonum, & Idolorum iam sublatuſ est, & ab orbe eliminatus, vbi enim illud Delphici, Dindimeï, & Delii Apollinis Oraculum? vbi Dodonei, Trophonei, & Ammonii Iouis (quod idem est cum mammona). vbi Apis responsa? & dicam etiam cum Esaia ex parte regis Aſiriorum factantis de victoria quarundam gentium, vbi sunt Emach, & Arphat, vbi Dii Saphar, Hami, &c.

Esai. 37.

23 † Vindicauit quidem Deus pater omnipotens ante aduentum Domini nostri Iesu Christi reatum Idolatriæ, ut patet per vniuersale diluuium, & captiuitatem Babylonicam, & in adoratione vituli, quo tempore filios Israel adeo extinxit, vt de sexcentum millibus, qui extiterunt de Aegypto, solum duo scilicet Caleph, & Iosue intrauerint in terram promissionis, & de Ozochia qui cõsulit Baalzabub. i. Dominum muscarum, & de Salamone, cuius cor deprauatum fuit per Mulieres, cum iam esset senex, vt sequeretur Deos alienos, coleretque Asthaarten Deum Sydoniorum, & Chammos Deum Moabitarum. Et filii Ismel feruientes Baal, obseruant esque diuinationes & auguria, castigati fuerunt à Domino, qui abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda, & quando Arca capta fuit per Azoreos uim suam ostendit etiam in aliena terra Idolo bis in solum deiecto, & voluntate Dei eodem zelo laborauit Abraham, cum Deum vnicum doceret Chaldeos in vr, & ob id impetrauit Helias ignem de cœlo contra Prophetas Baal. Et Nadab, & Abiu filii Aaron flammis arrepti sunt, qui voluerunt adolere cum igne alieno, & propterea facta est eorum terra in desolationem, stuporem & maledictum, quod Idolis sacrificauerint, & à Domino auersi fuerint.

vi. 1. reg. 1.
Zacha. 10
Exo. 25.
& 36.
Iudic. 2.
numc. 25.
Deut. 32.
3. reg. 11.
4. regum, 17. & 23.

3. reg. 50.

8. reg. 18.

Hierc. 44
Leuit. 26.

Immo prohibuit etiam Deus commemorari nomina æternorum Deorum, siue per ipsa iurari, vt tolleretur eorum memoria & omnis Idolatriæ causa, & phitones lapidari insi sunt ut Idolatria exterminaretur, Peruertitur enim ordo naturæ, dum à patre mendacii, veritas quæritur, & dum inimicus humani generis consultitur, & veneratur is, qui est nobis inferior, & quem subiicere, & reuicere debemus.

Mandatum etiam illud, non Arabis cum Boue, & Afino, & non feres

feres vestimenta ex lana, & lino contexta, & aliud, non feres diuerso semine, emanauit à summo Deo in detestationem Idolatriæ, nam istas coniunctiones diuersorum generum in operibus suis, sicut diuersorum animalium, & seminum faciebant Idolatra: Aegyptii iuxta coniunctiones planetarum, & quasdam constellationes, credentes ex hoc opera eorum secundari, voluit ergo Deus & per hæc remouere falsitatem credulitatis istorum, ne propterea creatore derelicto ad stellarum seruitia traherentur.

Pariter etiam Dominus noster Iesus CHRISTVS de cœlo missus à patre in hunc mundum de ipsius Idolatriæ crimine vindictam sumpsit, † nam eo adueniente cessarunt Idola ab eorum responsis, ille enim totius mali suggestorem debellauit, adeo ut potestas ne dum dominandi, sed etiam loquendi fuerit Cacodemonibus ablata, posuerat namque Deus inimicitias inter semen mulieris, & semen serpentis, ut per semen mulieris scilicet per Iesum Christum conterendum esset caput serpentis, quod fatetur etiam Porphyrius in libro de oraculis deficientibus, qui tamen fuit ex ipsiſ Idolorum cultoribus, dum sic decantat.

Gen. 3.

*Ablata est Pythij uox haud reuocabilis ulli,
Temporibus longis, etenim iam cessat Apollo
Clauibus oclusis filet, ergo uite peractis
Discendas patria, & redeas ad limina sacris.*

Et memoria proditum est die Natiuitatis eiusdem Domini nostri, ultra Mæoticas paludes omnia Idola clamasse, Regem pacis, & Dominum mundi fuisse natum in medio mundi de quo etiam Virgilius meminit dicens in vi.

*Huius in aduentu iam nunc, & caspia regna
Responsis horrent diuum, & Mæotica Tellus.*

Et ait etiam Hieronymus dum Christus in Aegypto esset, cecidisse Deorum omnium simulachra, & Oracula cessauisse iuxta illud propheticum, & mouebuntur simulachra Aegypti ab eius conspectu, de quo etiam Dan. & Lapis qui percussit statuam factus est Mons magnus, & impleuit vniuersam terram, & Esaïas, & eleuabitur Dominus solus in die illa proiciet homo Idola argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi ut adoraret, & contractus est Beel, contritus est Nabo, & omnes Dii gentium veluti fulgure verbo Dei tacti corruerunt, ex quo cum amplius non respondeant,

Dan. 26.

Esa. 26.

Esa. 31. 46
Eze. 6.
Mich. 1. 5.
Ose. 2.
Sopho. 2.

certum est, non Dei supremi diuinationes, sed malorum Demonum fallacias, extitisse. Et hoc magis admirandum est, quod licet tempore Mosis, & prophetarum magnalia virtute Dei fierent terribilia in Aegypto, & in mari rubro, & de pane coeli, & si non tamen extirpari potuit ab ipso etiam populo Ismaelitico Idolatria, Exo. xx. xxxii. & temporibus iudicum & Regum, quod tamen effectum est adueniente Christo, ut in eo prophetia de hoc impleretur, & quod verus esset Messias pateret, & non sine misterio tempore Augusti, quo natus est Christus, templum Iani clausum est, quia usque in illa tempora aperta fuerat via ad Idola adoranda, & Christo tunc nato clausa est, & Idola abiecta. Quod si veri Dii extitissent cur non deprehendissent Iesu Christi uirtutem? qui tamen omnes eidem terga verterunt & ipse solus & mortuus tot innumeros eorum Deos expulit & ad se cultum transtulit.

Hiere. 6.

25 † Quod adimpletum est etiam per praedicationes Apostolorum, cum totus orbis hac cecitate duceretur, ut Idola coleret, Iudaea excepta, qui primo praedicantes in Ierusalem, & inde in finibus Iudaeae & in Samaria tunc destinati fuerunt. In diuersas mundi partes, ut Thomas ad indos superiores, & Parthos, Medos, Hircanos, Brachmanas, Thadeus ad persas ultra Pontum, Matheus in Ethiopiam, Bartholomeus ad indos citeriores scilicet in Bactrianam, Lycaonia, & Armenyam, Andreas ad Scythas & Sogdianos, Ioannes in Asiam, qui etiam Romam perrexit, Petro autem obtigit Italia maxime Roma, & Pontus, Galatia Bythinia, & Cappadocia, & Simeoni Aegyptus, Iacobo maiori Hispania, & Paulus de se attestatur ita dicens, non enim audeo aliquid loqui eorum, quae per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo & factis in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita ut ab Ierusalem per circuitum usque ad Illyrium repleuerint Euangelium Christi, & subdit, usque in Hispaniam, Idemque attestatur Euangelium ad sua tempora esse, & fructificare in uniuerso mundo, ut foret uerum illud uaticinium in omnem terram exiit sonus eorum, & per Archidia. in c. si. de rebus. xxiii. quaest. vii. & Hieronymus sensit nullam remansisse gentem, quae Christi nomen ignoret, ut si non haberit praedicatorum, saltem ex vicinis gentibus fidei opinionem habuerit, & hoc infert illud uerbum. Sonus, quia scilicet ex auditu per ceperunt in uicinia praedicari euangelium, nec incredibile hoc putet quispiam, cum ex arabia profectus Paulus, & ex Iudaea, & Samaria, Cilicia, Galathia, Lycaonia, Pamphilia, Ionia, Phrygia, Pisidia,

Ro. 15.

Colos. 1.

Psal. 18.

Ambros. libr. 2. de uoca. omni. gen.

Caria, usque in Graeciam, Traciam, Macedoniam, Atticam, Peloponnesum, & inde Romam usque, & deinde in Hispaniam, disseminauerit Euangelium, & Thomas & Bartholomeus, & alii apostoli & discipuli, de facili, Dei gratia operante per totum uniuersum ipsum Euangelium praedicare potuerint, & Idola disperdere, ut in primis contigit Bartholomeo in Albana maioris Armeniae urbe, in quam cum Bartholomeus Apostolus ingrederetur, & intraret templum ubi Astaroth colebatur, demones ulterius non potuerunt dare responsa, & passus est ille Cacodemon uisus ipsius Christi compulsus, ob ingressum Bartholomei in templum, amplius loqui non valere, & hoc idem sapissime Martyribus, quorum etiam solo spiritu oris Idola corruerant, ut legitur de falice, Eugenia, & aliis quos longum esset referre.

de hoc v. Casten. in cathalogo par. 3. con sideratio ne. 29.

Qui quidem Apostoli, & Martyres, & alii viri sancti non cessant etiam post mortem usque in praesens praedicare per sua pie gesta & in hominum memoriam relicta, prout etiam haec uniuersalis futura praedictio Euangelii per totum orbem praefigurata est per uniuersale diluuium, & ut inde totus orbis baptizari deberet, & aqua baptismatis diffundi uniuersaliter in mundo, sicut tempore cataclysmi per totum mundum diffusa est, adeo quod etiam Reges cum populis eorum ad baptismum confluxerunt, sicut contigit tempore Iustiniani Imperatoris de Gethe Rege Herculorum, qui uenit Constantinopolim cum toto populo suo ad baptismum suscipiendum, & de Rege humorum Gorda & Adad Rege Azumitensium, qui uenerat se baptizaturus si uicisset in bello contra homeritas, prout uicit potentissime, & effectus est Christianus cum toto suo populo & de Rege persarum qui cum. xl. millibus hominum Constantinopoli baptizatus est.

August. lib. xii. c. 6 tra Faust.

Eutrop. Platina. i Vitaliano

De cuius etiam Euangelii praedicatione uniuersali praedictum est per Esaiam dicentem, & ponam in eis signum & mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare in Apricam, in Lydiam tenentes sagittam, in Italiam, & Graeciam ad insulas longe ad eos, qui non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam, & his etiam temporibus contigit, ut notum est, in insulis longe, & nouissime reptis.

Esa. vii.

Et sicut de templis, lucis, & delubris sunt eiecta Demonia ita quoque per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, & eius Apostolos in eius nomine de corporibus obsessis semper fugata fuerunt, & quotidie eiiciuntur, Reliquit nihilominus eidem po-

testatem tentandi nos, ut certantes lucraremur coronam, quæ solum legitime certanti datur, & ideo remansit pugna inter carnem, & spiritum, & licet spiritus à carne sæpe vincatur, Deus tamen spiritus misertus, remedium pœnitentiæ adhibuit, vt sanato vulnere in reiterata pugna victor existat.

Et non tantum eiecta sunt Idola, & Demonia de gentilium delubris, sed templa illa, in quibus colebantur, dicata fuerunt in honorem eiusdem Domini nostri, & matris piissimæ & sanctorum eius, vt indultu phocæ Imperatoris legitur de templo Pantheon ablatis Idolatriæ fordibus, dicato in venerationem præfata Dei genitricis Pientissimæ, & omnium Martyrum in quo prius colebatur Idola omnium regionum, vt per Placenti. ex nostris in titul. C. de pag. & sacri. tempore scilicet beati Bonifacii, qui extitit quartus à Beato Gregorio, vt ibi per eum, quod fuit constructum tempore Domitiani in honorem Cybeles Matris Deorum, & hoc effectum est, & de aliis Paganorum delubris in dicta vrbe, & tandem de ipsa vrbe Romana, vt habetur in c. fundamēta, de elect. in vi. & p totā Italiam, & vbiq; terrarum, de qua re etiam vide Ruffinum ex nostris Aquileiensibus lib. ii. historiæ ecclesiasticæ videlicet.

Prout etiam videmus de diuersis locorum populis, qui habebant Deos suos quosdam peculiare, tutelares, vt Romani Martem, Aegyptii Osyrim, siue serapim & de similibus, nunc vero ipsi Romani habent, & iam diu habuerunt sua tutelaria numina Petrum, & Paulum, & Ser. Dominium Venetorum Marcum, qui incipiens Euāgelium ab Aquis Iordanis, & in Aquileia fertur illud scripsisse, voluit etiam corpus eius in aquis, vel inter aquas remanere scilicet in inclyta Ciuitate Venetiā; Hispania Iacobum, Aethiopia Matheū, Græcia, Andream, india Bartholameum, & Thomam, Asia Ioannē, & sic de aliis prouinciis, & ciuitatibus, ut palam est, vt possit dici, principes populorum congregati sunt, cum Deo Abrahamā, scilicet cum Christo, nam & Angelos habent custodes prout olim, & tempore legis Mosis Beatus Michael, qui protexit Synagogam, Dani. ix. & x. capitulo, nemo mihi adiutor est, nisi princeps Michael, & ii. reg. vi. & in cap. reuera de consacra. distin. ii. Nunc vero sepulta Synagoga factus est Dux & custos Sanctæ Romanæ ecclesiæ, & non tantum prouinciæ, & regna habent Angelos custodes, sed etiā quilibet homo ab ortu Natiuitatis suæ. Archid. in c. fatendum. xiii. q. ii. de quibus vide per Caffē. in catalogo suo par. iii. princ. consideratione xiiii. cum sequentibus.

Et nos

Et nos quoque Foro iulienfes habemus præ oculis exemplum de Ciuitate secundum Romā. olim celeberrima, A Q V I L E I A, quæ ciuitas habet sedem Patriarchalem, cui nunc præest Reuerendissimus Ioannes Venetus ex Illustrissima Grimianorum familia imprimis cum literarum, tum religione clarus, nec non grauitate morū, singularique probitate ac pietate insignis, & de Patriarcha Aquileien. habetur per glo. & Archi. in c. clericos. xxi. distincti. & per Aluarot. in tit. episcopum. uel Abbatem in princ. col. vi. vers. nunc transeamus, & in c. istud est xi. q. i. & xxxiii. q. iiii. c. cū propter bellam, de qua Iustinianus Imperator ita meminit in auct. secundum interpretationem Gregorii Haloandri sub tit. de prætoribus paphlagoniæ constitutione xxix. Paphlagonum gens, & antiqua neque ignobilis olim extitit in tantum quidem, ut & magnas colonias deduxerit, & sedes in Venetiis Italicorum fixerit, in quibus & Aquileia omnium sub occidente urbium, quæ multoties cum ipsis etiā Regiis certamen susceperit, condita fuit, de qua Herodianus late meminit in maximino asserens eam fuisse ingentis magnitudinis, & populo abundante, & velut Italia quoddam Emporium, quam tempore Martiani Imperatoris, Atila, Coluber Tortuosus, flagellum Dei nuncupatus dirripuit & incendit, tempore quo etiam concordiam, Altinum, aliasq; Venetiæ Prouinciæ Vrbes, & Ticinum, & Mediolanum dextruxit, licet ex post anno Domini Millesimo, trigesimo quinto, Popo Aquileien. Patriarcha restaurauerit, qui in medio Patriarchalis eiusdem ciuitatis ecclesiæ requiescit, in cuius tumulto hi sunt uersus descripti.

26 † post cineres quod habet muros Aquileia, q. ingens,

Stat templum, Turris celsa q. Astra petit.

Quod Dos ampla datur Conrado, a Cæsare, & ara.

Sub Patriarchali cudere posse nota,

Debentur cuncta hæc, illi, qui clauditur Arca hac,

Popo, Sacerdotes huic date thura, fuit.

Licet bellorum causa iterum ferè in solitudinem sit redacta, ut de ea miserabiliter dici possit.

Hic Aquileia fuit, superest miserabile nomen,

Vrbis, & infelix cætera condit humus.

Extant enim solæ reliquie vt ferè nil aliud monstrari possit, quā ibi fuisse Aquileiam, & Monumentorum quorundam, videlicet publicarum viarum, & Pauimentorum, & aqueductus & sepulchrorū, & aliorum ex quibus amplitudo vrbs intelligi potest, superest ta-

Paulus
Diaconus
Aquile.
lib. 4. c. 11
de Gestis
Longobardorum,

Psal. 46.

men illud phanum vetustissima præditum religione, cum numero so clero, & Patriarchali sede, diruta tamen, circumiacentibus domibus nonnullis, quas canonici (Hyberno tantum tempore residentes ibidem propter æstiuæ cœli intemperiem) instaurarunt, extrat etiam Canobium, Sanctimonialium Monacharum extra muros ab eodem Popone constitutum, de cuius etiam desolatione meminit ex nostris Petr. de Anchar. in clemen. ne Romani. §. sanè post princ. de electi. ex cuius dictis colligitur si Papa moreretur in ea Ciuitate electionem esse faciendam in Ciuitate nostra Vtini, vbi est audientia causarum sedis Patriarchalis ipsius Ciuitatis Aquileiæ ferè inhabitata.

Et redeundo unde digressus eram, pietate patriæ meæ commotus, Aquileienses inquam antiqui colebant duo sua tutelaria numina, Felenum videlicet & Belenum, quem quidem Belenum pro Apolline venerabantur, ut refert Iulius Capitolinus, in hæc verba, quum frustra obsideret Aquileiam maximinus, legatos in eandem urbem misit, quibus populus penè consenserat, nisi Menophilus cum collega restitisset, & Deum Belenum per Haruspices sponon disset, maximinum esse uincendum, vnde etiam maximini milites iactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse, qui etiam Belenus ab herodiano loco supra citato deprehenditur vocatus fuisse Belles, in cuius rei testimonium volui adduxisse infra scripta monumenta votiuæ tabellis marmoreis incisa in urbis eiusdem reliquiis inuenta, & vsque in hunc Diem extantia.

BELEN. AVG. IN MEMOR. IULIOR. ET MARCELLAE. ET IN HONOREM. IULIARVM. CHARITES. ET MARCELLAE FILIARVM ET LICIN. MACRON IUNIOR NEPOTIS .C. IVL. AGATHOPVS IIIII VIR. AQVIL. L. D. D. D.

BELENO. MANSVETIVS. VERVS. LAVR. LAV. T. VIBIANA. IANTVLLIA. V. S.

FONTI BELENO

C. AQVILEIENSIS DIADVMENVS

B. V. S.

M. HOSTILIVS

AVCTVS

IIIIII B. S. D. VIR.

BELINO SEX. CAESERINVS FAVSTVS
IIIIII VIR. V. S. L. M.

BELINO. AVG. SACR. VOTO SVSCEPTO
PRO. A. AQVILIO GE. POM. VALENTE
IIII. V. I. D. DESIGN. PHOEBVS. LIB. V. S. L. M.

BELENO AVG. SACR. L. CORNELIVS. L. FIL.
VELL. SECVNDINVS AQVIL. EVOC. AVG.
N. QVOD IN VRB. DONVM VOVIT AQVIL.
PERLATVM LIBENS POSVIT L. D. D. D.

APOLLINI BELENO. C. AQVILEIENS.
FELLIX. Imperfectum est.

T. MARIVS APTVS VERCELLEN. ET
ASIATICVS MAN. BELENO
V. S. L. A.
P. C.

Hæc sunt quæ reperiuntur de Beleno, de quo forte habetur Esaiæ 46. Vbi Nicolaus Lyrensis dicit fuisse Idolum Babyloniorum, alii dicunt fuisse, quod Græci belum nominauerunt, hoc est Saturnum, cuius tanta fuit apud veteres religio, ut ei proprios etiam filios Imolarent, Aegyptii enim, & Babylonii, simulq; phryges, & phænices huius superstitionis primi authores fuisse traduntur.

27 † Et inde etiam Beelzebub, quod secundum Hieronymum Idolum est Accaron, quod vocatur Idolum Muscæ, Beel enim ipse est Bel, siue Baal, Zebub autem Musca dicitur, sunt etiam qui dicunt ninum patri suo Belo statuum erexisse, quo uelut ad Asylum cucurrerint homines, qui sibi criminis alicuius erant conscii, vnde factum est hominum superstitione, ut honores illi ceperint exhibere diuinus, quod uidens Diabolus, sese insinuauit statuæ, indeque respon
28 sa dedit, & † ex inde habuerit ortum Idolatria, & postea per orbem dispersa sit, de cuius origine etiam sapiens scripsit dicens, acerbo luctu dolens pater, rapti cito sibi filii fecit imaginem & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia, deinde interueniente tempore, conualescente antiqua consuetudine hic error

4. reg. 1.
Berofus,
lib. iiii.

Sap. 14.

tanquam lex custoditus est, & Tirannorum Imperio colebantur figmenta, hæc ibi. Sed apud Græcos, vt Isidorus tradit, Prometheus primus simulachra hominum de luto finxit, quod Iudæi attribuit Isinaeli, Epiphanius autem refert primos omnium seruch & Tharra Idolatriam inuenisse Paulo ante Nini Regnum, licet et alios refert lactantius.

Quod crimen non fuit in prima ætate propter recentem memoriam creatoris mundi, & cognitionis Dei quo tempore videlicet ab Adam vsque ad Noe vnum tantum Deum mundi creatorẽ homines coluerunt, prout etiam non uiget in hac ætate vel in paucis locis propter eandem rationem, cum Duce Christo vt dictum est fuerit expulsa Idolatria.

Et redeundo ad ea, quæ prædiximus de Ciuitate Aquileiæ vbi templa Idolorum Beleni, & Feleni colebatur de quibus supra proxime, post Euangelii in eo loco prædicationem euerfis Idolis dicata fuerunt Alexum scilicet Feleni in honorem sancti felicis, qui spiritu oris sui in nomine Iesu Idola conterebat, & vbi alexum scilicet Beleni venerabatur fuit erecta Abatia Belinensis in honorem Sancti Martini à nominis antiquorum Idolorum proximitate detinentia, ut certior in posteros descenderet Idolatriæ de ipsis locis exterminatio, & fuit profecto Aquileia ex primis sponsis, quæ venerunt ad nuptias, nam ab initio fidei Orthodoxæ Marcus Auctor Euangelii à Beato Petro missus Aquileiam, miraculis, & doctrina nouæ ecclesiæ fundamenta iecit, nam etiam iuxta fontem timani non longe ab Aquileia extat templum sub titulo Sancti Ioannis in Tubis, quod olim (prout fama est) erat Delubrum Diomedis, Antiquum, & Quadratis lapidibus constructum, vbi etiam reperiuntur affixæ tabellæ infra descriptæ vota quædam præseferentia.

SPEI AVG. G. SACCONIVS VARRO

TRIB. COH. I. MILLARLAE

DELMATARVM.

M. V. S.

S. A. S.

S. A. S. PROSAI
AQUILINI
VILLICI AGG.
ET TITI. IVLI.
AQUILINI
IVLIA
STRATONICE
V. S.

TVT
VOTVM
L
TILIA
MAT

Verum est ergo & adimpletum Oraculum illud Prophetæ, terribilis est Dominus super omnes Deos gētium, qui sunt Demonia, vnde uidetur posse dici iam fuisse prædicatum Euangelium in uniuerso mundo propter illa verba, euntes ergo docete omnes gentes, & alibi. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq̃ue, & eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad ultimum terræ, quod Paulus affirmare uidetur dum citat Prophetam loco supra allegato in omnem terram, & dum exultat vsque ad sua tempora 29 † euangelium fructificare in omni creatura, quæ sub cælo est, & Idolatriam dispersam, & ab orbe eradicatam, & licet eius reliquæ in aliquo terræ huius angulo superesset, cum iuxta philosophi placita, parum pro nihilo reputatur, & affirmemus Aethiopem absolute nigrum, licet secundum dentes albus sit, eo quod sit eius pars minima, & Iesus Christus sufficienter extirpauit Idola, & Idolorum nomina manifestando, sufficienter extirpauit Idola, & Idolorum nomina, manifestando mundo nomen patris, & clarissimam notitiam de patre dedit mundo, dum inquit pater manifestauit nomen tuum mundo, & ibi qui uidet me, uidet & patrem meum, & per Apostolos innotuit mundo nomē patris, nec quicquam defuit ad vniuersalem abolitionem Idolorum, etiam si postea malitia hominum tantum prauauit, vt sibi alicubi erigerent Idola, prout dicitur de quadam Ciuitate in India superiori vocata Palumbum, vbi gentes adorant Bouem pro Deo, & quoddam Idolum in forma semibouis, & semihominis, & eidem Imolat filios & filias suas, & aliis quibusdam & tam sub meridie quam sub septentrione partibus regionibus prout acceptum est, ex literis missiuis eorum, qui sunt ex ordine Iesu, & munus apostolicum obeunt, ex quibus pius lector percipiet, redire in illas regiones tempora & status primitiue ecclesiæ, & vbi non adhuc denuntiatum est euangelium, (nam mensis quidem multa, sed pauci operarii, non tamen ad hoc com-

Psal. 96.

Mar. vii.
Math. vi.
Roma. 10.
Coloss. 1.

2. phil.

CC

Epiphanius. lib. 1.
Theo. 1.
Lactantius.
lib. 1. c. 12

pelluntur homines, sed remanent & relinquuntur in suo arbitrio, quod non erat olim, quia compellebantur, ut per Chaldeos, & per Romanos, qui cogeant ad Imolationem Deorum suorum.

Sed quia sunt multæ gentes Barbaræ, quæ non audierunt Christi verbum, maxime in Africâ, quod ex iis, qui ducuntur inde captiui, in promptu est, prout tradit Augustinus dicens, sunt qui putant hoc quod dicitur, prædicabitur Euangelium Regni in uniuerso orbe, per ipsos Apostolos factum esse, quod non ita esse certis documētis probatum est. Idem Augustinus in libro de vnitæte ecclesiæ, aduersus petilianum, nonnullas esse gentes tradit quibus nondum annuntiatum est euangelium. &c. Hieronymus quoque dicit, signum Domini aduentus est, in toto orbe euangelium prædicari ut nullus sit excusabilis videlicet & nobis hoc tempore non est opus certioribus testimoniis quàm eo quod certum est per huiusmodi navigationem, multas gentes reperiri partibus nostris ignotas, dum modo nauigatur sub Polo Antartico supra. 40. gradus, quod prioribus seculis non fuit unquam auditum, quibus sub æquinoctiali vix comperta est hominum habitatio, cum omnino incognita essent loca, & inexcogitabilis habitatio, quibus nescio, quomodo potuit Euangelium innotescere, at qui nunc, cum iam propè credamus orbis excidiam, præbuit illis Deus modum assequendæ veritatis, & uiam aperuit suo Euangelio, de qua etiam gentium diuersarum conuersione ita scribit Chrysostomus. Quid sit in tam breui tempore omnem sub sole terram tantis ecclesiis impleri, tantas gentes ad fidem transferri, populos persuaderi, ut patrias leges irritent, consuetudinem stabilitam reuellant, Altaria, templa, & statuas & sacrificia, & prophana festa, & immundum odorem, sicut fimum aliquem abhorreant, & excitent altaria ubique gentium in regione Romanorum, Persarum Scytarum, Maurorum, Indorum & ultra orbem nostrum, nam & Britanicæ Insulæ extra hoc mare sitæ, & quæ in ipso oceano sunt virtutem uerbi senserunt, hæc ille. Vnde dicendum est forre, quod licet per Apostolos mandatum de Euangelii prædicatione fuerit ceptum, ac per eorum successores persecutum, & in dies procedat, completum tamē, & perfectum non possit dici, nam qui mandatum dederat de euangelio prædicando omni creaturæ, CHRISTVS, etiam tempus ex quo expleri, & perfici deberet prædocuit, de mundi enim occasu precedentibus, & ipsius propè ruinam demonstrantibus loquens subintulit, & prædicabitur Euangelium Regni in uniuerso orbe in

Dan. 3.

Ad Rom. 10.

Mat. 24.

testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consumatio, ubi Origenes, cum omnis gens audierit prædicationem Euangelii, tunc erit finis sæculi, nec placito huic officit, quod supra adductum est de Dauide, in omnem terram &c. Per Apostolum, quia cum Dauid futurum expresse verbis de præterito, dicens exiuit, cum dicere debuisset exire, ita intelligamus Paulum uoluisse impletum fuisse, quod indubie erat implendum per successores Apostolorum, & cum dixit Euangelium fructificare in omni creatura, quæ sub cælo est, non quod tunc erat, sed usque quo Euangelium esset venturum, insinuat, nec contentus fuit Deus, ut Euangelium suum innotesceret uniuerso mundo per famam, & opinionem, verum uoluit, & iussit, ut prædicaretur in testimonium omnibus gentibus, ut ex inde reddantur inexcusabiles gentes ei non parentes, ipso met Hieronymo interpretante, Elimananda ergo erit Idolatria omnino ab uniuerso orbe, cum Euangelium Christi toti mundo propalatum fuerit in fine vicedelicet mundi † & tunc omnia Idola disperdentur, & poterit dici cum Esaia, repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientis, & tunc planè verificabitur, quod prædixit Zacharias, & erit in die illa dicit Dominus exercituum disperdam nomina Idolorum de terra, & non memorabuntur ultra, quod intelligatur de secundo Christi aduentu, quo tempore Idola omnia corruent, & illud maxime omnium præcipuum quod teste Paulo aduersatur, & extollitur super omne quod dicitur Deus, quæ Dominus Iesus interficit spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, eum cuius est aduentus secundum operationem Sathanæ in omni uirtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, Antichristum dico omnium Idolorum, & Demonum impiissimus, de quo etiam Augusti. Ita dicit in iudicio, vel circa iudicium has res dicimus esse venturas, Heliam Thesbiten fidam Iudæorum, Antichristum persecuturum, Christum uenturum & iudicaturum mortuorum resurrectionem, bonorum, malorumq; direptionem, mundi conflagrationem, & de eo etiam plura per Isidorum & alios, quo tempore non modo summuebuntur Idola, sed etiam Iudaica perfidia ad Christum conuertetur, ut dixi supra parte secunda in principali cap. vi. nu. 27. & tunc fiet unum Ouile & vnus pastor, quod autem is sit uerus intellectus ad uerba illa Zachariæ deprehendi potest ex literæ contextu, nam Zacharias ab xi. capite, usque ad finem de Antichristi persecutione, & aliis eo tempore faciendis vaticinatur, & tunc etiã

Esa. 11.

Zach. 13.

1. Thes. 2.

Aug. lib. 2. c. 18. & libro xxx. capit. vlti. de ciuit Dei & summa Antonii. in quar. part. tit. 10. 14. Iud. de sũ. bo. c. 25. 26. et cethi molo. 8.

maumetica secta (si supererit) estimatur in Antichristi execrationem coire, & consumari, & de utroq; etiam Christi aduentu possunt intelligi quæ prædixit Esaias, & Micheas dum dixit, & fluent ad eum omnes gentes scilicet in secundo aduentu, & ibunt populi multi scilicet in primo aduentu, præmittens uniuersalem saluationem gentium tanquam magis optabilem, qui Micheas eodem tempore, cum Esaias prophetauit.

O, felices igitur nos Christicolæ, & supra quàm dici possit beati, quibus in hac tenebroso orbis nocte, lux vera refulsit Christus Iesus Dominus noster, è conuerso vero infelices, & miserabiles gentiles, qui pro sapientia acquirenda, Mineruæ phana erigebant, nescientes Christum ob id colendum, qui est uera Dei sapientia, & pro corporis salutæ præcabantur Apollinem, aut æsculapium filiū eius, cum Christus ob id inuocandus fuisset, qui sanat omnes languiores, & omnes infirmitates, & totum hominem, & pro uī tempestatis in nauigationibus Neptuno, & Aeolo, ac Castori, & Polluci sacra faciebant, cum Christus ob ea uenerandus fuisset, & inuocandus, qui uentis imperat & Mari, & pro ignis periculo Vulcano præces inferebant, cum tamen Christus obsecrandus fuisset, qui fideles suos liberat ab ipso etiam igne æterno, & pro frugibus, & uini copia habenda cereri, & Bacho sacrificabant, quæ à Christo peti debuerant, qui ex quinque panibus saturauit tot millia hominū, & solo verbo oris sui aquam in uinum transmutauit, & qui est uera uitis, & facūda, & pro aquarum indigentia ad Naiades, & Nerei des accurrebant, relicto Christo fonte uberrimo à quo fluit aqua, de qua potantes nihil sitiunt amplius, & qui tandem ad alios suos falsos Deos confugiebant pro quibuscunq; suis calamitatibus abolendis, & temporalibus bonis consequendis, relicto ipso Christo uero Deo & Dei filio, à quo omne bonum, & cui omnia data sunt à patre, qui exclamat, venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam vos, traxit enim omnia ad se in cruce exaltatus, & se ipsum offerens hostiam Deo placentem, qui aduocauit etiam ad se uirtutem, misteria, & significata uitorum, hircorum, Azimorum, & omnia, quæ a sacerdote legali per Ismaelitas offerebantur.

O, quam suavis olim fuit uerbi Euangelici prædicatio inter gentes, cum impresso Dei verbo in cordibus eorum & Baptismo decorati, tamor hominum in Christum, sæpè patres ab amore filiorum,

rum, & filios à patribus, & nuptam à focru, fratrem à fratre, seruum à Domino, subditum à principe, diuisit, passi sunt constantissime omnia ludibria, uerbera, carceres, lapidationes, famēs, sitim, nuditatem, & nullum fuit afflictionum genus contra eos inexcogitatum, ut Sartagenes, Catapelta, Lebetes, Fornaces, Lacus, & præcipitia, Bestiarum Dentes, Maria, & proscriptiones, & alia neque dictis memoranda, neque factis tolleranda, non tamen à Christo derelicti quidquam horum animos eorum perturbauit, de quibus uī, quæ scribit Gregorius libro 32. Moralium, Sed actū est ut cum uincerentur uincerent, & ex diminutione augmentum, & ex morte triumphus, & gloria resurgeret, & licet credentes despectui essent, amitterent substantias, occiderentur, aqua summergerentur, & præmissa paterentur, plures tamen semper accrescebant, non solum nihil ex afflictionibus aliorum facti segniores, sed multum alacriores, & quamuis uiderent fluere torrentes sanguinum credentium, feruentiores tamen reddebantur in fide, & magis studiosi, & his primordiis radices egit ecclesia, & de his uide quid dicat Tertulianus ad Romanos iudices, ipsos Christianos accusatos extollens, Christianis uero quid simile? Neminem pudet, neminem penitet, nisi planè prius non fuisse, si denotatur, gloriatur, si accusatur non defendit, interrogatus, vel ultro, confitetur, damnatus gratias agit, quid hoc mali? quod naturalia mala non habent timorem, pudorem, tergiuerfationem, pœnitentiam, deplorationem, quod hoc malum est, cuius reus gaudet? cuius accusatio, votum est? & pœna, fœlicitas?

Hæc sunt arma fidei Redemptoris nostri, hæc salutis galeæ, Piæ & humiles uerbi Dei prædicationes sunt Iacula, & mandatorum obseruatio sunt mucrones, & gladii aduersus rectores tenebrarū, cū quibus acquiritur regnum à Christi militibus, paratum omnibus diligentibus se à constitutione mundi, non autem per armorum potentiam, & coactores, aut per gladios ultores, sic mos est omnibus infidelibus, quibus iacta fundamentis nunquam poterit sancta Romana ecclesia destrui, fundamenta enim ecclesiæ in montibus sanctis, per montes insinuans prophetas, Apostolos, Euangelistas, atque prædicantes, quibus tota huius ædificii fabrica commissa uidetur & qui Bases firmissimè ipsius ecclesiæ forēt, ut de reliquis, & uene. sanct. c. i. li. vi. & xxii. disti. c. sacrosancta. §. i. ergo sedes ubi habetur q̄ Beati Petrus & Paulus suo Martyrio Romanæ ecclesiæ cōsecrarunt, licet eiudē ecclesiæ author per principale funda-

mentum sit Christus, & à Salvatore Christo primatum obtinuit c. sacrosancta. xxii. distin. & i. quæst. i. cum Paulus, & Apolto. ad Corin. iii. fundamentum nullum aliud poni potest nisi illud quod est Christus, & de præb. non bap. c. veniens. & text. in c. fundamenta, in vi. & Math. xvi. per glo. xix. distin. c. cum Dominus & per Paul. de Cast. consil. cccc. xiii. in facti. columna secunda. volumi. i. In ipso ergo Christo veluti in summo angulari lapide fundata est ecclesia, & ecclesia illa ita iubente Domino ab Antiochia Roma translata est xxiii. quæst. i. Rogamus, & ipsa ante alias pluribus gaudet privilegiis, ipsa enim est respublica, aliæ loco priuatorum habetur. ff. de uerbo. signi. l. eum qui. & ff. ad Macedo. l. nihil. & in arch. vt ecclesia Romana centū annorū gaudeat privilegio in rubr. & in nigro. & est omnium mater, & magistra. C. de sum. trin. Epistola inter claras xii. distin. c. i. per Oldra. consil. lxii. & sicut eiusdem Christi verbo destructum fuit templum hierosolymis toto orbe celeberrimum, & omni magnificentia conspicuum, quod nullus readificabit, ita ædificauit ecclesiam, quam nullus destruere poterit, nā, & hanc plures Imperatores, & alii potentes conati sunt destruere & euertere, & non potuerunt, illud vero attentauerunt readificare, nec id ipsum potuerunt, obstante Christi uerbo dum admirantibus templum illud discipulis dixit, nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis non manebit lapis super lapidem, & qui ecclesiam persequuntur, CHRISTVM, ipsum persequuntur, ob id enim dixit, Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit, quis es Domine? Et ille. Ego sum Iesus quem tu persequeris, proprias sibi faciens ecclesie passiones, caueant ergo eiusdem Sanctæ Romanæ ecclesie persecutores, cum eius persecutio CHRISTO ascribatur qui ecclesie caput est, & fundamentum ut dictum est, & cogitent, quantum periculum eorum sit, qui ecclesiam marore afficiunt, quanta corona eorum, qui ecclesiam venerantur, & agnoscant uocent Domini dicentis, qui vos spernit me spernit, unde sacerdotes merito sunt honorandi, cum à Deo fuerint instituti, vt de Aaron, & Melehisedech scriptum est, & de ipso etiam Christo dei filio uolente de hoc mundo exire, & ad patrem redire, qui sunt etiam Dei ministri, & scriptum est Diis non detrahes. i. sacerdotibus vt exponit tex. in c. sacerdotibus xi. q. i. & in c. cum ex iniuncto, de hæreti. & in c. futuram xii. q. i. & eius dignitas superat omnem potestatem Angelorum & Archangelorum, cum trahant uerum corpus Christi à summo cælo in terram clem. si Dominum. de relliqui. et uene-

Math. 24

Actu. 9.

Luc. 10.

Gen. 14.

Esa. 61.

ra. san. quod non dedit Angelis, vt per Ioan. de Turre Crema. in c. quid sit de consecrati. distin. ii.

Eosdem fructus pareret, prædicatio Euangelii in terris infidelium Maumetistarum, si potentissimus eorum Imperator publica tionem uerbi eiusdem diuini admitteret † nam & plures gentiliū Romanorū Imperatores uitā & legem perscrutati, eundē coluerunt, prout fuit Octauius Augustus, cuius anno xl. numero natus est Christus, qui primus aram eidem extruxit, nec amplius Dominus uocari uoluit, & post ipsum Tiberius Cæsar, sub quo idem Dominus noster passus est, qui de Christo bene sentiens habita religione de eius passione, & resurrectione, consequentibusq; uirtutibus quæ uel per ipsum palam factæ fuerunt, uel per discipulos eius in nomine ipsius fiebant, cominatus est accusatoribus Christianorum capitis pœnam, & omnes Christi contradictores sine miseratione deleuit, & Pilatum exilio damnauit, Traianus etiam Imperator maximus statuit, ut Christiani non possent inquiri, & si non expresse saltem tacite permisit religionis Christi cultum interdicens inquisitiones contra Christicolas, idem decreuit Antoninus Pius ut legitur in Epistola, quam scripsit uniuersis plebibus Asiæ, nisi Christiani forte arguerentur aliquid aduersus Romanū regnū tunc statum moliri, & Christi uitam obseruans eidem tanquam Deo statum dicauit. Item & Alexander Seuerus qui ut refert capitolinus, templa Christo fieri decreuit, & in matutinis orabat in sacrario suo coram imagine Christi, de quo Lampridius in uita eiusdem Cæsaris dicit, quod cum Christiani quendam locū qui publicus fuerat occupassent, contra autem popinarii dicerent sibi eum deberi, rescripsit, melius esse, ut quomodo cūq; illic Deus colatur, quam popinariis dedatur, Adrianus etiam Imperator Christo templa iussit fieri, esseque ipsum inter Deos recipiendum, & ob id templa absque simulachris in omnibus Ciuitatibus erigi decreuit, item & Constantinus Magnus, qui tandem baptismum suscepit à Beato Syluestro, & Christianus effectus, licentiam dedit Christianis libere posse congregari, & Basilicas in honorem Iesu Christi construi fecit, & Christum ubique coli, & ipse etiam in Palatio Lateranen. ad eiusdem honorem construxit ecclesiam, quæ dicitur Basilica Saluatoris, licet in extremo uitæ baptisma suscepit secundum Casiodorum lib. iii. historiae tripartitæ, & Hieronymum in Cronicis, & Ambrosiū de morte Theodosii, & ante ipsum

Tertullia,
in apologetico, cap. 5
Eusebius,
lib. 2. ca. 2.
Orosius,
lib. vi.

M. Julius Philippus vicesimus septimus ab Augusto, vnà cum filio uio Iulio Saturnino primi omnium Imperatorum, Christiani Romæ facti sunt, & quod supra dixi de Beato Syluestro, hoc ipsum relatum est in concilio Romano habito sub Syluestro. licet Eusebius & Theodoretus scripserint, non Romæ sed nicomedæ baptizatū.

Eusebius.
lib. 1. c. 31.
Ecclesi.
hysto.
Theodore
tus. libr. 4.
in illius
vita.

Et facilius quàm antiqui, & alii gentiles conuerterent ad Christum Maumetistæ per Euangelii prædicationem, † cum ipsi non sint Idolatræ sed adorant Deū, prout talis instinctus est apud omnes gentes mundi, in ipsum tamen diuersimode credunt, ex quo omnium gentium naturali instinctu apparet quòd Deus est, alias non esset possibile quòd talis intetio esset apud omnes ad aliquid falsum, ut per Pau. de Cast. in l. i. §. ius gentiū. ff. de iusti. & iur. qui al legat Tullium in libro de Senectute, & Psal. dixit inspiens in corde &c. Quem Deum ipsi Manmethis sectatores vocant, Halla, ut per glo. in clem. i. in verbo Zabazala, de Iudæ. & Sarra. & apud Græcos, dicitur Theos, quem asirii nominant Adad, Persæ, & Calicutii, Zuni, Aetiopes Alla, Sclauī & Croatiū Boeg. † Credunt etiam ipsi Maumetistæ Iesum Prophetam magnum, & ultimum hebræorum prophetam, & flatu vel spiritu Dei conceptum, & de uirgine sine uirili semine natum, nec mirum hoc esse debuit etiam priscis gentibus, cum Phanicem sine coniuge nasci, vel renasci cōstet, ut semper, & vna sit, & semper sibi ipsa nascendo, uel renascendo succedat & palam est omnibus apes nescire coniugia, nec fetus sexibus edere, qui etiam credebant Mineruam suam de Cerebro Iouis natam & quid magis contra naturam? In Christo ordo nature seruat qui conceptus, & partus temporibus suis editus ibi nusquam femineus sexus, sed uir solus & partus, sed & liberum de femore eius ortum putarunt, & venerem de spuma maris, de ouo castorem, & pollucem, de formicis mirnudones, & ex lapidibus iactis a Deucalione & pyrrha homines, & cur non fuit eis credibile diuina virtute ad totius mundi reintegrationem Deo inspirante uirginem sine hominis uitio concepisse? Credunt etiam uirgines eorum posse concipere, sine uirili semine, & conceptos vocāt Nefesogli credunt etiam Iesum habuisse potestatem à Deo mirabilia faciendi, sanandique omnem languorem & infirmitatem, eiiciendique Demones, suscitandi mortuos, & alia de eo mirabilia per Euangelistas enarrata, item credunt quòd Iesus, quem nominant Neich sciuit, & sciat omnia secreta cordiū, & omnes libros, & omnem sapientiam Mosis, & prædicationem, & quicquid homine.

in eorum

in eorum domibus agerent, & quid in eorū Thesauris reponerent, & quòd contempsit diuitias, & abiecit carnales concupiscentias, nec habuit delectationes quæ sunt causa peccandi, & eis præcipitur in Alcorano, ut libris Moisi, prophetarum firmam adhibeant fidem. licet Specu. in tit. de Iudæ. dicat Maumetanos omnes prophetas hoc est uaticinia, quæ in canone hebræorum habentur reuicere, præter Pætateucum Mosis, & idem habetur a, Marsilio Ficino in lib. de religione Christiana. Item & habent ab ipso Maumethe de Maria, quod Angelus Gabriel dixit ei, ò, Maria Deus te elegit, & decorauit te gratia, & ornauit, & p̄legit super omnes mulieres omnium filiorum matres, & posuit te quasi medium inter homines, & Angelos Dei in Paradiso deliciarum, item quòd nullus est, quem Sathan non tetigerit præter Neich idest I E S V M, & M A R I A M. Habent iterum de Iesu quòd non sit mortuus sed assumptus in cælum, relicto in manibus hebræorum Christi simulachro, sicut Manichei, extat etiam apud illos conuentus religiosorum ex ordine Helix & ordine Ioannis Baptistæ, & ex ordine Iesu, quæ 35 vocant prophetam magnum ut supra, † item & cantant Maumethistæ Hymnos Dauiticos, sicut nos Christiani, qui continent laudes, & merita Christi, & omnia Dei, & naturæ sacramenta, & qui fuerunt à Dauide compositi Duce spiritu sancto, prout ipsos etiā concinunt omnes totius mundi nationes & id forte diuina dispositione factum est, ut Psalmi compilati ab eo, qui expressissimum Typum, & locum uniuersalis redemptoris tenuit, omnibus gentibus per ipsum Dauidem fructum conferrent; Accedat quòd visitantes sepulchrum Maumethicum non existimantur omnino purificati, nisi sepulchrum M A R I A E V I R G I N I S immaculatissimæ simul visitent, & si quis Iudæus fieri uult Maumethista cogitur prius credere Christo, cui talis sit interrogatio, credis ne Christū, fuisse flatu Dei ex uirgine natum, & ultimum prophetam hebræorum? quo concessio fit Maumethanus, adeo quòd parum abest quin ueritatis scopum attingant illius sectæ sequaces, & hæc sunt fortissimæ fidei nostræ propugnacula, ut eius probatio ab infidelibus habeatur, pro quibus licet inimicis fidei, & eorum salute, & illuminatione intercedere quotidie nō desinamus, exēplo Saluatoris nostri, qui pro calumniatibus arauit, cum tam amicos, quam inimicos equaminiter diligere teneamur, ne tot innumerabiles animæ aeterno supplicio damnentur. Math. 5.

DD

36 † Consequenter & ipsi in viam veritatis facillime tenderent si admitterentur, qui eos in fide clarius instruerent, & animadu erterent à quibus corum legis lator Maumethes conceptus fuerit & quomodo natus, & nutritus, à quibus educatus, & instructus, & nullis vnquam prophetarum vaticiniis prædictus, sicut de **C H R I S T O** Iesu Domino nostro, in quo omnes prophetarum prædictiones sunt adimpletæ, & si mente voluerent quod persuasio vitæ uentri consentaneæ, & sensui humano applaudentis, vt pluralitas vxorum est contra Dei ordinationem, nec excusantur ex consuetudine, quia talis mos non est à Deo, & licet Patriarchæ in antiqua lege habuerint plures vxores, vt Iacob duas liberas scilicet Lyam, & Rachelem filias Laban auunculi sui, & duas ancillas scilicet Zalphã ancillam Lyæ, & Balam ancillam Rachelis, hoc fuit inspiratione diuina, & non causa explendæ libidinis, sed prolis numerosæ. c. obii-ciuntur, & ibi no. xxxii. quæst. iiii. & ideo mos gentilium eos non excusat, cum non sit à Deo, & corruptela vitii sodomitici, est cõtra naturam quod etiam Maumethes ipse detestatur tanquam flagitiũ enorme, quo nihil detestabilius, quàm commixtionem cum masculo coitu fœminæ, Deus ipse in Leuitico appellat abhominacionem, quia contra naturam, adeo quod etiam bestia effrenata appetentia libidinis concitata, naturæ leges in suo genere exerceant, hanc monstruosam coniunctionem abhorrentes, de qua Plato in libro de legibus ita fatur. quoties fœmina, & masculus ad generandum conueniuntur, voluptas ex eo conuentu à natura quidem esse uidetur tributa, at quum mares, maribus, & fœminæ fœminis commiscantur, ea inhumana voluptas est, & præter naturam est viii. de republ. non effundas semen in loco vbi non præsumis q̄ nascatur, & habetur de onone. gen. 38. & qui primũ tale facinus ausi sunt nefandissime in id flagitii incontinentia, libidinis inciderunt, hinc lege diuina comburi debent, & qui dormierit cum masculo, coitu fœminæ, vterque operatus est nephas. morte moriatur, & idem in Græcia, per legem Laiã statutum erat, & ob id legitur Orpheus à mulieribus discerptus, vel secundum alios ictus fulmine arfisse & accerrime fuerit à Deo castigati hoc scelere polluti, prout etiam legitur apud Eusebium). ab Eufrate Fluuio vsque ad orientalem Oceanum, qui pudorem masculo rapuerit, è conspectu hominum, & à vita voluntarie morte abire præ ignominia cogatur, tanto de decore afficitur, ab illo ergo abstinere deberet. Et plura quæ Maumethes concedit nihil possunt habere commune cum perpetuæ

Alcoran.
ca. 17. ruf-
sus, ca. 36.
& cap. 37.
Leui. 20.

Leui. 20.

Gen. 19.

Leui. 19.

vita beatitudine, & immortalis animæ felicitate; Quæ non consistit in delectationibus corporalibus, cum ipsa sint communes hominibus, & brutis, & quorum vsus, nisi sit moderatus necat hominem, & actus temperantiæ in abstinendo ab eis est maxime laudabilis, cum impediatur ad appropinquandũ ad Dei cognitionem, felicitas enim virtutis est præmium, prout etiam nec in honoribus consistit, cum sint in potestate honorantis, & etiam mali possint honorari, prout etiam, nec in humana gloria, quæ instabili fortunæ supposita est, & ad Christum se conuerterent, si in eorum animis versarent illam suam legem compactam per Maumethem vt facilius seduceret animos simplicium populorum, in præcipitia sempiterna sub voluptatis linimento, dum in alio sæculo promittit legem suam obseruantibus quod habebunt hortos irriguos, & Cyphos aureos, & argenteos, & esum ciborum exquisitorum, & flumina lactis, mellis, & vini aromatici, & coitum cum pulcherrimis virginibus, & alia similia, cum tamen post mortem in futura vita non erit aliqua refectio materialis, sed spiritualis, & erimus sicut Angeli, qui in regno cœlorum non indigent esca vel potu, sed diuina fructione, & à sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non uidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te, & secundum Apostolum, oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum, & quæso, quonam modo in eius paradiso permittit Maumethes vinum bibendum? vbi non inuenietur, & in hoc mundo prohibet vini potum, vbi Deus benedictus illud nasci voluit, vt sicut ceteris rebus creatis, ita & illo ad eius necessitatem frueretur, & vbi reperitur illud prohibet, & vbi non est, nec erit, illud concedit, ita sectatores suos manifeste deludendo, cum & vsus venereorum, & ciborum non erit in consideratione post resurrectionem corporum,

37 quod patet, † quia remota vita corruptibili, necesse est ea remoueri, quæ corruptibili vitæ deseruiunt, vt cibi quos assumimus, vt corruptio, quæ possit accidere ex consumptione naturalis humiditatis, cui tetur, licet immortalitas, in qua creatus erat primus homo cibis erat sustinenda, secus in futura, in qua erit nõ posse mori, similiter & commixtio maris & fœminæ corruptibili vitæ deseruit, ordinatur enim ad generationem, per quam quod perpetuo conseruatur non potest secundum indiuiduum, conseruatur in specie, quod nõ est opus in resurgentibus, cum eorum vita erit incorruptibilis, & erit numerus beatorum completus, & vita resurgentium ad con-

Es. 64.

s. Thon
lib. 4. co
tra Gēi.

Amos. 6.

Ecclesia.
li. 15.

prover. 30

seruandam perfectam beatitudinem ordinatur, perfecta autem beatitudo, & felicitas hominis non consistit in delectationibus corporalibus, quæ sunt delectationes ciborum non permanentes sed fugientes, vt per prophetam increpantem lautas commissiones, & venerorum, quos dictum est esse communes etiam animalibus brutis, nam cur quinque sint hominis sensus, & voluptates hæ duo tantum scilicet gustus, & tactus, & sic cibi, & veneris sunt nobis communes cum beluis, ideo in ferarum numero habetur, qui his plus æquo occupatur ut tradit Aristoteles, expectari ergo debent post resurrectionem delectationes altissimæ, quæ erunt nobis cum Angelis communes, & erunt in visione Dei, & licet aliquando in scriptura diuina videatur permitti ciborum vsus post resurrectionem, spiritualiter intelligendum est, vt illud cibauit illū Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum, & de ipsa quoque sapientia dicitur alibi, lignum vitæ est his, qui apprehenderunt eam, beati &c. & alibi sape, ideo Auicēna, qui fuit eiusdem sectæ Maumethicæ sectator nouo metaphisices eandem illud, quid, quod nulla diuina oracula præcedētium prophetarum prohibent legi illius testimonium, quin potius omnia veteris, & noui testamenti documenta, fabulosa deprauat enarratione, vt potest legenti illam, patere.

Et propterea cante prouidit Maumethes non nisi gladio legem suam esse tuendam, vt quod ratione defendi non posset, id per violentiam fieret, prohibuit enim de ea cum hominibus diuersæ sectæ disputari, & quod sui non crederent cuiquam nisi Agareno. & separarent se penitus ab aliis, dicerentque, mihi lex mea, tibi tua, inde euenit vt Agareni Maumethe mortuo, à secta illius, desciuere, tanquam friuola, & successorum armis retenti fuere. Alium modū ad inuenit Lycurgus, vt legibus suis æternitatem donaret, iureiurando enim obligauit ciuitatem nihil eos de eius legibus immutatueros, priusquam reuerteretur, simulans se ad Oraculum Delphicum proficisci, consulturum quid agendum, uel mutandum legibus videretur, & profectus est in cretam ubi voluntarium exilium perpetuò egit, moriensque ossa sua in mare proiici iussit, ut forte Lacedemoniam referrentur & sic se putarent Lacedemonii iureiurando solutos.

CHRISTVS autem non sic legem suam firmavit, nec vi, armis, aut dolose instituit, sed piis monitionibus, & vitæ sanctimonia & miraculis, quæ vitæ sinceritas, Innocentia, mansuetudo, clementia,

tia, & humanitas, & piorum operum suasio, sunt diuinitatis argumenta certissima, & nec CHRISTI lex iussa est in abscondito latere, sed per totum orbem prædicari, vt eius suauitas, firmitas, & veritas omnibus elucesceret, & nō in tenebris, non in aure, nō clā non in cubicalis sed palā super tecta ad populos & omnē creaturā.

38 † Animaduertant etiam ipsi Maumethis sectatores, qua calliditate, & versutia vsus fuerit, quia tanquam simia Mosis, qui à vero Deo legem habuit, finxit se ab Angelo Gabriele legem habuisse, sicut Osiris à Mercurio, Solon à Minerua, Minos à Ioue, Lycurgus ab Apolline, & Numa Pompilius ab Aegeria Nympha, simulatis numinibus, & qui videns legi sacratissimæ Domini nostri, non posse quicquam dici contra, secutus est exemplum Hieroboā, qui tribui suæ alios ritus, colendos demandauit, ne Iudæorum Imperio unquam subessent, ita & ipse alios ritus à Christo introduxit, ne sui adhererent Christo, proponens varia propugnacula, & ante murale illud præcipuum, ne de eius lege fieret per aliquem controuersia, & ne in questionem deduceretur, cum sciret eam ratione posse vinci, & à populis eiusdem sectæ de facili eliminandam fore, si de illa permissum esset tractari, & Euangelium prædicari, & de miraculis CHRISTI, & quod illa fecerit ex propria natura, quæ non nisi potestate diuina fieri possunt, & solo verbo, & præceptiue, quæ non ratione factæ rei, sed ratione modi faciendi sunt diuinitatis euidentissima signa, nam taliter agebat, qualiter agunt qui propria virtute, & non aliunde accepta agunt, quod est proprium Dei independenter agere, & non aliena virtute, qui modus agendi creaturæ communicari non potest, vnde ipse, vt existens Deus, non in Dei virtute vt existens homo operabatur, vt suscitatio mortui, illuminatio cæci nati, & qui cogeret sibi elementa famulari, seruire uentos Maria obedire, inferos cedere, & alia quæ præuidit Esaias dicens tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum &c. & quis negare poterit eundem Dominū nostrum, inspecta eius vita & doctrina attentis præmissis, & ipsum Deum, & hominem, quem Dei filium Demonia fassa sunt, dū exhibant à multis ad illius nutum clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei, & adorauerunt eum clamando, quid mihi & tibi Iesu filii Dei altissimi, & spiritus immundi cum illum uidebant procidebāt ei uociferantes tu es filius Dei.

Luc. 4.
Math. 8.

Mar. 3. 5.

Quid quòd non ipse tantum, sed eius Apostoli, non vna tantum sed variis linguis prædicantes verbum eius miracula infinita fecerunt, non in Iudæa tantum sicut Christus, sed per vniuersum mundum, & Petrus Apostolorum maximus in ipsis Claudii temporibus Romæ præsidens, ac veluti dux, & diuinæ militiæ prælia gerens, virtutum castra in ea vrbe ductabat, & sermonem veritatis propagabat, cuius sermo mentes vniuersorum, placido illustrauit auditu, ita quæ audientibus illum quottidie nulla unquam satietas fieret, ut habetur ex Eusebii Cæsariensis commentariis, quos Ruffinus ex nostris Aquileiensibus Latinos reddidit, & Marcus Euangelista Monitis Beati Petri, perexit ad ciuitatem Aquileiæ ad prædicandum verbum Dei, & ab eodem Pontificatus baculum accipiens per aliquot annos salutis verbum seminavit, hæc peragentes miraculis publicari, vt etiam vmbra corporum illorum ægris sanitatem restituere, & ex tactu vestium Pauli demonibus oppressi liberarentur.

Et mirum est, quòd cum ipsi præcones essent simplices piscatores, Iudæi ex Iudæis gente odiosa, ac apud omnes alias detestanda & qui crucifixum hominem adorare iubebant, & nouitati vitæ austeritatem doctrinæ iniungebant, abiecti, rudes, pauperes, nec splendore natalium clari, nihil tamen eorum fidei fuerit impedimento tanta vis crucifixi, & cum non illorum verba eiusmodi successum efficiebant, sed Christi virtus in illos efficaciam suam infundens, cum tamen Plato ille celeberrimus Siciliam adiens cum magnifica, & ampla existimatione, & verborum pompa nec unum quidem Tirannum edomuit, sed tantum infeliciter inde discessit, vt propriam libertatem amiserit. Hi tamen vniuersam terram lustrando prædicantes vbique admiranda prodigia in eiusdem Domini nostri nomine fecerunt, argumenta veritatis fidei Christianæ, prout idem Dominus noster iam iam ad crucis supplicium accessurus discipulis dixit, Amen Amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & illa faciet, & his maiora faciet, quæ orationem nemo vnquam hominum usurpare, etiam quòd miracula ostentauerint, at nequidem animo versare sustinuit, vnde dici non possint magica arte, aut præstigialiter facta, aut per violentiam aliquam, cum hæc Christianis maxime sint prohibita. Et de eisdem Apostolis piscatoribus vaticinium dedit Sybilla erithæa, dicens eligeret sibi de piscatoribus eiectionis numerum duodenarium, de quibus etiam Augustinus, in eruditis liberalibus disciplinis, & omnino quantum ad philosophorum attinet doctrinas impositos, non

peritos gramatica, non armatos dialectica, non Rhetorica imbutos piscatores Christus, cum retibus fidei ad mare huius sæculi paucissimos misit, atque ita ex omni genere tam multos pisces, & tanto mirabiliores, quanto maiores etiam ipsos philosophos cepit, erant enim à Domino edocti, vnde Apostolus dixit, quæ sunt stulta mundi elegit Deus, nam spiritus sanctus oia illis suggererat.

Ad quæ maumethis cultores aduertere deberent, & oculos aperire cum agatur de animarum salute, & sicut credunt Iesum magnum & ultimum prophetam hebræorum, credant etiam eundem Dei filium & Deum, & hominem eorum (nisi per eos desit) redemptorem, & crebras illas, & quottidianas corporis lotiones, conuertant in baptismi vnicum lauacrum, cum quodammodo ad illum figuratè sint, & præponant, emundationem animæ, lotionibus corporis, quod si proficerent, eorumdem potentissimus Imperator certus esset, † Christi vexillo insignitus posse facillime debellare, & penitus euertere ferocem illum Persarum Regem, de cuius regni olim custode fit mentio Danic. x. qui habebat Angelum regni sui custodem, vbi ex persona Gabriëlis Archangeli hæc ponuntur verba; Princeps regni Persarum restitit mihi, viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, de quo Gregorius dicit quod Principi Regni Persarum erat bonus Angelus custodiæ illius regni deputatus, qui resistebat pro regno suo contra Gabrielelem Archangelum, cui populus Israel in Perside erat commissus, qui laborabat pro populi deliberatione, quem toto posse Angelus Persarum impedire nitentur, & quòd Israelitæ habuerint Angelum protengentem habetur. Exo. 14. ubi sic dicitur. Eleuansque se Angelus Domini, qui præcedat Castra Israel, abiit post eos & cap. 23. Ecce ego mitto Angelum meum qui precedat te & custodiat in uia, & hebræi communi consensu dicunt fuisse Michaellem. & non potest dici propter hoc dissensio in regno beatitudinis, non est enim dissensionis Deus sed pacis. i. Cor. 14. sed potest esse vt vnusquisque proferat quod sentit coram principe regni cœlestis & omnibus libratæ summa æquitate decidatur cõtrouersia, quomodo autem vnus Angelus alteri resistat vide Sanctum Tho. in prima. par. quæst. cxiii. & tunc eorumdem Maumethanorum princeps sine arcu, & sagitta, & absque scuto, aut gladio, Audaces Persas, & alios orientales, & septentrionales infideles iugo suo subiiceret, & absque armis, & acie, hostes ei cederent

ultro, & totus oriens ad Christum reuerteretur nec sibi & Imperio suo quicquam sinistri contingeret, iactans in Christo omnem spem suam, nam & Ladislaus Litaniam princeps, ut regno Poloniae potiretur Christianus effectus fuit, & voti compos factus est, item apud francos ex gentili & Idolatra Christianus effectus est Clodoneus, apud Ungaros nostris initiatis sacris omnem illam gentem Christo acquisiuit, apud Longobardos Agilulphus suasu coniugis Theudelindae reliquit Idola, & cum omni populo Christo adhaesit, data est enim Domino Iesu a patre aeterno omnis potestas in caelo & in terra, & sine ipsius voluntate regna minime possunt subsistere, cum Imperium sit donum Dei, & ad sui libitum deponit potentes de sede, & conterit hostes suos, qui confidunt in multitudine, & brachio suo, & eius virtus non consistit in numero bellantium, aut in equorum viribus, sed in praecationibus humilium, & mansuetorum, & in ipsum confidentium, prout scriptum est de Abraham, qui cum 318. vernaculis suis fide sua in Deum quinque Reges profligauit, & de Mose seruo Domini qui Amalech fidentem in virtute, & potentia sua & exercitu, & Clypeis, & equitibus, praecibus suis humilibus, non ferro pugnando deiecit, & de Theodosio Imperatore, qui suis praecibus ad Dominum Iesum eo quod in eius nomine praelium inierat, benigne dexteram porrexit, & factum fuit repente admirandum prodigium nam turbo ventorum vehemens a patre Theodosii in ora Hostium, pectoraque illis grauiter scutis, euerberabat, nunc impressis pertinaciter obstricta clau debat, nunc auulsis violenter, destituta nudabat, nunc oppositis iugiter in terga trudebat, tela etiam, quae ipsi uehementer intorsebant, excepta ventis, impetu supinato, ac retrorsum coacto in ipsos infeliciter confligebat, & ea quae ab eius parte spicula erant missa ultra mensuram humani iactus permagnum inane portata, ualenter hosti infligebat, de quo claudianus licet paganus sit cecinit.

*O nimium dilectae Deo, cui militat aether,
Et coniurati ueniunt ad Classica uenti.*

De quo etiam habetur. in cle. vnica, de relig. & uenera. sancto. in glo. in numero orationes, item & sicut orante Mose Hamalech superabatur, ita orante Heliseo conclusi fuerunt Assyrii in medio, Samariae obcaecati, item & de Constantino Caesare habetur, cui fertur Christum apparuisse, & signum crucis ei ostendisse, ac praecipisse ut figuram similem faceret, & in praeliis hoc auxilium haberet, quo victoriae iura conquirerat, qui letus in militaria vexilla signum

gnum Crucis transformauit, cum quo mirabiliter diuina regente virtute facta congressione hostes superabat, immo & ad eiusdem Iesu Christi nois inuocatione bene gestum fuit etiam Marco Antonio vero Imperatori Paganismi, tempore quo gerebat bellum Marcomanicum, cuius exercitu in quadrorum usque fines progressio, circumuentoque ab hostibus, propter aquarum penuriam & tam sitis, quam hostis periculum sustineret, ad inuocationem nominis Iesu Christi, quam repente magna fidei constantia quidam milites Christiani effusi in praeces palam fecerunt, tanta uis pluuiae effusa est ut Romanos quidem largissime, ac sine iniuria refecerit, Barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos (praesertim cum plurimi eorum occiderentur) in fugam coegerit, & idem Dominus Rex noster semper paratus est pugnare pro eius fidelibus, qui tamen si recesserint a cultu & sui fide, permittit ire eos in praedam & gladium, & in opprobrium, sicut et uideamus saepe Christianos per infideles in bellis captiuos abduci, & occidi, terrasque eorum occupari, licet sint peculiaris populus Dei, regenerati per baptismum, nam hoc contingit propter eorum delicta, nam & olim ante eiusdem Domini nostri aduentum Iudaei a Deo dilecti, & peculiaris populus Dei opprimebantur saepissime ex Dei uoluntate propter eorum delicta, ut scriptum est per prophetam, tantum modo uos cognoui ex omnibus cognationibus terrae, iccirco uisitabo super uos omnes iniquitates uestras, ut fecit per Antiochum, cum Idolatriam Iudaicae plebis puniuit, qui tempore Machabeorum Hierusalem coepit, & templum polluit, unde quia illud sibi Antiochus attribuebat, & uiribus suis, scriptum est per prophetam, effunde iram tuam in gentes, quae te non nouerunt, & in regna, quae non inuocauerunt nomen tuum, ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? Irem per Romanos peccatum mortis Christi. Deus castigauit, qui cum urbis excidium, & Iudaicae plebis miseram captiuitatem suae ascriberent potentiae, contra eos propheta imprecatur dicens, leua manus tuas in superbis eorum qui te oderunt, & qui multa maligna operati sunt, monumenta suae uictoriae posuerunt in medio atrio tuo, & habetur per Gregorium ita dicentem, saepe ab Alienigenis Dei iussu excitatis propter diuina maiestatis offensam, subactus est populus Iudaeorum, & est translatus. xxiii. quast. v. c. remittuntur, & quast. iiii. si quos, & de Christianis propter eorum peccata ab infidelibus percussis uidebo. text. in c. si gens Angelorum in fin. lvii. distincti. Nam & scriptum est, ego

EE

Gen. 15.

Augustin.
lib. v. c. 26
De ciuit. Dei
Socrates.
lib. 5. c. 25.
& Paulus
Orosius.

Eusebius.
lib. 1. & li
bro. 2. de
uita Con-
stantini.

Amos. 5.

1. Mach. 5.

Psal. 72.

Psal. 72.

Apos. 4.

quos amo, arguo, & castigo, & sic ergo in correctionem Christianorum prouidit Dominus de flagello principum, ut eos corrigat, non tamen deleri permittat, vnde de eis non est conquerendum, cum excitati à Deo hoc faciant, ut per prophetam, ve assur virga furoris mei, & baculus ipse est in manu eius indignatio mea. Et de bello tam cōtra Barbaros, quàm alios, & in nos ipsos, nolui omitte re, quæ pie, tradit Chriostomus, tria esse bellorum genera grauiora, vnum quidem commune, hoc, cum exercitus nostri aduersus Barbaros pugnant, secundum, cum etiam pacis tempore nos inuicem pugnamus, tertium, cum vnusquisque aduersum se bella, seditionesque concitat, hoc quippe omnium acerbissimum bellum est, nam profectò bellum quod excitatur a Barbaris, nihil ferè nos lædere potest, nam etsi hostes nos perimant & ingulent nullū tamen ad animas periculum migrat, neque salutem illam sempiternam uiolare possunt, nec secundum illud belligenus, si vellimus, quippiam nobis nocere poterit, quantumlibet enim alii cōtra nos pugnent, ipsi tamen esse pacifici possumus. Audi deniq; quid propheta dicat, pro eo ut me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam, & rursus cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, ac deinceps, impugnabāt me gratis, porrò, tertium, illud belligenus, absque pericula uix effugere possumus, vbi enim corpus aduersus animam disidens, seditiones, turbasque commouet, molestasque concupiscentias excitat, & voluptates corporum armat, irā atque inuidiā non possumus nisi hoc soluatur bellum, promissis perfrui bonis, verum necesse est, cum qui huiusmodi seditionem comprimere pergit, & cadere, & excipere uulnera, quæ mortem illam sempiternam pariunt magna igitur cura sit, vt excitatum pramatur. Et hoc est ad augmentum meritorum, quia virtus in infirmitate perficitur, vt etiam scriptum est de Senacarib blasphemus qui regnum Ezechia viri sancti vastauit, sed quia ipse cum Esaia propheta non cessarunt clamare ad Dominum Paulopost totus exercitus Senacarib impiissimū occisus est ab Angelo. iiii. regum. xix. & iud. Ezech. xxvii. & xxix. & Hier. xxvii. Sine etiam hoc permittatur à Deo ne Christiani in superbiam extollantur, siue hoc contingat etiam propter peccatum primi parentis, & propria eorum delicta, vt dictum est de Israelitis, quos Deus olim variis miraculorum operationibus fouebat, & præclaros præ omnibus monstrabat, & propter illos elementorum ministeria mutans, desuam ostendens petram, præparās terram in abortionem, retrocedere faciens so-

lem ad occasum festinantem, regulas naturæ nouas præscribens, eaque omnia in gloriam ingrati Israelis, cum uero Idolis seruire cœperunt, pessime retribuentes Deo, de illis debitam sumpsit vindictam, vt alias dictum fuit.

Et licet Dominus noster Christianos delinquentes mediantibus infidelibus sit solitus castigare, non tamen impune permittit eos offendi per infidèles iniuste eisdem Christianis iniuriantes & non iure ipsos lædentes, & eos persecutionibus in opprobrium fidei infestantes, † nam de eorundem fidelium persecutoribus vindictam summit Dominus noster, prout contigit Neroni qui propter Christianorum persecutionem Dei voluntate, Senatus sententia constitutum fuit, vt nudus per publicum ductus, furca collo eius inserta, virgis vsque ad mortem cederetur, atque ita è saxo præcipitaretur, quo intellecto ipse ab omnibus destitutus, Palatio aufugit, & noctis medio urbem egressus, sequētibz eum Phaone, Epaphrodito, Neophitoque, & spadone sporo, quem quotidiana exectum formare in mulierem tentauerat, & in suburbano se liberti sui, quod est inter salariam, & nomentanam viam, ad quartum vrbis milliarium, transegit, adiuuante trepidante manu, impuro de quo supra Eunuchus, cum sanè, nullo à quo feriretur prius repperito, exclamaret, ita ne? nec amicum, nec inimicum habeo? De decorose vixi, turpius peream, & domitiano Christicolarum hosti euenit, ut à coniuratis confessus fuerit, & Septimio Seuero, qui apud Eboracum oppidum, cum membrorum omnium, maxime autem pedum dolorem pati nequiret ueneni vice, quod ei negabatur, cibos graues, ac plurimæ carnis atidius intasit, quos cum conficere non posset, cruditate præssus expirauit, & Dioclitiano qui hauito veneno periit, accedat Galerius, qui persecutionem Christianorum à Dioclitiano, & Maximiano emissam atrocioribus edictis accumulans putrefacto introrsum pectore, & vitalibus dissolutis, cum ultra horrorem humanæ miseriæ vermes etiam eructaret, medicique iam ultra factorem non ferentes crebro iussu eius occiderentur, à quodam medico, constantiam ex desperatione summè tem increpitis, iram Dei esse pœnam suam, atque Ideo à medicis non posse curari, cruciatus non sustinens finem vitæ suæ attulit, prout & contigit Iuliano Crucis Christi inimico, cuius tempore siue sub Valentiniano secundum aliquos sederit & floruit Sciritius Pontifex Roma. omnium virtutum genere insignis ab ipso Iuliano

multa passus incommoda ob Christi fidem, nunquam tamen potuit ullis afflictionibus & persecutionibus superari, cuius decretum habetur 82. distinct. c. plurimos. Quem Iulianum tradunt, cum ex inflicto vulnere humi iaceret, & animam ageret, manum sanguine plenam ad caelum proiecit, & dixit, vicisti tandem Gallileæ, Christum significans, quem Gallileum appellabat quem refert Theodoritus incertum esse incertum esse, ab Angelo ne, an ab homine occisum fuisse. lib. iii. cap. xxv. Et valenti etiam Cæsari qui victus in prælio à Gothis sagitta Sancier in fugam versus, cum ob dolorem nimium de equo laberetur in vilissima deportatus casa, ubi superuenientibus Gothis, igne supposito incendio crematus est, iusto Dei iudicio ab illis, quos igne perfidiæ succenderat, namque petentibus gothis, ut eis episcopos mitteret à quibus fidei rudimenta susciperent ille Doctores Arriani dogmatis misit, sicque vniuersa gens illa Arriana effecta est, & similes exitus miserissimi etiam aliis Imperatoribus infidelibus, & fidei Christi persecutoribus contigerunt.

Et si quærat quare permittit etiam Dominus noster regnare ipsos infideles, dicendum quod illud est forte, quia Deus semper duplici familia oblectatus est, superiori videlicet & inferiori, spiritali, & animali, libera & seruilis, & admittat ideo Maumethicos, qui descenderat ab Ismaele, ut in domo sua habeat seruilem & liberam familiam copiose, vel quia sic discutiamus pigritiam & diuinas scripturas cupiamus. c. fi. 34. q. iii. vel potius dicendum est in hoc non esse nostrum ista perscrutari, ecelesiasti. iii. & vii. quia si cor hominis & voluntas eius profunda est, & inscrutabilis, quanto magis voluntas Domini O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Nam quis nouit sensum Domini, aut quis eius consiliarius fuit? secundum Apostolum, sicut etiam quare Dei cognitio abscondita sit à sapientibus, & reuelata paruulis, alia ratio reddi non potest, nisi ea quam Dominus noster assignauit, quod sic placitum fuit ante Deum, & de Petro Apostolorum principe, dum scire vellet de statu Ioannis Dominus respondit, sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu sequere me, & de eo, quare scilicet elegerit populum Ismaeliticum ex quo CHRISTVS nasceretur non autem alias gentes, nam secundum Augustinum, noli iudicare si non uis errare, & de restitutione regni Israel secundum responsionem Domini, & si cadimus in bellis, si amittimus regna, si iugo seruitutis opprimimur, dicamus cum Daniele propheta, Deum esse in caelo,

caelo, qui mutat tempora, & transfert Regna, atque constituit nec propter victorias in bellis infidelium, melior religio eorum de Vincendum, dicenda est, sic enim dicendum esset omnes, qui olim Iudeos uicerunt, melius de Deo sensisse, quam ipsi victi quod nec ipse Maumethes diceret, qui defensionem suæ legis vel potius Blasphemiam (quia lex Domini immaculata) in armis collocat, nec de ea disputari sinit, ut dictum est cum sciret neque vera ea esse, & legi veteri, & noue contradicere, & nulla suffulta testimoniis, cum tempore, quo data est lex Moysi, fulgura, & coruscationes, & signa in caelo apparuerint, & lex Christi miraculis præfulgeat.

Fateant ergo, & ipsi Maumethistæ, & alii infideles Christum Dei filium, prout & nos, qui Deum spiritum esse asserimus incorporeum, immortalem, æternum incomprehensibilem, qui dum se Christum intelligit in mente sua verbum concipit, quod nos filium Dei esse dicimus, nec aliunde in Deo, se ipsum nosse, atque intelligere, quam Deum esse, nihil est enim in Deo nisi Deus deumque cuius est verbum, nominamus patrem, & processionem ipsius verbi, generationem filii dicimus, hic est quod David dixit, eructauit cor meum verbum bonum, & rursus filius meus es tu, ego hodie genui te, & iterum ante luciferum genui te, ita loquitur pater Deus, de filio Deo, quia ante luciferum nemo fuit, & prouerb. viii. de sapientia Dei, quæ dei filia est, nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, ante montes, & colles ego parturiebar, & spiritus sanctus ab utroque procedit, & est cum patre & filio pariter Deus, de quo scriptum est, spiritus Domini ferebatur super aquas, & quis tunc Dominus, nisi Deus fuit? & cuius spiritus nisi Dei? & quomodo dei spiritus nisi Deus? & alibi spiritus Domini fecit me, spiraculum omnipotentis Dei uiuificauit me, & spiritus Domini repleuit orbem terrarum, quis hic spiritus, nisi Deus? & ex illis verbis, faciamus hominem ad similitudinem nostram, plures enim personæ inducuntur, ex uerbo faciamus & nostram, & ex illis verbis prophetæ, uerbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum, ubi ponit tres personas in conditione caelorum scilicet Domini, uerbi, & spiritus, Dominus designat patrem, uerbum, filium, & spiritum, is quæ sanctum, dicimus & per Esaiam in illis uerbis Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus, ubi trinitas in unitate percipitur, & pater, & filius se inuicem diligentes ex uoluntate in eis reciproca, amorem producant, quæ spiritum sanctum appellamus.

Fr. fran.
Geor.

Hier. 17.
Roma. 11.

Luc. 2.

Math. 11.
Ioan. 7. 16.

A. Anan. 1
Daniel. 2.

Pal. 18.

P2. pi.

Gen. 1.

Iob. 13.

Es. 6.

Phil. 147.

35. q. 1.

Dirrigamus modo calamum aduersus Iudæos, quos nescio quibus verbis, quibusue nominibus interpellare debeam præterquam generatio nequam, mala, & adultera, filii scelerati, quos Deus omnipotens olim præ cunctis orbis totius nationibus dilexit, sui que ipsius cognitionem ante alias gentes patefecit, à quo etiam promissiones receperunt, & scriptum est, non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, & populum Israelis elegit ex quo nasceretur **CHRISTVS**, non autem ex alio populo, & ad eos eundem principaliter misit, Messiam verum & in Iudæa natum, & ex virgine Iudæa, & de sinu Dauidis, & secundum Apostolum, ex quibus **CHRISTVS** secundum carnem & per Apostolos ex Iudæis elegit, quem tamen agnoscere noluerunt, & ab eis receptus non fuit, & cum venisset declarare leges, & prophetas, ne dum ip-
 42 sum audire noluerunt, sed eum crucifixerunt, † & ideo sunt peiores sodomitæ, & aliis gentibus, nam hi legem naturalem tantum transgressi sunt, Iudæi etiam scripturam, hi prædicatores non habuerunt, isti etiã **IESVM CHRISTVM**, apud illos nulla sunt facta miracula, apud illos infinita, vt per glo. in c. nonne in uerbo peiores. i. quæst. i. & quod maius sit Iudæorum peccatum, patet ex
 43 maiori vindicta, quæ de eis habita est, † exinde enim destructiones tot ciuitatum, & ipsius templi, & qui sub Tito, & Vespasiano pro maiori parte trucidati fuerunt, & fame obsessi, & effecti captiui, & vsque in hodiernum diem vagi, dispersi, & vbique terrarum per orbem errabundi discurrentes prout patet de Agarenis, qui sunt arabes dispersi, de quibus dixit Angelus Domini ad Agar, loquens de eorum patre, & subinde de tota familia, hic erit ferus homo è regione fratrum suorum, figet tentoria, qui victitat aliorum præsidii arte militari huc & illuc discurrentes, latrocinii & prædis continuis, & agrorum depopulationibus ditantur, iuxta illud, manus eius contra omnes, qui nec terras colunt, nec firmas habent mansiones, sed hac illhac discurrentes, portant secum tentoria, vt potius in aliorum quam in suis finibus collecti videantur: Et pariter de his qui trahunt originem ex cus filio cam, qui deteriore uitam agunt, vt luere videantur maledictionem, quam dedit Noe posteris per progenitorem cam, qui patri turpiter illufit. hi enim proprios filios vendunt pro uictu, & sunt inter Aegyptum & Aethiopiam pro uenientes, & per orbem vniuersum uagantur errigentes tentoria, extra ciuitates in agris, & triuiis, & deceptionibus permutationibus, atque prognosticationibus ex liniamentis manuum, & oble-

stantes his fraudibus uictu acquirunt, qui uulgari Idiomate cingani nuncupantur, de qua re vaticinans Esaias, cum dixisset ouem ductam ad occisionem subiunxit, & dabo improbos pro sepultura sua & diuites pro morte sua, & omnia præmissa perpetiuntur propter **CHRISTI** occisionem, & sanguinis illius præciosissimi effusionem, & non aliis eorum causis imaginariis, & quas sibi ipsis effingunt insulse tamen, nam si Moysen lapidibus impetiuerunt, si Zachariam, & alios prophetas occiderunt, ut de Hieremia, quem
 Hierc. 2. in speluncam seu foueam abiecerunt, qui de prophetarum persecutione sic locutus est, deuorauit ensis uester prophetas uestros, vt Leo dirumpens, & alibi impleuerunt Ierusalem sanguine vsque ad nos, & inter cæteros Zachariam & Esaiam crudeli morte necarunt, & spiritus Domini induit Zachariam videlicet qui congregati miserunt aduersus eum lapides iuxta regis Imperium, in atrio domus Domini, & occisus fuit inter templum, & altare, & Esaias ab arbore Cedro ipsum suscipiente miraculose, simul cum Cedro ipsa per medium dissectus fuit, item & Ozias, prophetam Amos patrem eius per tempora transfixit, quod contra mandatum Hieroboam Regis verbum Domini prædicaret, hæc tamen in seruos Dei perpetrarunt delicta, quod minus erat quam procedere ad scelus scelerum, & vsque ad malorum caput, prout fecerunt Dei filium morti tradendo, & ideo grauiores dederunt penas nam sceleratius est commissum, quod grauius est vindicatum c. non afferamus. xxiii. quæst.
 44 i. † Qui Dominus noster nisi fuisset, essetque Dei filius, & verus Messias, Deus non aduersatus fuisset præfate genti facinorosa, nec ea vindicta de eis sumpta, vt careant Ciuitate, Sceptro, & Altare, ex quo sacerdotes eorum sunt impuri, Nephasti, & Prophani, cum non sit eis amplius verus illud oleum, nec sacrificium, nec altare, nec cultura, & ablata sint eis omnia denique, quæ sanctum Dei spiritum suscipere consueuerat, & per simulationem sacerdotum personam non aliter, quam histriones in scena, & certo sciunt quod nec usque in præsens tempus Deus omnipotens iram contra eos excandescens minime sedauit, cum nec ab inde citra uenerit ignis è celo in eorum adyta, victimas consumpturus, cum prius flamma è sublimi demissa suo ministerio consumabat Hostiam, nec vlla vox è medio Cherubin de propitiatorio vnquam exinde, audita est nec fulgor vnquam reluxit è lapidibus in pectore summi sacerdotis, vbi scriptum erat Schemamephoras, futura significans, nec habuerunt, nec habent vterius prophetas, nec gratiam sancti

Esai. 53.

Hierc. 2.

2. pall. 24.

Math. 23.

Hierc. 38.
2. reg. 19
Psal. 73.

Christo.

spiritus olim per eos loquentis, nec Patriarchas, quorum primus Abel ad cuius munera deus respexit, nec sacerdotes, in quo ordine primus extitit Rex ille salem Melchisedech, nec Pontifices ut Aaron, adeo quod Deus & per homines circa hæc inferiora, & per se ipsum, cœlestia è medio eorum sustulit, ut non possint suarum rerum hominibus imputare vastationem, & quod vere Deus eos repulerit, unde calamitates eorum superant omnem tragediam, cū & tabernacula, quæ apud ipsos figuntur sunt nihilo honestiora diuersorū, quia olim Dei iussu fiebant, hodie autem fecus, cum aduersus Deum contendant, & ob id nō seruat Deus eis fœdus quod iniuit cum patribus antiquis populi Israelis, quando promisit se inimicum inimicis eorum, & afflicturū affligentes eos, nec potest de eis dici, en populus sapiens, & intelligens gens magna, nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.

Nec admittenda est friuola eorum excusatio dum criminantur peregrinationem suam, uti longe distantes à terra promissionis, & templo, ideo quod nihil autoritatis habent propter id, ut his modis obtegant eorum perfidiam, nam & Ioseph in Aegypto, Ezechiel in Caldæa, simul, & Daniel vaticinati sunt, & Christi discipuli ubique terrarum in Lacedæmones præualuerint, & ubique mirabilia fecisse probatur. † Sed respondeant quæso, deiecto templo, quo modo præcepta legis veteris obseruare possent, quia iussum erat quater in anno, omne masculinum ascenderet templum, & qui profluvio feminis laboraret, qui lepra affectus esset, quæ menstruum fluxum pateretur, quæ peperisset offerri sacrificia, Cui sacros Hymnos, cui eis desit templum & altare, nec sacrificus esse possit, sublata hostia, vetita oblatione, sanctis cõculcatis ut habetur xvi. quæst. vii. c. & hæc. & in c. translato. de constituto. Tanti momenti, & ponderis fuit, & est effusio Innocentissimi sanguinis filii Dei, † nam & sanguis hominum iustorum clamat ad Dominum, sicut cruor Abel iusti super Chain, & Machabeus deprecatus est Dominum, ut audiret vocem sanguinis clamantis ad ipsum, & testatur Ioannes dicēs, vsque quo sanctus & verus, non vindicans sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra, de qua vindicta, & impiorum ultione gaudent Angeli, lætabitur iustus cum vindictam viderit, sicut Angelis magnis tubis laudauerunt Dominum dicentes, laus gloria, & uirtus Deo nostro, quia vera & iusta iudicia sunt eius, & vindicauit sanguinem

sanguinem seruorum suorum, quid de filio Dei? Unde propheta de his, fiat mensa eorum in laqueum coram ipsis, & in retributione & in scandalum, obscurantur oculi eorū ne uideant, & dorsum eorum incurua, effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ cumprehendat eos, & Hieremias ne depreceris pro populo isto, quoniam si surrexerit Moses, & Samuel non exaudiam eos & idem. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silua, ideo odiui eā, & Esaias vehementi peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, dereliquerunt Dominum † blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum, ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abhominatio est mihi, Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, & Malachias, non est mihi voluntas circa vos dicit dominus, & sacrificium non habebō acceptum ex manibus uestris, quoniam à solis ortu, vsque ad occasum clarificatum est nomen meum apud gentes, & in omni loco odores incensi offerent nomini meo, & sacrificium mundum, quoniam magnum est nomen meum apud gentes, Et Oseas dicam non populo meo, populus meus es tu.

Vident ergo quo modo deus reppulit perfidiam Synagogam, & Christi filii sui ecclesiam ex gentibus amplexatus est, de qua Esai. Lauda sterilis, quæ non parit, decanta laudem hinni, quæ non parturietas, quoniam multi filii deserte magis, quam quæ habebat uirum, prout ad idem est figura Sarræ quæ diu sterilis remansit, & in senectute peperit Isaach, & de Anna Sterili, quæ peperit Samuelem secundum Dei promissionem postquam orasset in templo, & illud, aduena qui tecum versatur in terra ascendet super te, eritque sublimior, tu autem descendes, & eris inferior, & ipse erit in caput, & tu eris in caudam, & populus quem non cognoui seruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi, & gentem quam nesciebam vocabis, & gentes, quæ non cognouerunt te current ad te, & manifestus sum eis, qui me non quærunt, inuentus sum ad eis qui me non interrogabant, quæ confirmantur, † cum templum Domini ædificatum fuerit in prædio gentilis hominis videlicet, horuam iebusei, & de illis centum quinquaginta tribus millibus, & sexcentis uiris, qui non fuerunt de gente Iudæorum, sed gentilium, qui facti erant profeliti noui ex gentilitate, irem lapides & ligna, quibus templum fuit constructum, & ciuitas amplificata, non erant de terra Iudæorum excisi sed gentilium, scilicet de monte libano qui est in phe-

Exo. 23.

Deut. 4.

45

46

Apocal. 6

Psal. 57.

Apocal. 9

Psal. 68.

Hier. 7. 15

Hier. 12. Esai. 10.

Mal. 1.

Ose. 2.

Esai. 54.

Deut. 28.

Psal. 117. Esai. 55.

1. Psal. 28. cum seq.

nicia, & sub Dominio hyram regis Tyri, quæ sunt Typus ecclesiæ Christi in populo gentili ædificandæ propter perfidiã Iudæorum.

Et ea propter eorum præces, donec in perfidia remanserint nõ possunt esse gratæ Deo, nec aliquo modo exaudibiles, sicut olim, qui cum in peccatis infinitis versarentur, & cum vitulum adorarēt, illis tamen temporibus mare findebatur & Petræ rumpebantur, & tot admiranda fiebant in deserto, & cum Mosen lapidibus impetebant, & illum variis modis occidere conabantur, & blasphemias in Deum iaciebant, eundem tamen magnum prophetam apud illos esse passus est Deus, signaque edidit miraculosa, & si bella eis mota erant sponte colla iugo dabant, nec armis aut acie opus erat, & licet Deum aspernarent, simulachris immolantes, liberos mactantes, aliaque scelera committentes, Dei tamen prouidentiam consequerentur, & illius auxilio freti inulti permanebant, prout de his Augustinus meminit, tunc enim præces eorum adhuc erant Domino acceptabiles, cum non essent noxii delicti delictorum omnium prout modo sunt mortis CHRISTI, & tunc etiam tam virorum quam mulierum actiones gratiarum de victoriis consecutis Deo placebant, & de foeminis Israeliticis in timpanis latitibus, & Sistris, quæ post victoriam philistimorum præcinebant, percussit Saul mille, & David decem millia, & post summersionem equitatus Pharaonis, ubi mulieres post Mariam cum timpanis, & Choris cantabant Domino Ipsas benigne exaudienti gratiarum actiones, & est videre per vniuersam historiam iudicum, regum, Judith, & per Augustinum de mirabilibus sacra scripturæ.

Nunc uero cum non colant Idola, nec liberos mactent, nec prophetas occidant in perpetua degunt calamitate, & uitam agunt ab annis mille, & quingentis, quinquaginta quinque citra omni auxilio Dei destitutam, per quod tempus cœli sui profugi per aliena hospitia iactantur, nec tamen alius erat Deus, qui nunc est, & orationes eorum à Deo sunt exclusæ, ut scriptum est, sed cum clamauero, & cum rogauero excludet orationem meam, ergo maius peccatum perpetrarunt, quam interfectio prophetarum, & adoratio Idolorum cum pro eis poena fuerit captiuitas per annos septuaginta in Babilonia, & etiam Deus placatus est.

Qui tamen in duricie cordis eorum permanentes perseverant in sequendo falsa scribarum, & phariseorum documenta addito augmento, & deprauatione Talmudicæ iniquitatis corrumpentis ueram intelligentiam legis & prophetarum, & à vero sensu peruer-

tentis scripturam sacram, nam doctrina Talmut nil aliud est quam explicatio Misni eorum, siue legis ore tenus tradita, quam ipsi appellabant secundum legem continentem traditiones phariseorum, quam Christus vocat fermentum phariseorum, eo quod corrumpit intelligentiam legis, & prophetarum & Imperator Iustinianus eadem secundam legem, quam appellat Deuteriosim interdicit in auct. de hebrais consti. c. xlvj. Secundum interpretationem Holoãdri ubi Imperator decidit etiã qualiter sint eorum Synagogis legendi libri sacri. scilicet secundum translationem septuaginta interpretum, & ut possint etiam uti interpretatione Aquileiæ, & ut in ea. Ex quo dicuntur à propheta eorum, cæci, & surdi, quis ait, cæcus nisi seruus meus? & surdus nisi ad quem nuncios misi? & non sunt ideo amplius populus Dei, nec Israelita, sed Idumei ab illo Mayr, quem fecerunt sibi profelitum, præcibus, & muneribus instruendo illum in lege & prophetis, cum detestabili intelligentia, & fermento eorum, nec expectent à malis ulterius liberationem, quod si debuisset contingere illud etiam prædixissent prophetae, sicut Hieremias qui distinuit septuaginta annos, & Daniel septuaginta hebdomadas, & dimidium, & quadringentis, & triginta annis seruituros in Aegypto, huius autem captiuitatis nullum situm est tempus, nec finis, & hæc est illa quam Deus per os Danielis uocat desolationem usque ad finem & consumationem.

49 † Quorum cæcitas, & infania probatur ex deliramentis, quæ scripta reperiuntur in eorum Talmut continentem falsissima, impossibilia, & irrisibilia, cum scriptum sit non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo, & inter cætera illud est, quod ubi in primo geneleos capite legitur, & creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum masculum, & foeminam creauit eos, dicunt Deum creasse Adam instar Iani Bifronte, & qui geminam habuerit faciem ante, & retro, sicque aiunt ex posteriori parte Adami deinceps fecisse foeminam, & in libro Sebamoth cap. vi. dicitur Adam habuisse copulam carnalem cum omnibus seminibus omnium animalium & quod erat tantæ magnitudinis, ut teneret de terra usque ad cœlum, item & Deum dolore angere, quod Hierosolymã & templum destruxerat, lib. benedictionum cap. pri. & in lib. Abodozera, Deum tribus horis diei ludere cum leuiatam piscæ miræ magnitudinis, & eius foeminam sale conditam referuari offerendam Messia de qua etiam

Aug. lib. x
de ciuita.
Dei, ca. 18.

s. reg. 5. 18.

Exo. 14.
& 15.

lib. 2. c. 34.

Trenor. 2.

Esai. 42.

Hiere. 26.
& 29.
Dan. 9.
Gen. 15. 17
Math. 23.

Deuter. 4
Apocali.
victimo.

ipſi, & nocte Deum equitare ſuper Cherubin, & decem, & octo millia mundos, quos creauit, viſere, & perluſtrare, & deum quolibet die orare, cum tamen nullum habeat ſe ſuperiorem, ad quem dirrigat orationem, & in lib. Balathia. c. vendens. dicitur quod in conuiuio quod Deus faciet illis de piſce leniatam, dabit eis ad potandū vinum de vineis ſuis. à principio mundi, vſque ad eandem horam conſeruatum, & in libro Canedrin. c. iiii. quod qui maledixerit nomini Dei non eſt aliqua pœna dignus, niſi proferat nomen Dei propitiū, quattuor literarum Schemamephoras, Græce Tetragrammaton, ſed quid ſœdus? in lib. Hedarim, & in lib. Calap. i. quod vir poteſt abuti vxore contra naturam, ſicut carnes, & piſces poſſunt edi Aſia, & Elixæ, & plura ibidem ſceleſtiora, & alibi, & in lib. Hirubim. cap. i. & i lib. Sabah cap. 15. & 16. Vbi plurimā cōtra Chriſtianos, & in lib. de Batra cap. ii. & in lib. Roſafana cap. i. & in li. Cholim. cap. i. & lib. Berachoh, cap. iiii. & li. Zabodazara. cap. ii. & lib. Mezihā. cap. ii. & v. vbi de exercendis cū Chriſtianiſ quibuslibet uſuris, & in lib. Sephrin. cap. ix. & aliis quos longum & inutile eſſet referre, ſed præmiſſa volui ſummis ut aiunt libellis pertingere, vt Nauſeam faciant omni creaturæ eandem intelligenti, quæ cum aliis impudentioribus, ex quodam compendio extracto per electos ad hæc ſub. 1553. per Mag. & Clar. Dominos Benedictū Valerio, Marcum Centani, & Franciſcum Longum. Senatores Inlytæ Ciuitatis Venetiarum eo nomine executores, & digniſſimos. prouiſores, contra Blaſphemias, de quorum commiſſione innumeraſtabilia volumina Talmudicarum fatuitarum, & inſaniarum fuerūt incendio conſumpta, in omnibus terris & locis eiſdem excelsi. Domini, in quibus continebantur horrendæ, & nephandiſſimæ maledictiones contra Dominiū noſtrum Ieſum Chriſtū, & eius piſſimam matrem, & Apoſtolos, & vniuerſam eccleſiam catholicam, & hæc omnia in executionem ſacrorum canonum & decretorum, ſanctiſſimi Domini Papæ Pauli iiii. qui contra hanc gentem orthodoxæ fidæi inimicam, ad beneficium vniuerſalis eccleſiæ ſemper inuigilauit, vt ex pluribus aliis eius conſtitutionibus vniuerſo orbi patefactum eſt.

Et proſectō miſerrimi omnium mortalium poſſunt dici ipſi hebræi, & vere brutalis eorum fatuitas quod traditiones patrum ſuorum. & nugæ, & fabulas, quæ nunquam in lege Moſis ſcriptæ ſunt, recipiant, & veram legis ſacræ doctrinam prætermittant, Chriſtū meſſiam verum ad eos principaliter miſſum abnegando, qui tamē cum

eum illum etiam crucifixerint, poſtquam ab illis crucifixus fuit Ciuitatem eorum euertit, & gentem ſuam diſſipauit, & per vniuerſum orbem diſperſit, declarans re ipſa reſurrexiſſe, & viuere, & agere in cœlis.

50 † Et dicant quæſo, quid nam ille prænuſciauit quod non contigerit vt de Hieroſolyma à multis gentibus conculcanda, & quod in loco vbi erat templum non remaneret lapis ſuper lapidem & vbi templum fuit ſolutum ibi etiam Chriſtus ſepultus eſt, vt propter eius ſepulchrum recedentes viderent etiam Tropheum illius potentia, & quod prædixit contigiſſe, ſicut & illud vehlaçantibus & prægnantibus, & aliud, tunc erit tribulatio qualis nunquam fuit, & de officio mulieris habentis Alabaſtrum vnguenti præcioſi effuſi in caput illius accumbentis, quod prædixit debere prædicari in vniuerſa terra, nonne, & prædicatum eſt? Licet inter diſcipulos, & paucos teſtes hoc actum ſit, & de Petro cui prænuſciauit, ſuper Petram hanc ædificaturum eccleſiam ſuam, O admirabile ædificiū, o turris fortitudinis, quot enim beſta contra eam concitata ſunt, quot arma mota? Quot Tiranni, quot duces, quot Imperatores

51 tot modis eam oppugnarunt ſed non deiecerunt? † Quæ immobilis ſemper manens, quaſcunque impugnationes contemnit, & vincit cum læditur, intelligit, cum arguitur, ſecura eſt cum deſeritur, obtinet cum ſuperata videtur nam in ſtadio Chriſti, non lædēs ſed Ieſus coronam acquirit, nouitque eccleſia beneficio Domini triumphare de ſuis cladibus, ingrauaſta perſecutoribus, ſiquidem proficit, afflictionibus ſemper augetur, ſanguine Martyrum irrigatur, triſtitia magis errigitur, in anguſtiis dilatatur, flatibus paſcitur, ieiuniis reficitur, & inde potius creſcit, vnde mundus deficit, nam ſi temptatur, Chriſtus eam ſuſtentat, ſi periclitatur, ille errigit, ſi triſtatur ille pius aſtat conſolator, prout etiam hiſce temporibus licet uexetur, infeſtetur, & impellatur, nihil tamen horum, Petri Naulicam diſſoluit, iactatur quidem fluctibus, ſed non emergitur, cum in ea reſideat filius Dei. xxiiii. quaſt. i. non turbatur, & Oldrad. conſil. 62. & circa per to. & regitur à ſpiritu ſancto, & vſque ad ſæculi conſumationem imperterrita, imperturbatiq̄ue animi permanebit, & habet Angelos cuſtodes deputatos ad ſui deſenſionem, qui ſunt ſæpes illi, de qua habetur. Mathe. 21. Etiam pro ea orauit Dominus ne deficeret. xxi. diſtin. c. 1. & quod Deus ſtatuit quis diſſipabit? aut manum illius excelsam quis auertet? nec fraudabitur ipſe redemptor voluntate labiorum ſuorum, & de ſacro ſan-

Chriſto.

Math. 24.
Lucæ 21.

Et Romana ecclesia loquor, quæ errare non potest. glo. in c. quodcunq̄e. xxxiiii. quæstio. i. & in ea est candor lucis æternæ, & Speculū sine macula. c. in fede. xxiiii. q. i. & c. enim uero. distinct. xix. de qua re si desuper dabitur, alibi & alio tēpore latius dicturus sum.

Sup. vii.

Esa. 62.
Abach. 1.
Psal. 4.
Psal. 143.

Et prosequendo quod principaliter ceptus sum, debuissent, & deberēt moderni hebræi sequi vestigia antiquissimorum patrum suorum, & Patriarcharum qui crediderunt in Christum, & eius aduentum pie expectantes, exclamabant, Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, & vsquequo Domine clamabo, & nō exaudies, vociferabo, vim patiens, & non saluabis? & Rorata cœli de super, nubes pluant iustum aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & alibi, inclina Domine cœlos tuos & descende, item in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, qui cum venerit, & sit verus Messias, cur non credunt & ipsi, nam & in illo adimpleta sunt omnia prophetarum vaticinia, quibus etiam Plato in Timæo tanquā Dei filius firmat credendum esse, & quod esset de genere iudæ & quod eius nomen deberet esse nouum, & illud Iesus, de quo Esdras
52 in persona Dei patris loquens, sic ait, † reuelabitur filius meus Iesus, cum iis, qui cum eo sunt, & idem morietur filius meus Iesus Christus, & conuertetur ad me sæculū. quod nomē Iesus, impositū est illi, per æternam prædestinationem à patre æterno, & postmodum ab eodem prophetis reuelatum unde Abachuch, ego autem in Domino gaudebo, exultabo in Iesu Deo meo, & ex illo Gene. Oraculo, non auferretur sceptrum, ubi in hebræa lingua scriptum est, Iabo, Siloch, velo, quorum dictionum capita si assummantur,
53 reddunt nomen Iesu, † & licet legatur in sacra pagina, de Iesu Naue, Iesu filio Sirach, qui conscripsit librum ecclesiastici fuitq̄e nepos Iesu Iosedech, qui tertius appellatus est Iesu Iosedech sacerdotis, & omnes Domini regis nostri Iesu, Tipum extitisse ferunt, ipsi tamē proprio nomine Iesu non fuerunt vocati, sed Iehosua; quod non est idem quod nomen Iesuah. i. Iesus, sed multum differt ab illo, aliudq̄e significat, nam Iesus idem est quod Saluator, siue salus, seu saluatio, Iehosua vero interpretatur Deus saluabit, & saluatio eorum fuit in temporalibus non autem in spiritualibus, sicut in Domino nostro. Iesu Christo, qui nos saluauit à culpa, & à peccatis, saluum enim fecit populum suum, & Dominus noster Petra est illa in deserto Machon ad quā se saluasse scriptum est Dauid à persecutione Saul, Dauid enim qui plerisque in locis Typum ecclesiæ

Esdr. 4.
cap. vii.

Abach. 3.
Gen. 49.

2. reg. 23.

tenuit, conuenientissime saluatur in Petra, quæ est Christus unicum omnium fundamentum & refugium.

1. Corin. 2.

54. † Et nonne & aliæ vniuersæ prædictiones sacrorum vatum in ipso Domino redemptore nostro verificatae sunt? vt de carnis assumptione, & quod deberet esse Deus, & homo, & ex semine Dauid secundum carnem, & ex virgine, & ideo Domitianus iussit exquiri genus Dauid, & interfici, quia verebatur, ne aliquis ex semine suo iuxta sanctorum patrum prophetias, sibi Imperium vsurparet, & in Betheem Iuda, & de noua stella tempore natiuitatis eius, de fuga in Aegyptum, de eius paupertate, humilitate, miraculis, illusiones scribarum, sacerdotum, & phariseorum, de cæna cum discipulis, de emptione agri figuli, & pretio, quo venditus fuerat, & quod daturus esset corpus suum percutientibus, flagellantibus, & colaphizantibus, & sputis immundaretur, corona spinea foret coronā dum, & tanquam agnus ad supplicium ducendus, & de eius patientia, & taciturnitate in passionem, quod à suis discipulis derelingeretur, & sibi crucem baiularet ad supplicium & felle, & aceto potandum esset, & crucifigeretur ad nostram salutem (cuius veræ salutis à Christo per lignum crucis præstade, figura fuit illa,) quod
iussit Deus ad humanum genus saluandum fieri arcam ligneam, cū potuisset animantia saluanda, præseruare in aliquem montem, vel hortum deliciarum, si est in terra videntium, vt aiunt sed per lignū venerat perditio, ideo & saluatio item quod pro crucifigentibus oraret, & morti propinquus in Dei patris manum, spiritum commendaret, quod transfigendus esset, & sol in eius morte transcurā-
55 dus, & de Terremotu, & veli templi scissione, vestimentorum eius diuisione, & quod fors super ipsa mitterentur, & tandem omnia alia misteria, quæ de messia per prophetas sunt prænunciata, omnia, & singula in Domino nostro sunt adimpleta, quæ aliter hic nō transcribo, cum hæc omnia à suis domesticis (vt ita dicam) testimoniis habeant & illis notissima, & contra quos non cadit oppositio, cum & ipsi vaticiniis prophetarum fidem adhibeant, & locos ubi scripta reperiuntur, his transcribere non fuit opus, sed bene de
eis prophetauit Hieremias, miluus in cœlo, Turtur, & ciconia, co-
gnouerunt tempus aduentus sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

Es. fr. Ge.

Hier. 8.

Et ex hoc maximus Iudæorum error percipitur vt credāt prophetis, & in illum, quem propheta prædixerunt credere nolint, nā

ficut vera, & certissima habebant vaticinia illa, antequam imple-
tur ea & satis maiori ratione, postquam omnia & singula in Domi-
no nostro Iesu C H R I S T O verificata sunt (prout vident, & sciunt)
in eundem credere deberent, cum ex prænunciatorum exhibitio-
55 ne, futurorum certitudinem tenere possimus . † Et quid quod ele-
menta ipsa etiam eundem Dominum nostrum aduenisse testata
sunt, & Deum hunc, cœli quoque cognouerunt, quia protinus stel-
lam miserunt, mare cognouit, quia sub eius plantis se præbuit cal-
cabile, sol lucis suæ radios abscondit defectum sustinens in plenilu-
nio in eius passione, tempore quo de more solent hebræi suum Pa-
scha celebrare, adeo quod neque luna lumini solis, neque nubes ob-
stitisse palam est, & tota cœli regione interiecta longissime à con-
spectu solis abfuisse, & saxa in montibus scissa, & parietes tempo-
re mortis eius, qui moriens voce magna clamauit, ut ostenderet,
se non ex oppressione aut debilitate mori, sed ex voluntate, & cla-
mauit, vt omnia ad se traheret, nam solet esse clamor, de attrahenti-
bus ad se, qui auditus fuit vsque ad inferos, & propterea infernus
ipse eundem etiam cognouit, quia hos, quos mortuos tenebat,
reddidit, & terra non minus ipsum cognouit; quæ moriente illo
contremuit (cum tempore illo prout etiam Ethnici scriptum reli-
querunt) maximus terræ, memoria mortalium motus per orbem
terrarum extiterit, inter quos testatur Plinius sub principatu Tibe-
rii Cæsaris, quo tempore passus est Christus extitisse, passus est au-
tem ætatis suæ mense iiii. supra annum trigessimum tertium iuxta
catholicam veritatem in cuius obsequium captiuare docete Apo-
stolo ii. Cor. x. intellectum cogimur: nam viii. cal. Ian. natus, obtu-
lit semetipsum in cruce viii. cal. apr. immaculatum deo heb. ix. ad
emundandam conscientiam nostram ab operibus mortuis. Licet
secundum Epiphanium Tom. i. lib. ii. cont. hereses. her. l. passus sit
anno 30. & diebus lxxiiii. ætatis suæ. & scissis lapidibus, & monumē-
tis reddit corpora, quæ ante susceperat, & fuit idem Dominus no-
ster cognitus etiam a gentibus, Centurione tunc exclamante, ve-
re hic erat filius Dei, & tandem ab vniuerso orbe qui tandem &
Paulo post totus ad ipsum clamantem accurrisse ostensum est, ex
quibus possunt ipsi Iudæi redargui, quod abundantiore sensu, quam
illi, vsi sint infensata, quibus secundum naturam nulla inest ratio,
& dignoscere recusent quem ignorare minime possint, & quid ad-
mirabilius considerari potest, quam ipsius Domini nostri crucifi-
xi imago? qui dum nudus penderet in cruce instituit, vt vos quoq;
libenter

si 2. natu.
histo. c. 84.
Aug. lib. 2
de mirabi-
libu. sacre
scripturæ

libenter pauperes esse velimus, cum nec tantellum sibi reseruarit,
ut nuditatem suam teget in cruce suspensus, & eius perfecta dile-
ctio, dum inter duos latrones voluit medius suspendi, & immensa
misericordia, dum latroni ipsum blasphemanti contulit plusquam
non petierit, & obedientia perfectissima maxime in mortis articu-
lo, & honoris exhibitio in matrem, quam viribus destitutam con-
solari voluit, & perfecta patientia, dum clavis affigeretur, nec uer-
bum impatiens protulit, o patientia singularis, humilitas admira-
bilis, caritas inextimabilis, caput per coronam patitur iniurias,
manus per arundinem, os per acetum, facies per sputa, pedes &
manus per clauos, & corpus per flagella & cruorem, & quid aliud
præfert nuditas, & inebriatio Noe, nisi ipsum Christum passum,
& Zelo salutis æternæ inebriatum, & nudatum, quando crucifixus
fuit, & per sem figurantur Patriarchæ, & eorum generatio, per cam
Synagoga Iudæorum, qui deluserunt eum quando passus est, & per
Iaphet populus gentilis, & nos Christiani cum in diuisione inter
iplos fratres facta, Europa tetigerit in parte ipsi Iaphet. Quid
quod saluberrimo die ortus sui è Taberna meritoria, in trans Tibe-
rina regione ex terra oleum erupit, & toto die sine interuallo de-
fluxit, eiusdem Domini nostri gratiam gentibus ostendens. ut scri-
bit Eusebius, & refert Orosius Augustum Cæsarem eo die mādā-
se, ne quis se Dominum vocaret, diuinantem totius orbis Domi-
num, natum esse, & pax, & quies tanta fuit, quæ nunquam antea, ad
ostendendum, iustitiæ & pacis regem natum esse, nam & opus iu-
stitiæ pax, & in disponenda concordia est lex iustitiæ, & plurima
memoranda quæ tunc temporis regnante Augusto contigerunt,
testatur Dion, & de eius ortu sic cecinit sacer vates, orietur in die-
bus eius iustitia, & abundantia pacis. Dicturus pacis abundan-
tiam, præmisit iustitiam, sine qua pax esse non potest ut per Augu-
stinum Psalm. 84.

56 † Et quia valent etiam authoritates gentilium ad reuincendum
iporum vanitatem secundum Augustinum, & quod no. in c. si quid
veri, & c. legimus. 37. distinct. & per Oldrad. confi. 84. Et licitum est
Christianis legere libros gentilium sine peccato, ut inde summan-
tur vtilia ad instar Mosis, & Danielis, qui erudiebantur sapientia
ex libris Aegyptiorum, & Caldeorum c. turbat. c. qui de mēsa. 37.
distinct. prout licitum est fidelibus etiam clericis studium philoso-
phiæ, prout patet de Paulo, qui aliqua philosophorum dicta, & poe-
tarum suis scriptis inseruit, & studium scientiarum sæcularium est

Esā. 32.

Sap. 18.
Psalm. 71.

in lib. con-
tra Mani-
cheos.

1. Cor. 15.
Ad Tit. 1
Actus, 17.

vtile ad multa , vt ad exercitationem & subtilitatem ingeniorum, & per Augustinum in libro de Doctrina Christiana, & etiam ad intelligentiam diuinarum scripturarum & ad veritatem, & defensionem, & falsitatis impugnationem & habetur in c. episcopus gentilium libros 37. distinct. Ideo aliqua ex gentilitate adducam pro
57 conuincenda Iudæorum vanitate, † & prius de Sybillis quæ viderunt gloriã incarnationis Dominicæ, & plurima de Christo prædixerunt, vt Sybilla Persica, quæ ita præloquuta est, ecce bestia cõculcaberis, & gignetur Dominus in orbem terrarum, & gremium virginis erit salus gentium, & pedes eius in validudine nominum, inuisibile verbum palpabitur.

Et Persica, ecce veniet dies, & illuminabit Dominus condensa terrarum, & soluetur nexus synagogæ, & desinent labia hominum, & videbunt regem viuientium, & tenebit illum in gremio dominæ gentium, & regnabit in misericordia, & vterus matris eius erit statera cunctorum.

Delphica quæ fuit ante bellum Troianum, nascetur propheta absque matris coitu ex uirgine.

Chimica in Italia, in prima facie virginis ascendet puella facie pulchra, capillis proluxa, sedens super stratam puerum nutriens, dās ei ad comedendum ius proprium scilicet lac de cœlo missum.

Erithrea in Babylonia, in vltima ætate humiliabitur Deus, humanabitur proles diuina, vnietur humanitati diuinitas, iacebit in feno agnus, & puellari officio educabitur. hæc quidem de se ipsa, sexta post diluuium generatione vixisse & sacerdotem Apollinis fuisse dicit, diadema ex æquo unã cum Deo, cui seruiebat, gestans, & tripodam, circa quem serpens versabatur colens, & appropinquantes à se abiiciens, quæ carmina quædam vaticinando de Deo conscripsit in serie primarum literarum, aduentum Iesu declarans, est autem acrostichis ista.

I E S V S C H R I S T V S Dei filius, seruator, crux, & vi. carmina, quæ describuntur per Eusebium libro quinto de vita Constantini Imperatoris, vbi addit plura vatum gentilium carmina hoc idem concernentia.

Samia à Samo insula, ecce veniet dies, & nascetur de pauperula, & bestię terrarum laudabunt eum, clamabunt, & dicent, laudate eum in atriis cœlorum.

Cumana, quæ fuit tempore Tarquini Prisci.

Magnus ab integro se cœlorum nascitur ordo

*Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cœlo demittitur alto,
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac tota surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina tuus iam regnat Apollo.*

Helespontiaca in agro Troiano orta, de excelsis cœlorum habitaculo prospexit Deus humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis de virgine hebræa in cunnabulis terræ.

Phrygia, flagellabit Deus potentes terræ, ex Olympo excelsus veniet, & firmabitur consilium in cœlo, & annunciabitur virgo in vallibus desertorum.

Tyburina, nascetur Christus in Bethleë, annunciabitur in Nazareth, regnante Tauro pacifico fundatore quietis, ò felix illa mater, cuius ubera illum lactabunt.

Europa. Veniet ille, & transibit colles, & mōtes, & latices Olympi, regnabit in paupertate, & dominabitur in silentio, & egredietur de utero virginis.

Agrippa. Inuisibile verbum palpabitur, germinabit vt radix siccabitur vt foliū, non apparebit venustas eius, circundabitur Aluus maternus, & flebit deus lætitiæ sempiternæ & ab hominibus conculcabitur, & conuertabitur vt peccator, de quibus numero decēt tantum est videre apud Lactantium. & pluribus aliis in locis.

58 † Quæ quidem videntur spiritu sancto afflatæ ea prædixisse cum omne verum, à quo cunque dicatur, sit à spiritu sancto secundum Ambrosium & spiritus sanctus influit etiam in infideles, omnium enim est artifex. sap. vii. & ait s. Tho. secunda secundæ quest. 172. arti. vi. Prophetæ demonum, non semper loquuntur ex reuelatione demonum, sed interdum ex inspiratione diuina, sicut dicitur de Balaam, cui deus est locutus, licet esset propheta demonum, quia Deus vtitur etiam malis ad vtilitatem bonorum, & ideo sunt qui putant inter eas maxime Eritrheam fuisse consecutam salutem in nomine **C H R I S T I** venturi, cum de illo prænuiciauerit, & quod esset omnia verbo agens, & omnem infirmitatem curans & quod ab ipso esset mortuorum resurrectio, & claudorum cursus velox, & surdorum auditus, cæcorum visus, & non loquentes, loquuturi, prout etiam prædixit Esaias, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum, quod in vno etiam homine Christus exegit, quando liberauit obsessum à Demonio, qui etiam erat mutus & cæcus, & hanc beatam putat

Lactant.
lib. i. c. 6.
diuin. 181.

Esai. 35.

Eusebius loco supra citato, cuius hæc sunt verba, hanc ego quidē beatam iudico, quam seruator prouidentia suę erga nos vatem elegit, & ibi respondet cauillantibus, quinimo & Augustinus huic sententia ad stipulatur lib. xviii. cap. xxiii. de ciui. Dei. his verbis hæc autem Sybilla, siue Erytrhea, siue (ut quidam, magis credunt.) cumana, ita contra falsos deos & eorum cultores loquitur, vt in eorū numero deputanda videatur, qui pertinent ad Ciuitatem Dei. de quo etiam per eundem, libro de quinque heresibus. Licet arbitrati sint aliqui alias etiam Sybillas esse saluas, quæ de Christi diuinitate simul & humanitate sunt locutæ, & de eius morte & resurrectione, propter earum fidem in Christum venturum, licet & plures asserunt ipsas arrepticias fuisse, nec aliquo modo spiritu sancto clariuissæ, licet quo ad hoc vltimum Augustinus variis in locis diuersa asseruisse videtur, & quod spiritu sancto afflatu prædixerunt videtur sentire libro primo de concordantia, uel consensu Euangelistarum cap. xxiiii. Thom. iiii. dicens. Per eos enim vates ista prohibuit, per quos hæc ipsa, quæ nunc à Christianis eorum simulachra patiuntur, futura prædixit, siue enim Angeli ad illos prophetas missi sint, qui eis Deum omnium creatorem, vnum uerum Deum cui omnia subiecta sunt, & per sensibilem rerum congruam speciem figurate ostenderet, siue aliquorum in eis mentes per spiritum sanctum ita sublimatæ sint, ut eo visu ea viderent, quæ & ipsi Angeli vident &c. Et idem Augustinus in oratione contra paganos, Iudæos, & Arrianos cap. xv. Thom. vi. Quoniam veritas non tacuit, clamando etiam per linguas inimicorum suorum, nonne quando Poeta ille facundissimus inter sua carmina dicebat, iam noua progenies cælo demittitur alto, CHRISTI testimonium perhibebat? Vbi etiam inferius de Nabuchodonosor loquens, qui videns tres pueros è fornace sine vlla corporis læsione exeuntes, inquit, ecce ego video quattuor viros solutos in medio ignis ambulantes, & aspectus quarto similis filio Dei, ò alienigena vnde tibi hoc? Quis tibi annunciauit filium Dei, quæ lex? Quis propheta annunciauit tibi rem dum modo nascitur, & similitudo nascentis à te cognoscitur, vnde tibi hoc, nisi quia sic te diutius ignis illuminauit? Idem tamen Augustinus impulsu Demonum vaticinatus fuisse testatur vt libro unico expositionis Epistolę Pauli ad Romanos Thoma. iiii. super illis verbis, qui ante per prophetas suos in scripturis sanctis, sic inquit, non solum ait per prophetas suos, ne quis à pseudo prophetis per quasdam veritatis confessiones in aliquam impietatem

impietatem deducerentur, sed addidit etiam in scripturis sanctis, volens vtique ostendere literas gentium superstitiosæ Idolatriæ plenissimas, non ideo sanctas haberi oportere, quia in eis aliquid, quod ad Christum pertinere inuenitur, & ne quisquam etiam prophetas aliquos remotos, atque alienos à gente Iudæorum fore præferret, in quibus nullus simulachrorum cultus esset, simile quoque, & clarius habetur per eundem de ciuitate Dei lib. viii. cap. 23. Thom. v. vbi de Hermete trimegisto, qui & ipse prænunciavit tempora filii Dei venturi sermonem faciens sic dicit, non enim hoc ei reuelauerat spiritus sanctus, sicut prophetis sanctis, qui hæc præuidentes cum exultatione dicebant, si faciet homo Deos, & ecce ipsi non sunt, deinde sic, huic autem Aegypto illi spiritus indicauerunt futura tempora perditionis suæ, qui etiam præsentem in carne, trementes deo dixerunt, quid fili Dei venisti, ante tempus perdere nos, hoc idem habetur lib. xiii. contra Faustum cap. xv. Tho. vi. Vbi sic. Sybilla porrò, vel Sybillæ & Orpheus, & nescio quis hermes, & si qui alii vates vel Theologi uel sapientes gentium, de filio Dei, aut de Deo patre vera prædixisse vel dixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem conuincendam, non tamen ad ipsorum authoritatem amplectendam, cum illum Deum non colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos cogentes populos ad Idola, & demonia colenda partim docere ausi sunt, partim prohibere ausi non sunt, & inferius inquit, quantum distat de CHRISTI aduentu inter prædicationem Angelorum, & confessionem demonum, tantum inter authoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum. Ecce quam diuersimode Augustinus loquatur hinc inde, & pro hac secunda opinione posset adduci quod habetur de illa puella Phitonissa, quæ clamabat de Paulo, & Sylæ prædicantibus viam salutis, in Christo, isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant nobis viam salutis, contra quam conuersus Paulus fecit spiritum exire ab ea in nomine IESU. Ad quæ posset dici, nullam esse litē inter dicta sancti illius viri, vt etiam veritas est, & quod quidam dono spiritus sancti locuti sunt, quidam vero impulsu demoniorum, vt etiam sonare videntur verba Augustini, si bene veritatem perpendamus, non enim mirum est, quod idem spiritus sancti afflatu locutus fuerit, nec non impulsu Diaboli simul, cum & demon omnipotentię summi, & maximi Dei seruus, minister, & organum fuerit, si verum est quod ait Ambrosius, quod veritas à quocunq; dicatur à spiritu sancto di-

Math. 8.

Actu. 16.

Ioann. 11.

citur, nulli dubium quòd veritatem dixerunt hæ Sybillæ de Christo, igitur spiritus sancti virtute, quòd etiam instigatione demonis patet, nec vlla disceptatio ad inuicem videtur, iuxta spiritus sancti interpretationem, vt cum demon princeps sacerdotum & phariseorum impelleret ad perdendum Iesum, inierunt consilium vt eum occiderent, ecce quid afferat Cayphas, qui erat Pontifex anni illius, nescitis, nec cogitatis quiquam, expedit, vt unus moriatur pro populo ne tota gens pereat, ipse enim suo peruerso, & iniquo animo innuit **CHRISTVM** morti tradendum, iuxta impiam pharisaicæ imprudentiæ consultationem, spiritus vero sanctus innuit Christum esse moriturum pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui dispersi erant, cõgregaret in vnum, ecce quomodo vno ore, vno eodemque sermone vnaque vice à Caypha proferuntur, alio tamen, & alio intellectu, nec quis miretur, in hoc enim ineffabilis Dei sapientia maxime apparet, vtendo non tantum bonis in bonum, sed etiam malis in bonum, sicut bonus medicus quandoque ad sanitatem habendam vtitur veneno non simplici, sed cum medicina admixto, & nonne videmus quòd exaltaturus Deus Ioseph vsus fuit inuidia fratrum suorum contra eum? Nonne exaltaturus Dauid vsus fuit Saule? Nonne ostensurus virtutem suam, vsus fuit induratione Pharaonis? Nonne exaltaturus super omnes creaturas filium suum, vsus fuit Iuda, & principibus sacerdotum? Ita dicendum quòd ad reuelandum veritatem aduentus sui, vsus est quandoque Sybillis, & demonibus in eodem ore, & sermone, alio tamen & alio intellectu, spiritus sanctus ad confundendas gentes de suo errore, demones vero ad decipiendas eas, & sicut Cayphas veritatem spiritus sancti non percipiens, prophetavit, ita dicendum de Sybillis, vt potest etiam ex sententia eiusdem Augustini, circa quæ tamen, & in cæteris omnibus per me dictis, & in hoc volumine contentis me semper subiicio determinationi, & correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vi. etiam quæ scribit circa præmissa Archidia. Florenti. in sum. parte quarta titulo. xi. de doctrinis gentilium. Cicero vero libro ii. de diuina. Sybillina carmina dicit, nõ uaticinatiũ, sed artis esse & scientiæ.

lib. de Diu. Demo. cap. 6. The. 3. & alibi.

1. Cor. 13. 1. Cor. 12

59

† Quo vero ad id, an ipsæ Sybillæ fuerint salutem consecutæ, dicendum est quòd, non, tum quia Augustinus vocat illas sacrilegas, quandoque Idolorum, & Demonum cultrices, tum quia donum prophetiæ, non est donum gratum faciens, vt clare Paulus probat dicens, & si habuero omnem prophetiam, charitatem autem non

habuero nihil sum, & alibi annumerans dona Spiritus sancti Grátis data, simul annumerat donum prophetiæ. Sed ecce quid dicat veritas ipsa, Multi dicent mihi in illa die. Domine, nonne in nomine tuo Demonia eiicimus? & nonne in nomine tuo multas virtutes fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquã noui uos, discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Potuerunt igitur Sybillæ futura præfuisse, non tamen ad salutem peruenisse, cum alicubi non appareat eas, fide Christum apprehendisse, sine qua nullus saluari potest, & hoc etiam tenet Augustinus, nam & erant phitonisse, & ideo reprobate à salute, vt scriptum est, vir, siue Mulier in quibus phitonis, vel diuinationis spiritus fuerit Morte moriatur, lapidibus obruent eos, prout legitur etiã de Saul, qui consuluit phitonissam, cum prius Dominum consulisset nec ei respõdisset, quo addito crimine, Dominus ipsum interfecit, & habetur 26. qõ. iii. & iiii. & per Archidia. ca. causa q. 5. si quis Episcopus, nam & prisca temporibus in orbe fuit innumerabilis pseudo prophetarum numerus & non inter gentes tantum, verum etiam inter ipsos Iudæos, adeo vt Helias propheta Domini. dixerit ad Acab regem Israel, congrega ad me omnem Israel ad montem Carmel, & prophetas Baal quadringentos, quinquaginta, & prophetas luci siue Nemoris quadringentos comedentes Mensam Iezabel itẽ & Multi alii, quos Acab. consuluit, vtrum in Ramoth & Galaath Iturus esset.

Math. 7.

lib. 18. C. de ciuitate Dei. Exo. 20.

1. Regum 28. 14

60

† Possent & alia plura ex Gentilibus adduci ad conuincendam iudæorum perfidiam, cæterorumque infidelium, prout illud Iob, Scio quòd dominus redemptor meus uiuit, & in nouissimo die, resurrecturus sum de terra, & rursum circundabor pelle, & carne, & in carne mea uidebo saluatorem meum, qui vt negari minime potest, Spiritu sancto concitus ita uaticinatus est, cum illius salutem admittat ecclesia. Nam & ut dicit beatus Petrus Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, legitur etiam quòd tempore Federici Secundi, & tempore Ferandi Regis Castellæ, circiter annum Domini M. CC. XLIII. In Toletis Hispaniæ, Iudæus quidã comminuendo Ripam pro uinea amplianda, in medio cuiusdam lapidis inuenit concauitatem, nullam penitus diuisionem habentem, neque scissuram, & in illa concauitate repperit librum folia quasi lignea habentem, qui tribus linguis scriptus erat, Hebraica, Græca, & Latina, & loquebatur de triplici mundo, ab Adam vsque ad Antichristum, proprietates hominum cuiusque mundi expri-

Iob. 19.

Epi. 2. c. 2. in hæc.

mendo, principium vero tertii mundi, posuit in Christo sic, in tertio mundo filius Dei nascetur ex virgine Maria, & pro salute hominum patietur. Quod legens Iudæus statim cum tota domo sua baptizatus est, Et meminit Beatus Thome tempore Constantini Augusti, & Helenæ matris eius, inuentum fuit quoddam sepulchrum Constantinopoli, in quo iacebat homo latituum auream habens in pectore, in qua scriptum erat, C H R I S T V S nascetur de virgine, & credo in eum, ò sol Helenæ, & Constantini temporibus, iterum me videbis, sed legant iudæi, quid de Christo Iesu senserit Ioseph eorum gentis historiographus lib. xviii. c. xix. antiquitatis iudaicæ, & nihilominus permanent miserissimi in eorum incredulitate, quos etiam error ille maximus detinet inter alios in tenebris,

61 † quia licet credant Messiam venturum tanquam saluatorem, & redemptorem ad saluandum, vt per Esaiam, parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas, de di te in lucem gentium, vt sis salus mea, vsque ad extremum terræ, & Hieremias in diebus illis saluabitur Iuda, & iterum Esa. clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem, & pugnatorem, qui liberet eos, & alibi, credunt tamen aliter, & alio modo sibi dari salus per Messiam, putant enim eam fore temporalem, & arbitrantur Messiam venturum in armis potentem, & qui omnes ipsos per vniversum orbem dispersos, breui hac eorum exitu mat seruitute, atque debellatis omnibus gentibus, & suo Imperio subiectis, in terram promissionis conducatur, & congreget, vbi non solum restaurata Hierosolyma cum templo, sed multo pluris ampliata, temporaliter regnare debeant, & toto mundo Imperare, & maxima auri, & argenti copia affluere, sperantem terram lacte, & melle irriguam, & quibuscunq; bonis temporalibus saturari, à qua quidem insania diuertere minime possunt, quo fit vt terrena affectus, nullis rationibus, & nulla sacrarum literarum autoritate ad veritatem percipiendam adduci possunt, ea est enim naturalis Iudæorum cupido, & fuit semper, vt aurum, & diuitias ardentem sitiuerint, & ob id bona illa à lege Moysi eisdem promissa, interpretati fuerunt temporalia, cum de Regno cælorum nulla apud eos mentio fieret, & illud Esa. si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, & implebuntur horrea vestra, & Messis attinget vindemiam, & superuenientibus nouis, vetera proicietis, & alibi, si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis & feceritis ea, dabo vobis pluias temporibus suis,

& terra

2. scilicet, q.
21. arti. 17
Eutropi.
libr. 23. in
Constanti
ne, & Cl
tenc.

Est. 49.

Hiere. 25.
Esa. 29.

Esa. 7.

Leuf. 26.

& terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur.

62 Sed ea non est vera scripturarum intelligentia, † quia bonorum huius sæculi affluentia, est impedimentum ad seruiendum Deo, ut per Moysen, ne postquam comederis, & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisq; armenta bouum, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarumq; rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, & iterum, in crassatus est dilectus, & recalcitrauit, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo, & facer vates nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant nolite cor apponere, & videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & sapiens. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar, vanitatem, & verba mendacia, longe fac à me, mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei, & iter. si oblitus fueris Domini Dei tui, ambulabis post Deos alienos, & Dauid. Homo cum in honore esset non intellexit. † Item quia salus, & liberatio, quæ per messiam expectabatur esse debebat spiritualis, & non temporalis, & qua mediante nos liberaret à peccato originali & aliis, & à Diabolica seruitute, in qua propter peccatum parentum primorum, genus humanum incurerat, & nos præciosissimo sanguine suo redempturus erat, & ad cælestem beatitudinem amissam perducturus, vt habetur Psal. 71. qui ab antiquis Iudæorum, totus de Messia exponitur, vbi parcat, pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet, ex vsuris, & iniquitatibus redimet animas eorum, & iterum apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, & statim subdit, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius, & hæc magna redemptio, & Esa. & redempti à Domino conuertentur, & venient in Syon cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum, nam & ipsi hebræi interpretantur Syon, Paradisum, & Ioel, quia in monte Syon, & Hierosolymam erit saluatio, sicut dixit Dominus & Abdias, & in monte Syon erit saluatio, & erit sanctus scilicet messias, & Esa. Israel saluatus est in Domino salute æterna, non confundemini, & non erubescetis in sæculum sæculi, quæ quidem æternitas contrariatur temporalitati, & alibi nõ audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas,

Deut. 28.

Deut. 27.

Psal. 62.

Psal. 57.

prover. 30

Ioel. 2.
Abdi. 2.

Esa. 45.

& contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos & peccata tuas laudatio, non erit tibi amplius sol ad lucendum per Diem, nec splendor Lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur Dies luctus tui, quæ verba intelliguntur de messia, vt per eorum Rabi Mosem Aegyptium, & iterum. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra, non dixit corpus vestrum, & Daniel loquens de messia, potestas eius, potestas æterna, quæ non auferretur, & regnum eius quod non corruptetur, quæ non conueniunt temporali regno, & Hieremias, & emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi, & spreuerunt me, remittere enim iniquitates est spirituale, & solius Dei, & trenorum eiusdem, spiritus oris nostri Christus Dñs captus est in peccatis nostris, cui diximus in umbra tua viuimus in gentibus, ergo non in suis peccatis, & in umbra sua viuimus, licet pro peccatis nostris mortuus sit, & Dauid, redimet Dominus animas seruorum suorum, accedat ex plurium antiquorum Rabinorum sententia, bonorum operum mercedem in hoc sæculo expectandam non esse, vt habetur in Bere sith raba. i. in expositione libri Genesis, super illud Deuteronomii. vii. scilicet quæ ego mando tibi hodie, vt facias, dicitur enim illi, hodie vt facias, non autem ut adhibeatur merces hodie, vbi omnes ferè Talmudistæ, per hodie præfens intelligunt sæculum unde, & alibi asserunt, merces bonorum operum in hoc sæculo non est.

Cum igitur omnium consensu messia redemptio non sit nisi per pœnitentiam, & opera virtutum expectanda, quorum merito salus redemptionis speratur, non autem aliqua huius sæculi, sequitur sanè salutem seu redemptionem, quã messias operaturus erat quæ & ab eis inter fidei articulos. (quos radices appellant) numeratur, non temporalem huius sæculi credendam esse, nam cum messia saluatio bonorum operum merces sit, & bonorum operum merces non sit temporalis, necessario consequens est, messia redemptionem non temporalem, sed spirituales futuram esse, ita tradit eorundem Rabi Neumiam filius Haçcarræ, cuius magna est apud hebræos autoritas dicens, cum considerarem humani generis finem, & perfectionem, cuius anima nostra auida est, beatitudinē, atque felicitatem esse, vt ipsa fasciculo vitæ cum Domino Deo nostro colligetur, hoc autem in aduentu tantum messia consistit,

sive quo haudquaquam possumus peruenire ad illam immensam & inestimabilem perfectionem, quæ non potest comparari tinctis in die coloribus, nec lapidi sardonico, præciosissimo atque Saphiro, hæc ille, ex eorum ergo testimoniis probatum est salutem per messiam consequendam, non esse temporalem, sed spirituales, & animarum, & non corporum.

Afferamus etiam aliqua ex eorum domo ad probandum quod non per potetiam armorum debuerat suos saluos facere messias, nec allaturus diuitias, aut huius sæculi bona, ut illud Esaiæ, iustitiæ enim indutus est Dominus, vt lorica, & galea salutis in capite eius
 † sed debuit esse pauper, prout in primo eius aduentu fuit Dominus noster Iesus **C H R I S T V S** verus messias, qui nunquam promisit temporalia, immo nos admonuit ne essemus solliciti, quid ederemus, aut biberemus, & qui dixit beatos pauperes, & mundum non diligeremus, aut ea, quæ in mundo sunt, & quod non habemus hic ciuitatem permanentem, nostramque mercedem in caelis copiosam, qui non solum abduxit ab amore opum, ad amorē paupertatis, sed à voluptate, ad ieiunium, à luxu, ad temperantiam, ab ira ad mansuetudinem, ab inuidia, ad benignitatem, à via lata, ad angustam, & hæc persuasit omnibus sub sole habitantibus, de cuius messia paupertate Zacharias ita prædixit, ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, & ipse pauper, & Esaias, ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti, quod scilicet non habet ramos, & folia ampla aquæ defectu, quæ etiam secundum Rabinos eorum intelliguntur de messia, & Daniel, ego vero egenus & pauper sum, ego, & in laboribus à iuuentute mea, & Moses Rabi Aegyptius magnæ autoritatis apud illos, super illis verbis Genesi 49. ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ò fili mi, Asinam suam, velut hebræi dicunt & ad palmitem filium Asini sui, inquit, Patriarcham Iacob his verbis messiam pauperem prædixisse, quia erat cingulans asinum suum & equitans super eum, vt ducat se cum humilitate, & illud impletum est specialiter in Christo, dum pueri accipientes ramos oliuarum, & procedentes obuiam Christo, super Asinam venienti hierosolymam, præcinebant, Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel, & prædixerat Dauid hæc est dies, quam fecit Dominus, & infra, ò Domine saluum me fac, ò Domine bene prosperare, benedictus qui venit videlicet illa enim verba osanna, sonant latine, ò Domine saluum me fac, pauper debuit esse messias, sicut re vera fuit Christus messias verus, natus in pauper-

Esa. 55.

Daniel. 7.

Tren. iiii.

Psal. 33.

Esa. 59.

Zacha. 9.
Esa. 53. &
Esa. 42.Psal. 69.
Psal. 97.

Psal. 117.

Math. 6, 8
Lucæ. 9.
Ioan. 6.

tate, & qui dixit, vulpes foueas habent, & volucres cœli nidus, filius autem hominis non habet vnde reclinet caput suum, nec habebat Didrachma, vnde solueret vectigal, nec pecunias, cum quibus emeret sibi panes pro discipulis suis in deserto, mortuus est etiam in magna paupertate, nudus in cruce, & aliena syndone inuolutus, & in alieno repositus sepulchro, qui etiam docuit discipulos suos, vt nolent possidere aurum, & argentum, neque pecuniam in eorū Zonis. neque peram in via, neque calciamenta, & omnia venderēt, & darent pauperibus, & ipsos discipulos pauperes sibi elegit, quod apparet dum dixit, & inuenit eos reficientes retia sua, & pro hoc facit quia regnum messiae debuit esse sempiternum, vt ipsi affirmāt, sed nullum temporale potest esse tale, vt no. in l. i. ff. pro soci. unde oportuit regnum Christi fuisse spirituale & non temporale quod non est perpetuum. De secundo eius aduentu, quod erit gloriosus scribit Daniel. Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat &c. & Zacharias, & Malachias, ecce Dominus venit & quis poterit stare ante aduentum eius? &c. Et porro quid dignum potest in diuitiis admirari? si quidem recte consideranti melius est inopem cum virtutibus viuere, quam cum viciis regem, nam pauper apud sese fruitur animi bonis, nihilque sentit externam penuriam propter intimas opes, rex autem externis affluens, quæ nihil ad eum spectant, in his quæ maxime sua sunt cruciatur, animo scilicet, conscientia, cogitationibus propriis, quæ unâ secum illuc abibunt. Et præmissa sint satis iudæis, vt abstergāt ab eorum animis maculas erroris, abnegata paupertate messiae.

Math. 19

Dan. 7.
Zach. 14.
Malach. 3

Sed quia alius est eorum error peior priore, dum affirmāt messiam non debuisse esse Deum, & hominem, prout etiam in hoc potissimum versantur iudæi nostri temporis, tanta excreuit eorum perfidia, propterea videamus parumper in quibus tenebris iaceāt
65 sepulti, cum tamen etiam à suismet lucem habeant veritatis, † & in primis quod messias debuit esse Deus, & homo patet oraculo Esaiæ. Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius Deus fortis, pater futuri sæculi, idem, ecce Dominus noster iste, & Baruch, hic est Deus noster & non estimabitur alius, aduersus eum, hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob. Pueri suo, & Israel dilecto suo, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, & Zacharias dicens Dominum exercituum ipsum missurum vel ab eo missum, & quis nam est dominus exercituum, nisi Christus Dei filius à patre in mundum legatus, filius ergo est exercituum

Esai. 9.
Esai. 25.

exercituum Dominus, sicut & pater, & proinde verus, quoniam in veteri testamento nullus inuenitur Dominus exercituum, nisi solus Deus, & plura prætermittam, quæ possent adduci, à quo nec lōge abest. etiam autoritas Platonis libro legum quarto, dum inquit omnium nobis est mensura, multoque magis si quis Deus (vt ferunt) homo est, quod Platinus exposuit, si Deus aliquis homo est, id est si quando fiet homo vt ferunt oracula scilicet prophetarū, & de hoc vi. quæ scribit latissime Chrysost. Tomo. v. tit. demonstratio aduersus gentiles quod Christus sit Deus.

Sed & quod debuit etiam etiam verus homo, qui genus humanū redimeret, assumpta natura humana probatur, quia cum in primo homine totum genus humanum præuaricatum sit, par erat vt satisfactio fieret per hominem stante lege Dei, quod quisque puniri debet per quæ, & peccauerit, & satisfactio per æquiualens facienda est, vt in lege veteri, animam pro anima, oculum pro oculo, ideo homo pro homine exponi debuit, sed homo quidem cœlestis, & innocens, innoxius à peccato, pro homine terreno, transgressore, & flagitioso, vt non tantum summeretur debita pœna, sed legitima redemptio fieret, à, non obligato pro se, item & Deus cum purus homo hoc non posset, ex quo, Deo debebat totum quod in eo erat, & solus Deus sit ille, qui nihil debet alteri, nec sibi ipsi, ideo cōueniens fuit Deum incarnari, & tanta humilitas esset in redemptore, quanta fuit superbia in præuaricatore, sed tanta fuit superbia in homine præuaricante, quod voluerit esse Deus, ea propter tanta debuit esse humilitas, vt Deus fieret homo, & cum peccatum fuerit in Deum, non poterat nisi per Deum reparari, nec aliquo sacrificio expiari, aut lege purgari, nec etiam per Angelum, cum à sapiētibus minus quā homo existimatur, cui datur super omnes Angelicos Choros ascendere, Deus proinde & homo messias esse debuit prout fuit, & est Dominus noster Iesus. Christus verus Deus, verus homo, verus messias, scimus enim eundem fuisse, & de quinque panibus, & duobus piscibus, saturasse quinque millia hominum, exceptis paruulis, & mulieribus, scimus Christum sitiuisse, & eundem aquas in vinum conuertisse, & super aquas pedibus ambulasse, scimus Christum mortuum, & eundem mortuos suscitasse, scimus Christum delusum, & eundem ab Angelis adorari, scimus ipsum de Maria natum, & eundem ante secula genitum, quæ omnia respiciunt illius diuinitatem, simul & humanitatem, & se ipsum messiam verum patefecit, cum sedens in synagoga, & oculi omnium in

Luce. 4.
Esa. 61.

eum essent intenti, aperuit librum Esaiæ, & inuenit locum vbi scriptum est, spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me, vt medear contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, quia hodie impleta est hæc scriptura in manibus vestris, & quidem illud quartum, quod nullo modo sciebatur à mortalibus via scilicet viri in adolescentula, vt litera veritas habet via Christi in matre Virgine? de quo Prouèrbiorum 30. cum incarnatio verbi secundum Damascenum, etiam summo Seraphino ignota fuerit.

Recedant igitur Iudæi a prædictis & aliis pluribus, & grauissimis eorum erroribus, exeant, e, tenebris tenebrarum, & aperiant oculos, & conuertantur ad Iesum Christum lumen luminum, ducem veritatis, & salutis eternæ portum tutissimum, & agnoscant verum mesiam, & Dominum, cum in eo sit Dei cognitio diuinitus reuelata, & hoc cœlesti pabulo vescantur, sine vilo discrimine sexus, vel ætatis, quo nullus est melior cibus, vtilior, & gloriosior, & cum ante oculos habeant rectum iter, desinant sequi deuios anfractus, nec amplius vanis elusionibus pertinaciter inherentes obducant eorū corda contra manifestā veritatē, nec contra se ipsos, & filios suos pugnent, prout fecerunt vsque in præsentia tempora, per mittentes se ipsos cum vxoribus, & filiis, & eorum descendens in præcipitia labi, experti sunt enim, & experiantur in Dies per orbem varias, & graues oppressiones, & bellorum terrores, & vi morborum pestifera eos grauante, vel quia etiam sæpe alimenta eisdem denegata fuere, & qui à Deo postulantes opem surdas illis præstitit aures, iniqui enim sunt cæcus eorum, & cum extenderint manus, auertit Dominus oculos ab eis, & ab eorum Virginibus nephastis & vxoribus, abstulit Dominus ornamenta calciamentorū, & limulas, & torques, & monilia, armillas, & mitras, discriminabilia perichelides, murenulas, olfactoria in aures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, muratoria, palliola, linteamina, acus, specula, sindones, vittas, & Theristra, & est eis pro suauis odore fætor (prout in veritate fatent) tanquam baptismo carentes, nam, & plures infideles permittunt se baptizari, ne fatant) & est eis pro Zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium, de quibus Esaias prædixit, & per vrbes incedentes digito ostenduntur, & ab omnibus derisioni habentur, & vacua omnis eorum spes, & labores sine fructu, & opera illorum inutilia, insensati sunt enim & filii eorum nequissimi, & contra eos effectum suum sortita sunt verba Domini nostri, filia Hierusalem, nolite flere su-

Es. 3.

per me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, cum quotidie fiat in obsidione Diaboli, nam & verba progenitorum suorum fructificant contra eos, dum dixerunt, sanguis eius super nos & super filios nostros, nam & ex eis descendentes sunt heredes malignitatis parentum, & simul cum lacte materno sugunt inuidiam contra Christianos, & blasphemias in Christum, & in sinu matrum inter primos garritus discunt maledicere Christo, & in memoriam rediit iniquitas patrum eorum in conspectu Domini, etenim dixit Dominus ego sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, visitans iniquitates patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me, nec aduersatur huic, quod scriptum est, non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur, † & illud filius non portabit iniquitatem patris, quia illud est verum quo ad pœnam æternam, nam anima, quæ peccauerit ipsa morietur, quisque enim onus suum sustinebit, & nullo iudicio, siue diuino, siue humano uenit aliquis puniendus pro peccato alterius c. vnde cunquē. liiii. distinct. sed spiritualiter, quia pœna spiritualis pertinet ad animam, secundum quam quilibet est liber sui, & ideo nullum detrimentum patitur in bonis animæ sine culpa sua propria, nam scriptum est, omnes animæ meæ sunt, sed quo ad pœnam temporalem sæpe parentum peccata liberos tangunt, nam & filius Dauid mortuus est propter peccatum parentum, prout Natham dixerat ei, quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, propter verbū hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur, sicut, e, contra pepercit Dominus Salamoni propter Dauid patrem suum, dicens ei, quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandauit tibi, dirumpens, scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo, veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, & alibi. Dicit Dominus inducam malum super Roboam, & super vniuersam domum eius & tota posteritas eius fuit consumpta, propter peccatum patris & ratio prædictorum est, quia vnus temporaliter est res alterius secundum sanctum Thomam, & ita in pœna eius, & ipse punitur, sicut filii sunt secundum corpus res quædam patris & serui Dominorum, sicut etiam quandoque per aliquem consensum vel dissimulationem, sicut etiam interdum boni puniuntur simul cum malis temporaliter, quia eorum peccata non redarguerunt, vt per Augusti. Item quandoque ad comedendam vnitatem humanæ societatis ex qua vnus

Pfil. 118.
Exo. 20.

Exo. 24.

Ezech. 18.

Ezech. 18

Exo. 21.

2. reg. 2.
2. reg. vit.
3. reg. 14

2. sec. d. g.
q. 108.

pti. de ciuitate Dei.

24. q. 1. c.
nō turbat
1. q. 4. Itē
peccata.
De penit.
distin. 4.
filiis quo-
que.
vi. Htero.
Gigant. in
tracta. de
crimi. Iesē
ma. lib. iii
quest. 1.
Iob. 1.
3. regū. 14

Gen. 9.

Psal. 108.

Psal. 69.

homo debet esse pro alio sollicitus, ne peccet, & ad detestationem peccati, dum scilicet pœna vnus redundat in omnes, quasi omnes essent vnum corpus, vt dicit Augustinus de peccato achor, de quibus, & quomodo secundum iustitiam humanam, vnus pro alterius culpa puniatur vi. Thom. vbi supra & in ii. senten. distinc. 33. & apud nostros loca sunt trita, & sicut dictum est, quod pater potest promereri pro filio apud Deum pro eius felicitate, & habetur de Iob. qui quottidie deprecabatur Dominum pro liberis suis ex ordine conuiuantibus vicissim, & quicquid illi luxuriando delinqueret, ipse orando placaret, ita etiam pater potest demereri pro filio apud Deum ut pereat, vt de Ieroboam, cum dixit Deus, ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & habetur de Cham deridente patrem ebrium, dum dixit Noe, maledictus sit Canaan, seruus erit fratrum suorum, Cham peccauerat, & Noe filium post Canaan maledicit, & alibi fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua, nutantes transferantur filii eius, & mendicent, eiiciantur de habitationibus suis, & fiant nati eorum in interitum, & in generatione una deleatur nomen eius.

Sed redeundo unde diuertimus ad afflictiones Iudæorum, qui à Christo passō citra experiuntur, & experti sunt veritatem Oraculi Dauidis, quod vaticinatus est contra eos, fiat mensa eorum in laqueum, & in captiōem & in ruinam, & in retributionem ipsis, obscurantur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua, quod verbum semper, denotat etiam tempus præsens, quo maxime incuruatum est eorum dorsum, cum permaneāt in extrema solitudine, & desolatione, & ab omnibus mundi nationibus oppressi, & inuisi, nec repperitur quāquam pro aliquibus eorum de meritis tam continuam seruitutem sustinuerint, nam olim completis annis ducentis redempti fuerunt a seruitute Aegypti, & ab Aegypto liberati vitulum coluerunt, pro Deo, filios immolarunt, Simulachro Beelphegor templum coinquinarunt, omne vitiorum genus patrauerunt, prophetas occiderunt, altaria prophanarunt, & tamen post annos. 70. In pristinam libertatem restituti fuerunt, immo nec tunc tempore seruitutis relictī fuerunt, sed cum eis fuit Daniel, Ezechiel, & in Aegypto Hieremias, & in solitudine Moses, Nunc vero post tot annorum curricula videlicet in præsens, currente anno Millesimo, quingentesimo, quinquagesimo septimo, cessantibus vitiis prædictis, supplicia increbuerunt, nec vlla vnquam
amplius

amplius spes mutationis status eorum remanet, quā si Dominus non ster Iesus Christus (quē dicunt ipsi ore uenefico fuisse impostorē) fuisset Impostor, & præstigiator, oportuisset eos honorari, & fines eorum propagari, vt qui Deo fecissent Rem Gratā, sicut phinees, qui vnam tantum meretriculam interfecit, tantam laudem a Deo consecutus est, ut sacerdotio, & tanto honore dignus habitus sit, Ipsi autem Hebræi abinde citra non honore, sed errone, & exules à Deo effecti sunt, & huc & illuc obeuntes, & quæ patiuntur non sunt eorū, qui Dei inimicos occidit, sed qui Dei amicos iterimūt.

Qui si ab eorum captiuitate, afflictionibus, & angustis cupiunt eximi, exuant vestes fordidas, induant Christum, abluant Baptismo sanguinem Christi occisi, cuius cruore manus habent coinquinatas, & se emundent a crimine criminum, & scelere, scelorum omnium facinosiore, quo sunt infecti, Pius enim, & misericordiarum pater est Deus, ipsisque miserebitur, cum scriptū sit per Esaiā si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabitur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana alba erunt, & non est abbreviata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris, vt non exaudiat, nec reppulit Deus secundum Apostolum, nam & ipse Israeli ta fuit, & ex semine Abraham de Tribu Beniamin, & non est distinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus omnium diues in omnibus qui inuocauit illum, & qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire, vnus enim Deus, vnus & mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, & licet scriptum sit per Hieremiam, ne roges pro populo isto, quoniam non te exaudiam, illud est, Non quod eum cessare vellet a precibus (quippe qui nostræ salutis cupientissimus est) sed quo eos magis terreret, cuius rei propheta non inscius præcari non destitit, sicut idem Hieremias alibi dixit, si laueris te nitro, & aggregaueris tibi Borith, coram me fordida es, non vt eam ciuitatem in desperationem ageret, sed vt rescipiscere cogeret, & propterea Crux Christi ad omnem partem extensa fuit s. in longum, latum, sublime, & profundū, vt non tantum vnicum populum liberaret, sed in totum genus humanum, & in omnes mundi partes pateret, virtutem Crucis diffusam, quantum in se est, nam impietas impii non nocet ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.

Accedant igitur Iudæi, & cæteri omnes a fide CHRISTI alieni, ad sacrum fontem Baptismi, quem Dei filius, & redemptor omnium

Christo.

Esai. 1.

Esai. 59.

Rom. x.

Thimo. 2
Hierc. 7.

Ezechiel.

Math. vi. in eum credentium, & eius præcepta custodientium, instituit in remissionem peccatorum, qui dixit euntes docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris, & filii & spiritus sancti, docentes eos seruire omnia quaecumque mandavi vobis, & omnes qui gratiam vitæ celestis, & gloriam consequi volunt ad susceptionem baptismi tenentur, sine quo salutem consequi non possunt, nam certum est salutem neminem consequi posse, nisi per Christum, vt per Apostolum, sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ, & ad hoc datur baptismus vt aliquis per ipsum regeneratus, incorporetur Christus factus membrum ipsius, & quicumque in Christo (vt idem ait) baptizati estis, Christum induistis, ideo sine eo non potest salus esse hominibus; vt patet etiam in Apostolis, qui & ipsi fuerunt baptizati, & alios baptizabant, & Paulus de mandato Domini fuit baptizatus, & habetur in c. quando de consecrati. distinct. iii. In baptismo enim imprimitur ipsi animæ character, cum sit quædam qualitas disponens, & habilitans animam ad suscipiendam maiorem gratiam, quæ qualitas à quibusdam dicitur sanctitas, præparans animam ad sanctificationem, & suscipiendam gratiam Dei secundum Hosti. in rub. de baptis. & alios ibi. & no. in c. quomodo de consecrati. distinct. iii. vbi latissime per Ioan. de Turre Crem. & est sacramentum nouæ, & Euangelicæ legis ianua, † & tam maribus quam fœminis conuenit, non autem circumciso, etenim fœminæ hebræorum nihil habebant plusquam gentes, nisi dicatur quod expiato viro qui est caput mulieris, purgaretur & ipsa mulier, quæ expurgatio de sanguine mutata fuit in aquam baptismi, expurgatio enim Euangelica debuit fieri in aqua, quæ clementiam significat, facta scilicet prius expiatione in sanguine redemptoris.

67 † Qui quidē baptismus multipliciter fuit olim præfiguratus, vt in eductione populi per mare de Aegypto secundū Apostolū, & oēs Mare transierunt, & omnes in Mose Baptizati sunt, & in illo vniuer sali Diluuiō tempore Noe, vt & totus mundus baptizari deberet,

68 † & plurimis etiam prophetarum oraculis & in baptismo Aaron, & filiorum eius, & is est fons illæ viæ aquæ, quem petebat Moses aperiri, & fons ille hortorum & puteus aquarum viuentium, & de quo sic Esaias. Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi, effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam, effundam spiritum meum, super semen tuum, & benedictionē meam.

Exo. 29.

Nome 20 Cant. 4.

Tom. 4. Act. 9. De baptismo Apostolorum vi. Aug. Epist. 108.

super stirpes tuas, & germinabunt inter herbam vt salices super alueos aquarum, iste dicit, Dei ego sum, & iste innocabit in nomine Iacob, ex quibus verbis patet euidenter, quod virtute Baptismi ex gentibus conuersi, omnesque Christum filii Israel effici debebant, & idem Dominus factus est mihi in salutem. haurietis aquas in gaudio de fonte Saluatoris, Item quia scissæ sunt in deserto aquæ, & Torrentes in solitudine, & quæ erant arida in stagnum, & sitientis in fontes aquarum, item ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina, & glorificabit me Bestia agri, dracones, & strutiones, quæ dedi in deserto aquas, & flumina in inuio, si sitierint per deserta educet illos, aqua de Petra producet illis, findetur Petra, & fluet aqua & idē. Non esurient, neque sitient, neque percutiet eos uestus, & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos, & Ezechiel, effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitamentis vestris, & ab vniuersis Idolis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & Ioel. Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedine, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, & sapiens, flumina de ventre eius exibunt, & Zacharias, in die illa erit fons patens domui David, & habitatoribus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ, quæ domus David, & Hierusalem est Christi ecclesia, in qua manet fons in ablutionem peccatorum, licet ex sacris elogiis edocemur etiam fontes intelligi de patre æterno, prima omnium origine, & de ipso Dei filio, & sancto spiritu, sed & ipsum baptismi sacramentum instituitur sub nomine sanctissime trinitatis, & in Christi baptismo affuit pater, & spiritus sanctus cum eo, ideo in baptismo, baptizato corpore, & sanctificato incipit spiritus sanctus habitare, & spiritus nequam, ea nobis à Domino data potestate calcatur, sicut scorpium, & serpentes, in sicco prauales, in aquam præcipitati sua venena non retinent.

Itē aquam, quam sub baptismi misterio bibimus est illa, de qua Dominus noster dicebat, qui autem biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, & intelligitur hoc etiam de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes, qui spiritus sanctus ex aqua sapientiæ, id est ex cognitionē quam habe-

Esai. 12.
Esai. 35.
Esai. 43.
Esai. 48.
Esai. 49.
Ezech. 36.
Ioel. 3.
prophet. 5.
Zacha. 13.

Ioan. 4.

Ecclesia.
lli. 15.
3, reg. 7o

mus de Deo generatur in nobis, ideo dicitur etiam, aqua sapiētia salutaris potabit illum, idem innuit illud mare æneum, quod Salomon in templo locauit.

70 † Nec mirum, quòd in regeneratione requiratur aqua, cum etiam semen omnium animalium aqueum sit, calore quodam spiritus animantis confortum, & semina ex quibus generantur omnia viuētia scilicet plantæ vitra animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent, propter quod quidam philosophi posuerunt aquā omnium rerum principium, & sicut per aquam omnia producta sunt, ita quoq; per aquā id est Christi, qui vocat se ipsum aquā omnia re generantur, vt idē sit generationis, & regenerationis principium.

Augustin.
in Ioannē
tractatu
cxi.

Item & hæc aqua baptismi illa est, quæ postquam Dominus noster emi sit spiritum de fonte præciosissimi pectoris sui manauit, cuius vbertas vniuersā irrigat ecclesiā, & facūdat, & sicut aqua scaturiuit in signum baptismi, ita & sanguis ad representandum Martyrium, de qua idem Dominus noster intellexit dicens, baptismo habeo baptizari, quo cohartor vsque dum perficiatur, quæ fluxit ex costa eiusdem pientissimi Domini nostri vt perlueret peccata

Luce. 12.

nostra, quorum causā fuit Eua quæ orta est ex costa Adam, vt vnde mors erat, inde vita resurgeret, & hæc est illa uera, & vnica ablutio, per quam mundantur homines à peccatis eorum, emundans simul cor, & animam, cum sit aqua spiritus sancti, quæ corpus tangit, & mentem abluuit, & fit nisi semel, † nec opus est reiteratione, vna enim est fides, vnum baptisma secundum Apostolum, & baptismus vti significans passionem, & mortem Domini nostri, iterandus non est, nec sacramento baptismatis, debet fieri iniuria sicut fit in ablutione sarracenorum secundum præcepta maumetica, quæ est multiplex, & antequam orare incipiant ad illam tenentur, vt perfectam munditiem habeant, & etiam totum corpus lauant, & ipsa etiam pudenda, quod præcipit fieri etiam post coitum, & egestionem, nisi fuerint egroti, vel in itinere, & sic inuenta est eorum ablutio propter corporis tantum immunditias, cum baptismalis aqua nos diluat à sordibus animæ propter crimina contractis, de qua Ambrosius dicit, quòd per eam transimus de terrenis ad cœlestia, de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, & in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur, ad pugnam in baptismo abluimur, post baptismum roboramur, & per baptismum vitatur damnationis periculum, & aperitur regnum cœleste per baptismi sacramentum sanguine Christi rubricatum.

c. maiores

c. maiores extra de baptis. & de eo per Archi. in c. dedit. i. quæsti. & in c. si baptizata. de consecrati. distin. iiii. Nam & baptismus quodammodo recipit virtutem ex contractu corporis Christi, & ex eius passione, sed ex contactu carnis quasi incohætiue, † quia tunc constituta est aqua in specie instrumenti iustificationis animarū, & ex passione Christi quasi completæ, & sic Dominus noster sanctificauit aquas nobis in baptismo suo in aquis Iordanis, & per contactum suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam cōtulit aquis, vt qui postea immergeretur in eis inuocato nomine sanctissimæ trinitatis à peccatis mundaretur, & tunc aqua per coniunctionē verbi plene suscepit vim regeneratiuam vt in c. nunquam. & per glo. in c. ex quo de consecrati. ea distin. baptizatus autem est Dominus noster. vii. Idus Nouembris trigesimo anno natiuitatis in carne, secundum Epiphanium in lib. ii. to. i. contra hæreses, sicut sanctificauit terram nascendo, & aerem, in cruce eleuatus patiendo, & ignem, ascendendo in cœlum, adeo quòd elementa omnia diuersimode sanctificauit, & sicut dictum est de sanctificatione aquarum ita dicendum, & credendum quòd per contactum Domini cæ carnis lignum crucis sanctificatum fuerit, vt per Ioan. de Turre Crema. in c. crucis de consecrati. distin. iiii. & Ambrosius super Lucam circa prædicta dicit, baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ per carnem Christi, qui peccatum non cognouit, baptismatis vim haberent, & vt sanctificatas relinqueret postmodum baptizandis, plenius tamen suscepit aqua vim regeneratiuam, cum de latere Christi manauit sanguis, & aqua c. propriam. in fin. ea. distinc. & aquam simul cum sanguine produxit in baptismi, & Martyrii Typum, & ex costa, cum ex costa Adæ mulier prima fons peccati orta fuit. Plenissime autem cum dixit euntes baptizate.

Augustin.
Sermone
29. & ser.
36. de spe.

73 † Et sacramentum hoc institutum est in aqua, quæ est igni contraria nam peccatum igni equiparatur, & sicut ignis extinguitur per aquam, ita peccatum per baptismum, vt per Abbatem in c. nō vt apponeres; de baptis. sed Ioan. Baptista dicit, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igna. & Basilius in Omelia lii. dicit aquam baptismatis habere vim ignis exemplo heliæ, qui in ara holocaustorum, non per ignem, sed per aquam uictimam totam exussit, & Christo per illum incorporamur, vt per Apostolum, quicumque in

74 CHRISTO baptizati estis Christum induistis, † & non tantum est baptismus aquæ, & fluminis, sed & baptismus pœnitentiæ siue

Ad gal. 3

Ambro. 8
obitu Va
lentianij
Iunioris.

Esa. 4.

Math. 3

Actu. x.

fluminis, aut spiritus, quando quis mouetur per spiritum sanctum ad credendum, & diligendum Deum, & penitendum de peccatis cum proposito accipiendi baptismum aquæ, si adesset commoditas, tunc enim in necessitate voluntas pro facto habetur, de quo Esaias, si abluerit Dominus sordes filiarum Syõ & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii & spiritu ardoris, &c. sicut etiam dicitur de latrone, si tamen posset talis baptizari baptismò fluminis ad hoc teneretur talis baptizatus baptismò fluminis, non propter remedium quo nõ indiget, sed propter præceptum diuinum, & vt suppleatur in eo quod est sacramentale in collatione characteris, vnde Ioannes Baptista quamuis esset sanctus dixit ego à te debeo baptizari, & Cornelio iustificato dixit Angelus, hic dicit tibi, quid te oporteat facere scilicet de Petro qui debebat ipsum baptizare.

Est & baptismus sanguinis, quando quis patitur pro Christo, nã ipsum Martyrium dicitur baptismus sanguinis, de quo in c. baptismi vicem, de consecra. ea. distin. iiii. vbi glo. in verbo baptismus dicit. quòd baptismus in tribus consistit, scilicet in aqua, in passione, in cordis contritione, & ui. Gofre. in sum. extra eo. ti. de baptism. versi. gratia baptismi, per Hosti. & alios in c. ii. de presbyte. non baptiza. per San. Thom. iiii. senten. i. quæst. ii. arti. i. ii. iii. & distin. i. iii. quæst. i. & latro in cruce baptismò fluminis & sanguinis baptizatus est **CHRISTVM** confitendo, de peniten. distin. vii. c. nullus. & baptismus iste sanguinis est potior inter alia baptismata quod probatur iudi. vi. tolle vitulum videlicet & quia in eo amplior est imitatio, & plenior professio passionis Christi, quã in baptismò aque, quia ibi est professio verbo, & signo sine actu, hic verò, & signo, & actione & passione sed vbi est, amplior, & plenior imitatio, & professio passionis Christi, ibi est plenior virtus eius, à qua omnia sacramenta habent efficaciam, ergo &c. & in hoc ostenditur maior dilectionis feruor iuxta illud. Maiorem caritatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, & vi. in c. cathecumini de consecrati. ca. distin.

Ioan. 15.

Augustin.
in Ioannē
tractatu. 5
& alibi
sæpe.

75 † Fuit etiam baptismus Ioannis, à quo Christus fuit baptizatus, qui tamen non erat ablutio peccatorum, sed baptismus penitentia, quos inuitabat, quos baptizabat ad penitentiam, dicens penitentiam agite, & ego quidem baptizo vos in aquam in penitentiam, qui autem post me uenturus est, fortior me est, Christus enim non habebat aliquod peccatum abluendum, cum fuerit ab instan-

ti conceptione natiuitatis suæ, ne dum sanctificatus, sed etiam sancta, sanctorum, de quo baptismò Christi meminit Dauid, vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, cum dixit hic est filius meus dilectus, ò admirabile spectaculum, mundo innotuit, pater in voce, filius in carne, spiritus sanctus in specie columbæ.

Psal. 28.

76 † Per cuius baptismi sacramentum, euacuata est Iudæorum circumcisio carnalis, nam ipsa de se nullius erat valoris ad tollendum peccatum, nisi ratione fidei conferentis, ideo necessaria erat fides conferētis, sicut in Abraham, qui non fuit iustificatus per circumcisionem, quam accepit, sed per fidem, quam habuit in præputio, illa enim circumcisio non continebat realiter merita passionis Christi, sicut baptismus, qui realiter continet virtutem, & merita passionis eiusdem, hinc est quòd in casu necessitatis, absque fide ministri conferri potest, & eo casu posset quis ab infideli baptizari non existente aliquo fidei, vt dicitur inferius in hac tertia parte, principali, cap. iiii. & ratio quare infidelis baptizare potest ea est, quia merita passionis Christi continentur vt dixi in baptismò realiter, & in cæteris sacramentis religionis Christianæ, non quòd sacramenta creent gratiam, nec sint causa effectiua eiusdem, sed sunt quasi quadam vasa medicinalia, in quibus continetur virtus, & merita passionis Christi, & sacerdos non concurrit ad sacramenta, nisi tanquam minister, qui ex Dei præcepto cum vase sacramentali haurit merita passionis Christi ex cellario ecclesiæ, & propinat potum gratia, & sanctificationis fidelibus Christi, ex quo per baptismum, tanquam per Cyphum, seu quasi cum Cypho propinat medicinam contra originale, & per penitentiam contra actuale peccatū, quæ quidem medela simul purgat, & sanctificat, & gratificat, secus in circumcisione, cum non erat instrumentum gratia, & contineus realiter virtutem passionis Christi, sed erat tantum signum in quantum illum significabat, & figurabat, & nõ dabatur in pretium pro peccato, sed tantum in signum pretii per Christum in cruce soluendi, & in signum pacti seu fæderis; cum enim misericors deus stauisset redimere hominem per **CHRISTI** eius filii passionem iniit fædus cum Abraham, & semine eius, vt in signum fæderis & pretii futuri per Christum in cruce soluendi, circumcideret se, & omnes posteriores, & de præsentis daret Deo, & offerret illam circumcisionem in signum pretii futuri per Christum in cruce soluendi, sed postquam Christus instituit baptismum, omnes obligantur ad illum & si Adam, Abel, Aaron, & Moses, & cæteri fideles veteris

Enchiri.
di. Chri.
stia. insti.
tutionis i
consilio
coloniæ.

Gen. 17.
Roma. 4.
Gala. 3.

testamenti vixissent, usque ad baptismum CHRISTI, obligati fuissent omnes baptizari, qui sub tali fide, & figura receperunt signa circumcisionis.

Animaduertant ideo tam ipsi hebræi, quàm sarraceni, & cuiuscunquæ alterius sectæ infideles † & etiam Christiani omnes, in hac vita mortali non esse finem, aut felicitàtem nostram, sed in ea de qua supra diximus, æterna, & immortalis, quis enim inuenitur, aut inueniri possit in hoc sæculo, qui tanta possederit, aut possideat, qui plura non desiderauerit? & nemo reperietur vixisse adeo contentus, vt multa sibi deesse non prospexerit, nec aliquis tantum lætitiæ expertus est, quin mœstitiæ & doloris, magis particeps fuerit, adeo vt iudicari minime possit, vtrum natura ipsa, hoīs parens, an nouerca fuerit pessima, cum cætera uiuentia tegumentis pertexerit, pilis, coriis, fetis, plumis, squammis, testis, velleribus, hominem autem nudum ediderit, inermem, imbecillum, prostratum, atque iacentem, tardissimum item omnium ad gradiendum, ad sese tutandum, ad errigendum, ad uescendum, ad robur, ad omnia deniquæ præterquam ad vagitum ineptum, qui malo omine, vitam à lacrimis auspiciatur, & luctu, & multa sunt animalia quantum ad bona corporis, homine potiora, velociora, robustiora, qui tot laboribus, morbis, erumnis, miseriis, calamitatibus, subiectus est, quot nõ licent numerare, & nemo vnquã attigit ad id, quod maxime optauit, & si attigit, breuē in eo permansit, & si permanserit, illo tamen certissime cum vita priuatus est, & nudus in terram reuertitur, & de his etiam per Plinium lib. vii. naturalis historiæ cap. pri. Et forte hominem solum sic disposuit Deus, & virtus illius sit ipse Deus, & in eo quo inferiorem illum fecit, in ipso fortiorem esse voluit in se, vt necessitate infirmitatis coactus semper necesse habeat Dominum suum requirere. Futilis est igitur omnis spes nostra in huius miserissimi sæculi felicitàte caduca, & quid hæc res humanæ? cinis, puluis, fumus, umbra, somnum, fabula, ventus, vnda decurrens, & cum animus noster sit immortalis in hac vita mortali finē suum habere minime potest, debet ideo quisquis is sit homo, omni conatu tendere ad quærendam viam, quæ ducit ad vitam immortalem, æternamquæ beatitudinem, qui est I E S V S C H R I S T V S, qui munificentiâ suâ ad nos descendit, suscipiendo mortalitatem, sustinendo passionem, vincendo mortem, & nos restaurando, quæ tam admirabilis, & infinita nostri dilectio, non nisi per dilectionem rependi potest, & dum tempus est formam animæ nostræ excolamus,

mus, faciem ornemus, habitum componamus, maculas tergamus, mores corrigamus, vt efficiatur digna Christi sponsa, & ipse semper stat ad hostium, & pulsat ad se nos euocando, qui cum ab ipso creati simus, neminem persequitur, diligit quæ quod creauit, si quis se ipsum non persequatur, & à nullo homine recedit, nisi prius ipse homo à se diuertat, vitium tamen quod contraximus odit, & dum sumus super terram peccata nostra agnoscamus, ne cum impiis
78 pereamus, † paratus est enim Deus peccata nostra semper indulgere, si non tardauerimus ad eum reuerti, & si tardauerimus timendum est ne inferat in nos iram suam, nulla præssura nos terreat, nulla calamitas nos frangat, quia Dominus in proximo est, nec est de eius misericordia desperandum, conclusit namq; Deus omnia sub peccato, & incredulitate, vt omnibus misereatur, tolle peccatum, vbi misericordia Dei agnoscitur? vbi redemptio ex qua tenemur redemptori? vbi gloria redemptoris nos redimentis? si nil peccassem tu quid concedere posses, materiam veniæ fors tibi nostra dedit, non tamen ea propter peccandum, immutauit enim legem Dominus Deus & per Christum eius filium mitiorem reddidit, vt patet de adultera, quæ lege lapidari mandabatur, vt ab ipso Christo facile absolueretur & publicanus, & meretrix famosa pro tegeretur, & alter in Euangelistam, & Apostolum, altera autem in hospitem eligeretur, & qui latroni paradisum promissit, venit quæ vocare peccatores ad pœnitentiam, & qui nos peccare permittit vt eiusdem misericordiam sentiamus, impetratam per eundem
79 Christum eius filium, & non per legem, † obtegat se igitur vnusquisquæ scuto fidei, quæ est hostium salutis operibus subsequenti- bus, nam necesse est secundum Apostolum nos esse Dei coadiutores, alias frustratoria esset comminatio damnationis in non operante, & quod reddet vniciquæ secundum opera sua, & frustratoria esset exclamatio, facite fructus dignos pœnitentiæ, qui fructus sunt opera bona ab eis facta, qui iam ad eum reuersi, perfectam pœnitentiæ viam persequuntur, nam & Abraham fuit Deo gratus nõ tantum per fidem, sed quia etiam custodiuit præcepta Domini, & mandata, & cerimonias, & legem seruauerit, reputata equidem fuit ei fides ad iustitiam, sed reputata fuerunt, & opera, & si obtulit in fidem Isaach filium in sacrificium, illa tamen oblatio non erat ipsa fides, vt inquit Apostolus, sed opus fundatum in fide, quæ est fundamentum spiritualis ædificii, nec igitur cupiamus ea quæ sunt huius mundi, nec in mundo remanere, ne cum mundo pereamus,

Christof.

Job. 14.

c. exiget.
1. quæst. 7

mundus enim est locus peregrinationis nostræ, & mansio hostilis
 70. † nam & secundum brachmanas & academicos non sumus huius
 mundi incolæ, sed aduenæ, & academici suum Platonem sequuti fa-
 tentur alias mansiones, tam pro bene, quam pro male merentibus,
 ut in Phedone Plato ipse differit, mercuriusque trimegistus mo-
 riens, dixisse fertur, hactenus filii pulsus à patria vixi peregrinus &
 exul, nunc vero patriam repeto, cumque paululum à vobis vincu-
 lis corporeis absolutus abscessero, videte ne me quasi mortuum
 lugeatis, nam ad illam optimam, beatamque civitatem reuertor,
 ad quam vniversi ciues, mortis contione venturi sunt, resurrectio-
 nem præsupponendo, quam etiam Poete ipsi adstruunt, ut alcestâ
 peliæ filiam mortuam propter virum suum admetum, & propter
 Herculem post triduum resurrexisse, & ex adytis eductam esse, &
 de Pelope tantali filio, & de Euclea ab Aesculapio suscitato, & q̄
 castor propter Polucem fratrem suum ultro ipsi vitam alterius die
 bus alterare voluit, & Proteus propter Laodomiam, & de Sisi-
 pho, Tantalo, & caucasi filiabus, nam si corpora non haberent quo-
 modo sub petra, & rota supplicis traderentur? ut ipsi fabulan-
 tur. Item & Iacobus, & Ioannes dixerunt, qui voluerit esse amicus
 huius mundi, neque ea quæ in mundo sunt, quia in eo non sunt
 nisi inimica omnia, concupiscentia carnis, atque oculorum, & su-
 perbia vitæ, & vita hæc non est aliud, quam somnus, vnde Psalm. 75.
 dicitur, dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri
 diuitiarum in manibus eius, & non est colendus Christus ut plures
 faciunt propter felicitatem terrenam, nã nec propter id nos Chri-
 stiani effecti sumus, nec propter hanc vitam Christum colimus, &
 secundum Apostolum, si in hac vita tantum speramus in Christo,
 miserabiliores sumus omnibus hominibus, & sic ipsam colamus
 uti seruatorem animarum nostrarum.

81. † Et properet quisquis sit homo ad præmissa consequenda, tem-
 pus enim vita hominis nimis breue est, nam licet ante diluuium
 ætas hominum esset prolixior, ut in Adam, & Eva primis parenti-
 bus qui vixerunt annis. 930. Seth. 912. Enos. 905. Caniam. 910. Ma-
 lael. 895. Iareth. 962. Mathusalem. 969. & habetur per Augustinum
 cap. 15. de ciui. Dei. Deus tamen post diluuium constituit tempus
 breuius, ut tradit Ioseph de antiquita. lib. pri. cap. v. & cap. viii. Li-
 cet etiam illo tempore satis longius esset tempus vitæ mortalium
 ut habetur Gen. cap. xi. & hoc quia ante diluuium homines erant

religiosi, & ab ipso Deo facti, & pabula opportuniore eis erant præ-
 parata, ideo tantorum annorum curriculis vivebant, deinde pro-
 pter virtutes, & gloriosas utilitates, quas ingiter perscrutabantur.
 i. Astrologiam, & Geometriam, Deus eis amplius viuendi solatia
 condonauit, quæ nunquam antea discere potuissent, nisi sexcentis
 vixissent annis, per tot enim curricula magnus annus impletur, hæc
 ibi Iosephus, adducens authoritates tam Græcorum, quam Cal-
 deorum, & Aegyptiorum, & idem firmat cap. xiiii. eiusdem libri, &
 quod tempore Mosis positus fuit per Deum tempus vitæ hominis
 annorum. 120. & ex post tempore Dauid annorum. 70. & in potentia-
 tibus octuaginta, Psalm. 79. Licet ex loco Geneleos præallegato scri-
 ptum sit, non permanebit spiritus meus in homine in æternum,
 quia caro est, eruntque dies illius. 120. annorum, & sic etiam ante
 tempus Mosis erant anni. 120. & in declinationem deflexit vita ho-
 minis, cum habeatur ecclesiastici. xviii. Numerus dierum hominū
 ut multum centum anni, prout etiam apud legistas statutum est,
 sed & Esaiæ habetur. c. xxiii. & erit in Die illa, in obliuione eris o
 Tyre 70. annis, sicut Dies regis vnus, & habetur de peniten. distin.
 i. c. prædixerat in glo. in verbo legimus. Dū ergo tempus habemus
 operemur bona, & Christo adhereamus, cui vero Deo laus, glo-
 ria, & gratiarum actio debetur in sempiternum. amen.

Da quæsumus Domine populo tuo Diabolica vitare conta-
 gia, & te solum Deum pura mente sectari per Dominum no-
 strum I E S V M C H R I S T V M .

Licet hæc, quæ in huius tertiæ partis priori capite per me scri-
 pta sunt, magis ab extraneis, quàm a nostris collegerim, non ideo
 me quisquam taxet, nam tractaturus de conuersione infidelium,
 necessarium mihi uisum est, aliquid de eorum ritibus recitare, & re-
 citando refellere, & ipsos ad sacramentum baptismi cognito co-
 rum errore, his mediis inuitare, constat enim & olim iuris pru-
 dentes, & legum conditores, sapius & philosophos, & poetas, ci-
 tasse in eorum legibus, & (ut dictum est) valent & allegari possunt
 secundum Augustinum, authoritates gentilium, ad eorum vanita-
 tem reuincendam, & ut inde summantur vtilia, & habetur de Mose
 & Daniele qui ex libris Aegyptiorum & Caldeorum sunt eruditi,
 vnde etiam ratione subiectæ materiæ non debent hæc per pium le-
 ctorem, tanquam extranea iudicari.

- 1 Ecclesia consulit potius animabus, quàm corporibus.
- 2 Conuertens se ad fidem, præsumitur Deo inspirante agi, & duci ad baptismum.
- 3 Baptismus non confertur in continenti baptizari uolenti, sed post certū tempus.
- 4 Iudæus ad fidem conuersus debet restituere quæ per usuras lucratus est, & nu. 11.
- 5 Violenter nemo ad fidem cogendus.
- 6 Paruuli iudæorum an possint ad fidem, & baptismum per uim compelli, & concluditur q̄ non secundum communem sententiam.
- 7 Baptizatus uolenter per uim absolutam non recipit characterem, secus si per uim conditionatam.
- 8 Vis & coactio præcisa qualis sit, & quæ conditionata, & an serui iudæorum possint inuitis Dominis baptizari.
- 9 Baptizatus coacte an recipiat characterē, si diu permanserit non reclamando, & purgetur per actus sequentes uiolentia ipsa.
- 10 Baptizari quando quis possit inuitus cogi.
- 11 Baptizatus iudæus debet restituere ea, quæ illicite extorsit etiam per furta uel uolentias.
- 12 Conuersi ad fidem retinent bona, & non perdunt agnationem nec iura successionum &c.
- 13 Iudæus, uel infidelis baptizatus in aliqua ciuitate, eiusdem ciuis efficitur.

C A P V T S E C V N D V M .

Sicut sancta ecclesia CHRISTI recipit omnes infideles ut habitare possint inter eius fideles, cum personis, & rebus suis, ita etiam aperto, sicut suscipit omnes uolentes ad baptismum conuolare, & neminem reiicit † cum consulat potius animabus quàm corporibus, ut in c. cum infirmitas in glo. in verbo, multo, de pœniten. & remissi. nam si saluat corpora ad se confugientium iuxta not. in c. inter alia de immuni. ecclesi. Multo fortius debet saluare, & animas c. ii. de conuersi. inf. cum sint præciosiores corporibus xii. quæst. i. præcipimus, & debent benigne, & cum omni caritate recipi, † quia conuertentes se ad fidem præsumuntur Deo inspirante agi, ut Ioan. vi. nemo uenit ad me nisi pater traxerit eum, & Luca. xv. ubi publicani, & peccatores erant appropinquantes ad Iesum, qui ad illum non potuissent appropinquare, nisi afflatu spiritus sancti ad se illos traxisset, & i. Corin. xii. & nemo potest dicere Domine Iesu. nisi in spiritu sancto,

cto, & c. hæc autem omnia operatur vnus at que idem spiritus diuidens singulis prout uult, & est tex. in c. Iudæi el secundo ibi, si qui præterea Deo inspirante ad fidem se conuerterent, extra de Iudæ. ubi Io an. de Ana. in ii. no. dicit, quod qui conuertitur ad fidem dicitur illud facere Deo inspirante, & hoc semper præsumitur, etiam si dolus adhibeatur secundum Hostien. in c. dudum de conuersi. cō iuga. hoc uidemus in Abraham qui nullum sortitus doctorem, & ab infidelibus parentibus educatus diuinam accepit illustrationem, & quia uidemus sæpe infinitum numerum etiam ipsorum Iudæorum ad fidem conuersos, ut ad piam exhortationem Sisibuli regis gothorum, qui tenuit regnum Hispaniæ Iudæorum nonaginta millia baptizate initiata.

Si quis tamen Iudæus, uel alius infidelis uelit baptizari, & postulat baptismum † non debet in continenti baptizari, sed expectari debet, donec uoluntas eius fuerit patefacta, scilicet quod non rancore animi, uel ex aliqua sinistra causa uenerit ad baptismum, sed recta deuotione, & debet persistere apud Christianos per dies quadraginta antequam baptizetur, ut in c. ne quod absit de consecrati. distin. iiii. & no. in c. sicut, & ibi Abba. in i. nota. de Iudæ. (Solent enim plures Iudæi impostores Christianismum simulando sapius baptizari, & hoc artificiosè pecunias colligere, ut contigit sub Paulo Nouatianorum episcopo, de quo scribit Socrates lib. vii. cap. xvii. ecclesiasticæ historiæ) quod tamen dicit Abba ubi supra in multis locis non seruari, & male, rationibus de quibus ibi, & idē Abb. in c. debitum. colum. ii. versicul. hic quæritur, de baptif. dicit debere differri baptismus, ut appareat an habeant rectam intentionem, & quod olim statutum fuit quod staret cathecuminus per viii. mēses, ut in c. Iudæi. de consecrati. distin. iiii. sed quod postea fuit limitatum per dies. xi. tantum, d. c. ne quod absit, subdens quod multi non bene hoc seruant, sed illico baptizant, & postmodum qui iescēte illo calore, sæpe tales redeunt ad vomitum erroris eorum sicut uidemus etiam in tironibus, quos principes militiæ probāt, priusquam in milites eligant, ut habetur Hieremia ultimo, & in l. neminem. C. de re. mili. lib. xii. & i. regum xiiii. & Gen. xiiii. Vbi Abraham approbavit & numeravit expeditos uernaculos suos. Et prædicta iura secundū aliquos uidentur loqui de Iudæis baptizandis, nō etiā de aliis infidelibus, cuius rei fidem faciunt constitutiones Caroli magni & Ludouici Imperatorū qui eo tempore, quo bona pars germaniæ ignorabat uerum Dei cultum, sanxere, ne quis baptiza-

retur nisi in Paschate & Pentecoste, eiusque rei ratio euidenter videtur, nam cum id tempus non alia sit ratione præscriptum, quam ut accedentes ad fidem CHRISTI, prius instruantur, quam Christiani nuncupentur, ciuitati Dei ascripti, Iudæi vnum Deum colentes, Mosiq; & aliis prophetis credentes, Christianæ religionis dogmatibus quam facillime instrui possunt, Paganorum vero Catacuminorum prius est Idolatrica superstitio detegenda, deinde his veritas aperienda est, tam veteris quam noui testamenti, quod intra tam breue tempus fieri non potest, id tempus etiam ab ecclesia statutum est vt baptizandus & sciat & agat vitam Christianam, Augusti. Tho. 4. fol. 14. & f. 17. Sed verius est qd c. Iudæi. & c. ne quod absit loquantur etiam de aliis infidelibus vt per glo. in d. c. Iudæi. nam & illud tempus fuit specialiter statutum de Iudæis non propter satisfactionem peccati, sed propter reuerentiam baptismi, quam Iudæi, circumcisionis comparatione, & aliorum legalium sacramentorum non appretiabant, vt per glo. in c. sine pœnitentia, de consecrati. distin. iiii. & Archidi. in d. c. Iudæi.

- 4 Item non debet indistincte Iudæus admitti ad baptismum, ¶ nã primo debet restituere ea, quæ extorsit per vsurariam prauitatem, & illicite vt in glo. fi. in d. cap. Iudæi, & de pœni. distin. v. c. falsas, & Abb. in c. debitum. de baptis. colum. secunda in fin. vt latius dicitur inferius nume. 11.

5 Et ideo dictum est de volentibus baptizari, quod recipiantur, quia ¶ inuitus ad fidem nullus debet compelli, nec aliquo modo cogi, sed voluntarius tantum admittitur. 45. distin. de Iudæis. & xxiii. quæst. v. ad fidem. c. maiores. §. item quæritur de baptis. c. sicut vbi per omnes. de Iudæ. quia sicut delinquens libera voluntate perit, ita libero sunt arbitrio relinquendi, mediante Dei gratia, ad eam reuocante, & prout no. per Zabarellam. in c. quod super. colu. iiii. versicul. quinto quæro, extra de voto. Et si diceretur quod Paulus coactus venit ad fidem, responderetur secundum Hosti. quod iura de quibus supra, loquuntur de Apostolo, quæ licet nostris minus obnoxia sint legibus. Rom. 9. tu quis es, qui respondeas deo? prouidentissimæ tamen, quæ in sui dispositione non fallitur prouidentia subiacet, hæc namque arbitrium nostrum sua semper libertate potiri decreuit dicente D. Aug. 10. de ciuit. Dei. cap. 30. sic Deus res, quas condidit administrat vt suos cursus agere sinat, coactio igitur non nisi improprie dicitur quia amorosa sicut rectus & impulsus. cuius vero non est nostrum reddere rationem, vt not. in c. si

quando. de rescrip. quia quem vult conuertit, et quem vult inducat, etiam per flagella. 23. quæst. iiii. Nabuchodonosor. Sed & Paulus inter ipsa flagella fuit mutatus, & de nolente factus est volens. xxiii. quæst. iiii. displicet. versic. quare Paulus. & xxiii. quæst. vi. Scismatici. vbi de Pauli conuersione, & prædicta procedunt in coactione præcise, per quam etiam character non imprimitur, cum potius ille dicatur pati quam agere, vt no. in c. de Iudæis, & c. qui fincera. 45. distin. Hosti. & Goffre. in summa de baptismo, & maxime Gemina. & p. Dominum Preposi. in d. c. de Iudæis, & inferius dicitur & per Parisi. consi. ii. colum. ii. vol. iiii. vbi etiam quando ita baptizati per longum temporis spatium non contradixerunt, & per aliquot actus præcisam coactionem & baptismum approbarunt, cum videant purgata, quod tunc intelliguntur characterem recepisse, quod declaratur ibi late per eum, & Azo. in sum. c. de Iudæis. in fin. de Paulo dicit quod miracula non traduntur in regulam. An autem licitum sit, dare pecuniam infideli, vt se baptizari permittat, vi. glo. in c. quam pio. i. quæst. ii. Abb. in c. cum ecclesie. de simo. & xv. quæst. i. non est. xxiii. quæst. v. ad fidem. Cardi. Alex. in c. ii. 42. distin. Et licet ad fidem nullus sit cogendus, vt dictum est, si tamen aliqui infideles fidem Christi susceperunt, & eam sunt professi sicut hæretici, apostata, & Iudæi ad fidem promoti, postmodum Christum blasphemantes ad Iudaicos ritus conuersi abhominabiles circumcisiones exercent, tales sunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt, vt not. in c. plerique de consecrati. distin. iii. & contra eos inuehit Apostolus ad Galatas. iiii. quomodo cõuertimini iterum ad egena & infirma elementa, & ad hebræ. vi. & Prouerbi. vi. & caueant tales simulate conuersi ad fidem, ne cõtingat eis, quod aliis ementite baptismi initiatis contigit vlisbone vrbis Lusitaniæ, vbi anno. 1506. Orta est magna ciuium perturbatio, propter Iudæorum nuper baptizatorum persecutionem, Iudæi enim Christiani effecti occulte ritus Iudæorum emulantes ore tantum, & non corde Christianos sese ostentabant, cum Iudæis autem carnibus vescentes Pascha celebrabant, quos Christiani apud regem illos accusarunt, fueruntq; iussu regis xvi. capti, sed mox sine vindicta dimissi, quod videntes ciues contra regem conspirantes, tumultum contra Iudæos excitarunt, interficientes per ciuitatem quotquot inuenire poterant, & tam in ciuitate quam villis fuerunt occisi. nu. 1930.

Item quod supradictum est neminem cogi ad fidem, intelligen-

6 dum est de adultis, † de paruulis autem sunt opiniones inuicē contrariæ, quidam enim tenuerunt quòd cum Iudæi sint serui non habeant filios in potestate, & quòd propterea principes sæculares eorum domini possunt pueros etiam inuitis parentibus facere baptizare, si hoc non faciant propter compellendos eorum parentes ad fidem, et hanc opi. tenuit Archidia. xlv. distinct. c. qui sincera, & ibi etiam Dominicus qui limitat tamen hoc non procedere in priuatis personis, idem tenet Henric. Boich. in c. sicut. de Iudæ. Qui dicit quòd sicut principes possunt eosdem paruulos tanquam sua aliis dare, vel uendere in seruitutem inuitis parentibus, ita possunt eos inuitos auferre ad baptizandum, dicens quòd in hoc merentur, dummodo non faciant hoc pro compellendis parentibus eorum ad fidem, sed pro ipsis pueris saluandis, & hoc videtur sentire Ioan. Andr. in d. c. sicut, prout plures etiam alii doctores tam canonicæ quàm Theologi hoc idem tenuerunt de quibus per Mathe. de Affli. decif. 151. Serenissimus rex. colum. iiii. & iiii. Et hanc opin. late comprobatur per plura fundamenta Vdalicus Zasius in libello de Iudæis, ubi hunc articulum plenissime discutit respondendo ad obiecta cum subscriptionibus. Quorundam Theologorum maximæ autoritatis, ubi etiam de impuberibus Iudæorum uolentibus ad fidem conuolare quæstio. ii. Vbi concludit impuberes Iudæorum filios, maiores septennio uolentes & cupientes baptizari perducere posse & debere ad baptismum inuitis parentibus, dicens quòd obistere huic uoluntati tum minus debemus quòd noster saluator præcepto cavit, ne uenientes arceantur, finite ad me uenire paruulos dicens, ipsorum est enim regnum cælorum, cur ergo duriores Christo inuideamus paruulis salutem, quam ipse offert, vel quid reppellimus eos à uita, ad quam autor uita inuitat? ubi uidentur, ne transferam eius libellum in hanc paginam, & de illa q. q. filius Iudæi ob certam pecuniam pignoratus, petens baptizari admitti debeat, pacto de eo restituendo non obstante.

Sed Dominus Abb. in d. c. sicut, dicit quòd dubitaret multum de prædicta opinione, cum Iudæi strictè, & proprie non sint serui & ab eis non possint coacta seruitia exigi, & quia eorum parentes indirectè cogentur ad fidem suscipiendam, contra d. c. qui sincera. & ideo inclinatur in partem contrariam, quòd scilicet paruuli Iudæorum, non possint ad fidem compelli, & hanc partem tenet glo. in c. Iudæorum xxviii. q. i. dicens quòd sicut adulti, ita nec paruuli ad fidem trahendi sunt per vim, nam si hoc fieret, in breui nullus esset

esset Iudæus, & non posset verificari illud Hieremiæ, quòd reliquias Israel saluæ fierent, eandem opinionem tenet D. Cardi. in clement. i. in fin. de Iudæ. & Calderi. consi. iiii. incip. filii Iudæorum. in titu. de Iudæ. Ioan. Andr. Abb. Ioan. de Ana. & Fely. in d. c. sicut allegantes ita etiam tenere Sanctum Thomam. secunda secunda. quæst. x. articulo ultimo, & alios Theologos, adeo quòd ista opinio est communior, & tanquam uerior amplectenda prout dicit Calderi. d. consi. iiii. Voluntarium enim militem sibi elegit Christus xv. quæst. i. non est, & hanc partem communiorem dicit Parisi. consi. ii. colum. iiii. & v. volum. iiii. & Felyn. in d. c. sicut. Subdens quòd si contrarium fieret de facto, talis infans, & paruulus deberet educari inter Iudæos secundum Calderinum, quia inuitis parentibus detineri non posset, & eis competeret remedium l. i. ff. de libe. homi. exhi. Dum tamen pater idoneam cautionem præstaret deponendo illum in libertate, & de ipsum maturæ ætatis effectum, præsentando, & quòd cum educabitur, non detestabitur sibi fidem, alias patri non esse restituendum, quod est no. Circa quam tamen restitutionem ego uidi contrarium seruari, ut scilicet postquam sunt paruuli baptizati non restituantur parentibus Iudæis, & quòd minime fieri debeat talis restitutio Iudæorum paruulorum baptizatorum tenet expresse Affli. deci. præallegata colum. fin. & se fuisse in casu tunc contingenti illius uoti, ut non fieret restitutio paruuli Iudæi baptizati patri suo propter fauorem fidei Christianæ, ne dictus paruulus morando cum patre Iudæo incidere in hæresim, & dicit quòd in eodem uoto multi Theologi & Doct. Iuris canonici fuerunt, & quòd ita executum fuit, cuius opinio confirmari potest per text. in c. sæpe. xxviii. quæst. i. ubi Iudæis ad fidem conuersis prohibetur conuersatio cum aliis Iudæis, & tanto magis in filiis & paruulis cum parentibus, de quibus etiam, & an quis possit inuitus cogi ad officium vel dignitatem ui. Lucam de Pen. in l. si ad magistratum col. iiii. C. de Decurio lib. x.

7 † Et quod dictum est de uolentia ut quis per vim non possit cogi ad baptismum, intelligendum est de coactione præcisa, ut quando quis ligatus manibus & pedibus deductus esset ad baptismum, & reclamans immergeretur uolenter, tunc enim non recipit caracterem ut per glo. in c. contra Christianos, in uerbo absoluti. de hæresi. in vi. alias compulsus per vim conditionatam recipit caracterem ut no. in c. maiores de baptif. unde baptizatus in infantili ætate sub fide parentis carnalis, vel spiritualis postquam uenit ad pu-

Augusti.
Euge. se-
cundum
Matthæi
Serm. 6.

bertatem, non potest contradicere, vt not. in c. quinto de diuorti. & de consecrati. distinct. iiii. c. quæris. & c. paruuli. & per Cardin. in d. c. maiores. §. ita quæritur, & in baptismo coacta voluntas conditionata, voluntas est. xv. quæst. i. merito, quia nec impedit sacramentum ordinis ut per Goffre. in sum. in tit. de baptif. colum. fin. circa princip. versic. Item quæritur, licet matrimonium contractum per vim conditionatam non teneat, quia in eo requiritur voluntas absoluta, vt in c. cum locum. de sponsa. & per Abba. in d. §. item quæritur. & eo modo baptizatus coacte recipit caracterem, vt supra, & per Hostien. in sum. in tit. de baptif. §. quæ sit eius forma. versic. si qui baptizantur inuiti, & de coactione declarat Domini. in c. de

8 Iudæis. 45. distinct. † vbi dicit quod quædam est coactio, quæ fit per violentiam illatam personæ, vel per oblationem rerum suarum, & illa est prohibita vt ibi. Quædam est coactio, quæ fit per impositionem collectarum, vt quia imponuntur in infidelibus collectæ vel aliæ pensiones, vt per hoc inducantur ad fidem, & ista est permissa, & per Abba. in d. §. item quæritur, & per glo. & Præposi. in d. c. de Iudæis. An autem serui Iudæorum possint eis inuitis baptizari, & ordinari. vi. in cap. generalis. §. hoc tunc. distinctio. 54. vbi late per Ioan. de Turre Crem.

9 † Quid autem si per vim præcisam baptizatur, per longum temporis spacium non reclamauit, & tacitus permansit, & per actus aliquos baptismum approbavit, & coactionem, tunc dicendum est, quod proculdubio caracterem receperit, cum talis coactio per actus subsequentes censetur purgata, ut tradit Henri. Boich. in c. maiores. versic. propter quod. de baptif. quem refert, & sequitur consulendo Parisi. consi. ii. & si esse Iudæum. col. iii. versic. verum si post dictam &c. col. iii. vol. iiii. Quæ dicit procedere nisi perpetuo durasset eadem causa coactionis præcisæ, & vi. Goffre. in sum. in tit. de eta. quali. & ordina. profici. col. iiii. & seq.

10 † Est tamen vnus casus singularis in quo pater, uel mater Iudæa ad fidem conuersa potest petere communem sobolem, & inuito patre uel altero parente, perducere ad baptismum, in c. ex literis & ibi D. Abbas colum. ii. in fin. de conuersi. infide. & text. not. xxviii. quæst. i. c. Iudæi. vbi quando alter infidelium coniugum uenit ad fidem, altero remanente infideli, communis proles assignatur conuerso. Decretum etiam fuit in concilio Toletano iii. Can. 14. natum ex Iudæo & Christiana inuitum esse baptizandum.

11 † Item Iudæus non est ita indistincte admittendus ad baptismum.

nam primo debet restituere ea, quæ extorsit illicite, & per usurarium prauitatem, ut in c. Iudæi. & ibi glo. de consecrati. distinct. iiii. non tamen tenetur relinquere alia licita quæ sita, sicut multi simplices credunt ut per Abb. in c. debitum. colum. ii. versic. hinc quæritur de baptif. & not. in c. Iudæi. el secundo de Iudæ. vbi gl. in verbo. à possessionibus, nam Iudæi ad fidem versi retinent bona secundum Docto. ibi. & per Abb. in c. secundo colum. fin. de conuersi. in fide, mutant enim statum in melius & habent Dominium rerum suarum, & etiam existentes iudæi licita habent rerum Dominia, dum modo iuste acquisita vt per Alex. consi. 87. par. iiii. not. Innoc. in c. super his de voto, & Abb. in d. c. iudæi in secundo no. & in d. c. debitum. colum. ii. in fin. nisi aliter sit statutum per Dominos locorum vbi degunt, & not. quod talis restitutio aut spectat ad sacerdotem qui audiuit confessionem eitis qui tenebatur restituere, vt voluit Archidia. in c. ii. de test. in vi. & in c. sanè xiiii. quæst. v. & Paulum de Leaza. in clemen. dudum extra de sepul. Ioan. Andr. in c. cum sit. de Iudæ. aut ad episcopum loci, vbi extorsit ablata ut per Hostien. in d. c. cum sit, & in c. cum tu. de vsur. & in sum. eod. tit. & in sum. de pœni. §. cui confitendum. versic. tu dic. & in §. forma. versic. sed vbi Bal. in c. i. §. furtum. de pace iur. fir. idem Bald. in l. post desertionem. C. de fur. Et quod dictum est Iudæos teneri restituere post baptismum ea quæ ex vsuris acquisiuerunt, id extenditur etiam ad res furtiuas, vel immobiles violentas, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum d. c. cum tu. de vsur. c. si res aliena. 14. quæst. vi. nam licet per baptismum omnia peccata deleantur, & operetur remissionem pœnæ respectu læsionis Dei, ut infra latius dicetur in quinto capite, tamen non tolluntur vitia personalia, & personæ inhærentia, & subinde non tollitur peccatum, in quod incurrunt non satisfaciendo homini per restitutionem male ablatorum, d. c. si res aliena, & in furto, per Ruinum. consi. xiii. casus de quo quæritur. col. i. vol. v. & olim Apóstoli non admittebant ad baptismum grauibus criminibus obnoxios secundum Augustinum.

12 † Et sicut possunt retinere bonâ licite quæ sita, vt dictum est ita etiam non perdunt agnationem post conuersionem ad fidem unde debent succedere suis parentibus, & attinentibus, sicut primo cum non debeant esse deterioris conditionis conuersi ad fidem quam erant in Iudaismo, vt per Docto. in d. c. iudæi. el ii. de Iudæ. vbi Abb. in ii. not. sicut transiens ad religionem non excluditur à successione, & hæreditate paterna vel materna, agnatorum, vel

vid. Her. mē. Lethmaticum. lib. ii. c. 12 In restaura- s; religio.


cognatorum: l. Deo nobis. cum ibi not. C. de episcopis & cleri.

- 13 † Et nota quod iudæus uel infidelis suscipiens baptismum in aliqua ciuitate, efficitur ciuis illius ciuitatis, sicut quis efficitur ciuis ex causa originis, cum generatio naturalis, & regeneratio spiritalis æquiparentur. c. debitum, cum conecor. extra de baptif. vt tradit Lucas de Pen. in l. ciues colum. ii. in fine, uerfi. Nam præter causam. C. de incolis & ubi quis domicil. libro. x.

S V M M A R I V M .

- 1 Pœnitere an possit iudæum qui postulauit baptismum, & an sit cogendus ad illum suscipiendum.
- 2 Baptizare se ipsum an possit iudæus in necessitatis articulo.
- 3 Vnus quando possit duorum officio fungi.
- 4 Baptizatus à sacerdote sine responsali iudæus, an possit dici baptizatus.
- 5 Infidelis quilibet & etiam hæreticus tempore necessitatis potest baptizare.
- 6 Infidelis non potest esse patrimus in baptismo uel chrismate.
- 7 iudæus qui uoluit baptizari, & fuit impeditus intelligitur baptizatus baptismo flammis.
- 8 Infidelis habens intentionem factam, & simulatam de se baptizando, si tamē sit baptizatus, censeri debet Christianus, & cogi ut fidem seruet, & quid si contrahat matrimonium cum fidei.
- 9 iudæus non potest constituere procuratorem ad respondendum in baptismo, ut sit in paruulis.

C A P V T T E R T I V M .

- 1  Vid † dicendum, si iudæus uel infidelis postulauit baptismum & peruenit ad actum. iuxta tex. in c. debitum. extra de baptif. & antequam sit baptizatus ipsum pœnitet, & non uult amplius baptizari an possit pœnitere, uel cogendus sit ad baptismum in quo Fely. in c. fin. colum. fin. uerfic. ultimo uide. de iudæ. uidetur innuere quod sit cogendus ex illis uerbis text. ibi. ne uideatur illusio & c. Licet loquatur de iudæo baptizato per fictionem, ut compellatur ad obseruantiam fidei, allegando Cardi. in clem. i. in primo no. de renunti. & Hostien. in d. c. debitum, qui arguendo ad partes in quæstione de qua supra concludit talem esse cogendum in fauorem fidei, ut fidem seruet, & baptismum recipiat, nam quando quæ bona uoluntas pro facto reputatur

tatur c. ii. & c. iii. de voto, & etiam Papa Illud non debet ex quo postulatio est ei representata c. bonæ. el secundo. §. nec nocebat cum concordan. de postula. prælato. & arg. c. ii. in fin. de conuersi infide. & quæ ibi no. & c. maiores. §. propter quod in fi. de baptif. & de renun. c. fin. & quia pati non debemus quod iudæi aliquid faciunt, quod fidei nostræ confusionem inducat, uel quod uerti possit in contumeliam, uel derisionem creatoris c. & si iudæos. de iudæ. Sicut & is qui uotum religionis emisit, uel etiam propositum intrandi habuerit, cogitur religionem intrare c. consuluit. cum ibi. no. de regula, & faciunt not. in l. illud. C. de sacrosan. ecclesi. Et sic iste erit alius casus specialis, in quo quis cogi poterit ad baptismum, licet regulariter secus ut dictum est in præcedenti capitulo, nam hic processum fuit ad actum, regula autem locum habet, quando ad nullum actum processum fuit, quo casu cessant rationes modo supra allegatæ.

- 2 † Quid autem si iudæus non pœnitens ut in quæstione præcedenti sed perseuerans in proposito se baptizandi, & sit constitutus in necessitatis articulo, ut potè non habens alium, qui ipsum baptizare uelit, se ipsum in aquam immerfit, dicendo. Ego me baptizo in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Talis receperit sacramentum baptismi, & dicendum est qd, non, ut est tex. in c. debitum. de baptif. cum debeat esse discretio inter baptizantem, & baptizatum, nec aliquis debet oriri à semetipso xxiiii. q. o. i. c. didicimus. & facit xxxv. q. i. c. i. & per Ancha. consil. 195. incip. secundum ea quæ proposita sunt Soci. consil. 87. in præfenti. col. ii. vol. i. sicut & alius emptor, & alius venditor, & aliud res vendita, & aliud precium. ff. de rerum permuta. l. i. in prin. nec potest quis sustinere vicem duorum, hoc casu, † licet alias sic, ut no. in l. si consul. ff. de adop. & in c. ex literis. de probati. & in c. i. §. vna uera est de sum. trini. per Abb. in c. cum olim. col. i. de re iudi. & ibi per Fely. copiose, & per Albe. in prima parte. Statu. q. 162. Bal. in l. si ad scribatum. C. de appella. & in c. fin. de instit. Soci. d. consil. 87. col. iii. vol. i.
- 4 † Et facit ad prædicta qd iudæus non imminente necessitate baptizatus à sacerdote sine responsali non potest dici baptizatus, cum pro se ipso respondere non potuerit, nec sacerdos baptizans possit aut potuerit respondere pro eo, quia sicut in ista sacramentali generatiōe alius debet esse, qui spiritualiter generatur, & alius, qui spiritualiter generat, ita & alius debet esse qui pro baptizato respondeat, & alius qui baptizat i. quæstio. pri. Spiritus sanctus,

& habetur per Anchar. d. consil. cxcv.

Quia vidimus an Iudæus vel alius infidelis possit se ipsum baptizare, videamus modo, an licet semetipsum baptizare non possit. Valeat tamen tempore necessitatis alium baptizare circa quod Augustinus in secundo libro cōtra Epistolam Parmeniani, mouet quæstionem, an qui non fuit baptizatus, possit alii dare baptismū, & indeterminatum reliquit, cum nullus dare possit quod non habet, Deinde, qui est extra ecclesiam, non potest esse minister sacramenti Ecclesiæ, vnde sensit quæstionem hanc pertinere ad auctoritatem concilii sacri, nec voluit aliquid proprio iudicio affirmare, quod tamen postea decisum fuit † videlicet q̄ Paganus, vel Iudæus tempore necessitatis possit baptizare, sicut & quilibet laycus per tex. in c. à quodam Iudæo. de consecrati. distinct. iiii. & ita communiter tenent cano. in c. quanto extra de consuetu. dummodo baptismus in forma ecclesiæ, & rite detur per text. in c. Romanus Pontifex. ea distinct. vbi ita dicit tex. Romanus Pontifex non hominem iudicat, sed spiritum Dei sumministrare gratiam baptismi licet Paganus sit qui baptizat. & sic non attēditur an sit habilis minister, cum censeatur habilis ex quo necessitas uiget, quo tempore necessitatis quilibet Laycus baptizat clemen. i. de baptif. 30. q. i. ad limina i. q. i. quod quidam, hæreticus etiam tēpore necessitatis baptizare pōt 24. q. i. si quē forte & i. q. i. vilissimus, & c. dñs, & 32. distin. c. p̄ter hoc. §. ad hoc vero. & de sum. tri. c. i. in fi. & p̄ Imo. i. d. cle. i. circa fin. vers. sed circa hoc quærit, & in articulo mortis etiā fœmina c. mulier. de consecra. distin. iiii. & 30. q. iiii. super his, & op̄nionem, de qua supra de infideli baptizante, tenet Sanctus Thom. in iiii. senten. distinctio. vi. ad secundam quæst. vbi dicit, quod quicumque infidelis, debitam formam seruet, & intentionem baptizandi habeat verum sacramentum ministrat, quia baptismus non habet efficaciam ex merito baptizantis, sed ex merito CHRISTI, quod operatur in baptizato per fidem propriam in adultis, vel per fidem ecclesiæ in pueris, & ponit exemplum, nam sicut Iacob genuit filios per liberas, & ancillas, sic Christus per bonos, & malos regenerat, nam infidelis licet non sit membrum ecclesiæ, tradit unde regenerat filios Christi, & ecclesiæ, & non sibi & cum baptismus realiter contineat virtutem, & merita passionis Christi, ideo (vt dictum est) potest in casu necessitatis conferri, absque fide ministri, & sic siue sit Iudæus, hæreticus, vel scismaticus potest baptizare, secundum etiam Isidorum, & hoc patet de Athanasio, de quo ha-

betur lib. x. ecclesiasticæ historiæ, quod cum Alexander Episcopus Alexandrinus rediret de ecclesia domum, cum clero suo, vidit ludum puerorum quorundam, qui erant filii paganorum, & gentilium, qui in illo ludo volentes Christianos imitari, constituerunt inter se Athanasium puerum annorum x. In Episcopum, qui quidem Athanasius non baptizatus, baptizauit omnes illos pueros in forma ecclesiæ, quod inspiciens Episcopus Alexander cum clero, vocauit ad se oēs illos pueros, petēs, quid sibi vellet ille ludus, & omnia ipsi pueri enarrauerūt Episcopo, qualiter Athanasius fictus & simulatus Episcopus, eos omnes baptizauerat, sub tali forma, tunc Episcopus informatus diligenter de misterio. determinauit simul cum clero, quod omnes illi pueri eo modo baptizati essent veri Christiani, et non erant iterum baptizandi, postquam in forma ecclesiæ erant baptizati, licet ab ipso puero non baptizato, & tunc episcopus baptizauit etiam Athanasium, qui non receperat baptismum, & enutriuit ipsum in fide, & scientia, & doctrina catholica, qui postea fuit eximius doctor, & Episcopus Alexandrinus, successor sui magistri, ex quo patet quanti momenti sit seruare formam in baptismo, & aliter quis non possēt dici baptizatus, ut dictum est, & legitur de Deuterio Episcopo Arianorum, qui baptizans Bizantii quendam virum nomine Barban, cum contra regulam fidei (minorem scilicet patrem, filium, sanctumque spiritum asserere cupiens) baptizaturus dixisset baptizo te barbas in nomine patris per filium in spiritu sancto, statim aqua, quæ ad baptizandum fuerat allata, nunquam comparuit, quod aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad catholicam ecclesiam fugiens, iuxta morem fidei baptismum Christi suscepit, & omnibus notum fuit miraculum.

Aduertendum tamen est, quod licet Iudæus, vel infidelis possit baptizare in casu necessitatis, † non tamen potest esse patrimus, alicuius in baptismo, nec in chrismate. c. in baptismo de consecrati. distinct. iiii. & per Ioan. Andr. in mercurialibus in c. ex eo de reg. iur. in vi. vbi dicit, quod fuit quæstio disputata per Dominum Palmerium de hæretico. & per Marti. Lauden. in tracta. de principibus vers. 226. & hoc ideo est, quia patrimus tenetur instruere filium in simbolo & aliis, quæ minime cadunt in infideli c. vos ante omnia. ea. distin. & 37. distin. relatum. & q̄ cum Iudæo non contrahatur spiritualis cognatio, vide etiam Ioan. And. in eius quæstionibus, in quæstione incipiente baptizauit & c.

Sed cum hæretico contrahitur spiritualis cognatio, & hæreticus baptizans est vere pater spiritualis, & idem in hæretico leuante, quia per sacramentum baptismi, quod habet, nec illud perdit per hæresim de consecra. distin. iiii. ostenditur & c. nullus & de diuor. c. quanto, & est quo ad habitum de corpore ecclesiæ, ligatur etiam constitutionibus, & sic spiritualement cognationem contrahit, non sic in pagano, vel Iudæo, vt per Ioan. Andr. in d. c. ex eo. nam sicut carnaliter quis nascitur ex patre & matre, sic spiritualiter, ex Deo, & ecclesia matre, conferens autem sacramentum gerit vicem, Typum, & personam Dei i. quæst. i. sicut Christus c. intra catholicam, de consecra. ea distin. à quodam, & seq. Suscipiens autem & leuans gerit personam, & Typum ecclesiæ de scruti. c. i. ex quo colligitur ratio, quare non baptizatus baptizat, sed in baptismo non leuat; quia non baptizatus non est creatura Dei, cuius Typum gerit baptizans, vt dictum est, non tamen est membrum ecclesiæ, cuius Typum gerit leuans, utroque tamen casu, quia expers est spiritualis vite, in quam primum homo per baptismum renascitur, nullam spiritualement cognationem, cum illius capax non sit, contrahere potest; ut per Ioan. Andr. vbi supra col. iii.

7 † Quid autem si Iudæus voluit baptizari, & per ipsum non defuit, quominus requisierit baptismum, fuit tamen impeditus vt non fuerit baptizatus an habeatur pro baptizato, & dicendum est, quod sic, nam infidelis volens baptizari, baptizatus est baptismi flaminis, & moriens volat ad patriam, de consecra. distin. iiii. c. baptismi vicem, quod intellige secundum quod dixi supra in primo capitulo huius tertie. par. prin. nu. 37. & ita vt supra specialiter tenet Cardi. in clem. ii. §. i. in fi. versi. sed dicit Math.

8 Sed quid in casu contrario videlicet, † si sarracenus, vel infidelis, non veram sed simulatam habens baptismi intentionem, baptizatus fuerit an censeri debeat Christianus, & compelli possit vt fidem seruet? In quo dicendum est quod sic c. sicut ficti. i. quæst. i. c. quamuis de consecra. distin. iiii. & facit quæ tradit Augusti. Berous. in tract. questionum familia. quæst. ii. vbi decidit pulchrum casum, de sarraceno, qui simulate baptismum recepit, vt Christianam iuuenem deciperet, & ille se matrimonio coniungeret; qui reuersus est ad infidelium regiones, vt scilicet baptizatus dici debeat, & in fide Christi permanere, possit cogi, & quod mulier illa, nisi morte viri secuta nubere possit alteri, & licet D. Abb. in c. fin. ante fin. de baptif. secutus Inno. in c. i. eo. tit. videatur tenere, quod requiratur intentio

intentio tam baptizantis, quam baptizati, vt sacramentum consecrat baptismi, tamen secundum D. Augustin. vbi supra hoc intelligitur quo ad Deum, & forum conscientie, sed non quo ad ecclesiam, eiusque forum.

9 Et nota ad præmissa † quod in baptismo infidelium non possit Iudæus, vel alius infidelis constituere procuratorem ad respondendum in baptismate pro eo sicut fit in paruulis tex. est in c. cum paruulis de consecra. distin. iiii. quem singularem dicit Roma. singu. 54. incip. & in eadem cæna.

S V M M A R I V M .

- 1 Filius Iudæi potest petere Alimenta à Patre Iudæo, postquam est effectus Christianus.
- 2 Filia Iudæi baptizata potest petere se dotari à patre Iudæo uel aliter infideli, qui etiam tenetur filio donationem propter nuptias constituere.
- 3 Mater hebræa uel hæretica etiam quæ non esset eius officium dotare filiam Orthodoxam, ipsam tamen dotare tenetur.
- 4 Dispositio auct. Res. quæ. C. commu. delega. habet locum etiam in Iudæis.
- 5 Filius Iudæi baptizatus tenetur alere patrem Iudæum.
- 6 Filius non tenetur sequi patrem Infidelem, nec uxor uirum.
- 7 Filius an teneatur potius Patri Infideli, quam extraneo fideli.
- 8 Filius Iudæi per baptismum liberatur à patria potestate.
- 9 Iudæi non dicuntur habere filios in potestate secundum unam opinionem.
- 10 Iudæi dicuntur habere filios in potestate secundum communem opinionem.
- 11 Seruitutis species plures remissive.
- 12 Filij Iudæorum baptizati dicuntur in potestate parentum in respicientibus eorum commodum, secus alias, si incommodum paterentur.
- 13 Baptismus quare non liberet hominem à miserijs corporalibus, & non efficiantur immortales & impassibiles.

C A P V T Q V A R T V M .

1 **I** Ostquam filius Iudæi est baptizatus † Pater Iudæus non eximitur ab obligatione præstandi alimenta ipsi filio baptizato. l. cognouimus. C. de hæreti. & Saly. Ibi in notabilibus dicit, No. contra Iudæum, qui non uult alimentare filium Christianum, & per Bal. & Saly. in l. mater. C. de iure doti.

2 † Similiter etiam pater Iudæus, vel alterius sectæ tenetur dotare filiam orthodoxam & filio dona. propter nup. constituere d. l. com-

gnouimus. & no. per glo. Bal. & Saly. in d.l. mat. er. & Ioan. de Ana in c. Iudæi. el. ii. colū. ii. de iudæ. & Ang. in §. fuerat in sti. de acti. vbi etiam d. Ias. col. 28. versi. Aduerte tamen q. si filius, vbi vterq. ipsoru doctorum dicunt tunc hoc habuisse de facto, & multum esse notandum, & per Campegi. in tracta. de dote. In prima parte. q. 47. incip. an Iudæus, vbi etiam de legitima, an pater teneatur ei relinquere legitimam, & tenet q. non tam de dote, quam de legitima in bonis quaesitis ex vsuris, & Dominus Iason, vbi supra addit glo. in d.l. mater amplius nolente videlicet quod licet mater non cogatur dotare filiam vt est ibi text. (Nisi mater esset diues, & pater inops qui non haberet vnde filiam dotaret, vt per Bar. & Bald. in auct. res qua. C. commu. delega. Bal. in d.l. mater. Ang. in l. a filia. ff. ad Trebell. Roma. in l. i. ff. soluto matri.) † tamen dicit illa glo. not. quod si mater esset haeretica, & filia Christiana teneretur eam dotare, quamuis aliter non esset eius officium & dicit D. Ias. quod idem voluit Bal. in d.l. mater. in matre Iudæa, & Ang. in auct. res qua. C. commu. delega. vbi loquitur. in matre haeretica & iudæa.

Adde etiam in materia dotis constituenda id quod tenet notabiliter Bald. in d. aucten. res qua. in fi. † Vbi concludit quod dicta auct. habet locum etiam in iudæis, si pater & filii sint Iudæi & subinde quod si legitima non sufficit, secundum terminos illius auct. possit fideicommissum minui pro dote constituenda, multo ergo magis hoc dicendum est, si filius, uel filia sit effecta Christiana, sed non est mirum, cum Iudæi regulariter ligentur iure communi, & etiam inter ipsos seruandum est ius commune Romanorum l. Iudæi la prima. C. de iudæ. & dixi late supra in secunda parte princip. cap. i. cum sequen.

† Pari modo filius Iudæi baptizatus tenetur alere patrem Iudæū, indigentem si potest glo. i. c. si qui. xxx. distin. nam & filius non debet subtrahere parentibus necessaria etiam pro diuino cultu augmentando, quantum enim ad beneficia sustentationis, filii non debent deserere parentes etiam infideles, vt per Gemi. ibi respondet ad c. gaudemus de Diuorti. † vbi filius non tenetur sequi patrem infidelem, sicut nec vxor virum infidelem, dicit enim quod prohibentur filii sequi parentes infideles, quantum ad ipsam infidelitatem, & quo ad habitationem, & diuinum cultum, secus autē quo ad beneficia sustentationis, & per Ioan. de Ana. in c. iudæi. el secundo col. ii. versi. vtrum de iudæ.

† Quid autem si pater meus, est infidelis, & eget cum extraneo

fideli, cui potius eorum subuenire debeam circa uestitum, & glo. in c. si qui. xxx. distin. & in c. non satis. 86. distin. dicit nebulosam, & tenebrosam aquam in nebulis aeris, concludit tamen quod patrem, qualiscunque sit praeponeere debemus, extraneo etiam sancto; in his qua spectant ad opus misericordiae in prouidendo ei in necessariis, nisi alter magis indigeat, nam tunc tenemur magis extraneo prouidere lxxxvi. distin. pasca, sed Specu. in tit. qui filii sint legitimi colum. iiii. versicu. quid si pater, videtur tenere quod si pater est infidelis & equaliter eget cum extraneo fideli, extraneus fidelis sit praferendus, nam talis pater potius necandus est quam alendus. xxiii. quaest. viii. legi. Hostien. tamen in sum. de tempori. ordina. §. & cui colum. v. versicu. septima regula ibi. quid si pater naturalis, tenet patrem esse praferendum, cum exhibitio nutrimenti sit de iure naturali primæuo, communi etiam omnibus animalibus, & quia si pater malus sit, magis ei videtur subueniendum, quia si moriatur periculum animæ imminet, si viuet, sperandum est de misericordia Dei, qui non vult mortem peccatoris, & qui non venit iustos quaerere, sed reuocare peccatores ad pœnitentiam, & hanc opi. tenet Rai. & Goffre. in sum. eo tit. de tempori. ordina. col. x. versic. sed pone quod pater tuus infidelis.

Vidimus aliqua de filiis Iudæorum baptizatis quomodo se habere debeant circa parentes infideles, & qua ab ipsis consequi possunt † sciendum modo est, quod ipsi infidelium, & iudæorum filii, per baptismum liberantur à patria potestate, vt est text. iuncta gl. in c. Iudæorum. xxviii. quaest. i. & not. per Docto. in c. ii. de cōuersi. infi. quia non est conueniens quod iudæus habeat filium Christianum in sua potestate, cum etiam seruum Christianum habere non possit, c. i. & ii. c. consuluit. c. si. de Iudæ. l. vnica. C. ne mancip. Christiana. & quod filii Iudæorum per baptismum liberentur à patria potestate not. etiam in c. Iudæi. el secundo maxime per Fely. ibi col. fin. eo. ti. & per moder. in l. Deo nobis. §. his ita. C. de episcopis & cleri. & Ias. in l. moribus. col. vi. versicu. similiter filii Iudæorum, & per Alexan. consi. 71. ponderatis verbis colum. ii. vol. secundo. nam & per baptismum quis efficitur nouus homo. c. i. 26. distin. & sicut dignitas exiit filium à potestate paterna aucten. sed dignitas. C. de epif. & cleri. Ita in Iudæo dicendum est, cum ad fidem conuertitur & transit de terrenis ad celestia, & potitur dignitate sacerdotali, & diademate regni c. post baptismum. de consecra. dist. iiii.

Videndum est etiam an iudæi dicantur habere filios in potesta-

9 te † vel non, & pro parte negatiua facit, quia licet contrahatur inter eos verum matrimonium, & indissolubile. C. de infidelibus extra de consangu. & affi. glo. & Doct. in c. quanto de Diuort. illi tamen dicuntur habere in potestate filios, qui contrahunt iustas nuptias, item qui in potestate. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iu. Sed matrimonium Iudæorum non videtur tale cum declinat a ritibus Christianis c. gaudemus. eo. ti. de diuort. Item quia Iudæi sunt serui, Gene. xix. Maledictus pater Canaan seruus sit fratrum suorum & xxiii. quæst. viii. dispar. Vnde patres eorum non debent dici habere filios in potestate, cum ipsi sint serui, vt in c. patres. 32. quæsti. iii. & per Archidia. in c. qui sincera. xlv. distinct. vbi eo respectu tenet paruulos Iudæorum posse eripi de manibus parentum, vt baptizentur per principes, quorum ditioni subsunt, de quo tamen ultimo dixi supra cap. ii. huius iii. par. princ. nu. 6.

10 † Contrariam opinionem scilicet, quod immo filii Iudæorum sint in potestate parentum, tenent communiter Docto. & hæc est verior opin. vt no. in c. ii. de conuersi. infide. vt per D. Abb. in c. fin. eo. tit. Cardi. in clem. i. in fine comment. de iudi. hoc idem tenet Bald. in d. l. item qui in potestate, & Alexand. in l. apud Iulianum, alias l. cum seruus. §. constat de leg. primo & in l. multum interest. ff. de verbor. obliga. Felyn. in c. Iudæi. el. secundo de Iudæ. colum. Deci. in c. consuluit. in secundo not. de appellatio. Alexand. consil. 99. nume. 6. volu. vi. & consil. xiii. nume. 11. vol. vii. vbi dicit hanc esse magis communem, & in consil. lxxi. colum. ii. versicu. ita etiam Iudæi serui, quia non loquuntur de illa seruitute, propter quam quis amitteret pœnitentiam libertatem, nam & vxoratus dicitur esse in seruitute. l. ii. ff. de libe. hom. exhi. & tñ cui dubium quod retinet filios in potestate, vnde videmus quod Iudæi non detinentur in seruitute, nec uenduntur, ut reliqui serui, & ista species seruitutis est induta à iure canonico, vt per Hostien. in c. Iudæi. in fin. de testi. vbi etiam per Abba. in tertio no. † Et de diuersis generibus seruitutis ui. per Ioan. de Anania in c. item quorundam. col. ii. de Iudæ. & per Domini. in c. ius gentium. colum. ii. versic. glo. secunda opponit. i. distinct. & late per Archiepisc. Florenti. in summa. parte tertia. tit. iii. capite sexto. Sed quo ad Iudæos ut habere dicantur filios in potestate, adde quod eandem opin. tenet Soci. in consil. 62. colum. iiii. versicu. secundo pro hac parte. volu. i. et dicit hanc esse magis communem, & consil. 70. in præsentì consultatione colum. i. versic.

tertio,

tertio, quia Iudæi. eo. uol. pro qua opi. videtur. text. in d. c. ii. in verbo cum autem filius in potestate patris, de conuersi. infide. quem ad hoc ponderat Ioan. de Anania. in c. & si Iudæos. colum. fin. in fin. de Iudæ. vbi etiam ipse tenet eandem opinio. Vnde remanet vera conclusio illa, quod filii Iudæorum vere dicantur esse sub potestate parentum.

12 † Et quod superius dictum est, Iudæos per baptismum liberari à nexu potestatis paternæ intelligendum est, sicut in Christianis, vt scilicet hoc habeat locum quando esset eis commodum, iuxta no. in auct. sed dignitas. C. de episc. & cleri. sed si hoc esset sibi inutile, & incommodum, tunc non deberent habere pro solutis à potestate patris, secundum ea quæ not. glo. communiter approbata in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de mino. & per Bar. in d. l. item qui in potestate. in fin. de his qui sunt sui vel alii. iu. & Bal. in l. si. §. necessitate. C. de bo. quæ. libe. & no. in c. fin. de iudi. lib. vi. & in c. per venerabilem. qui filii sint legi. vnde si extaret consuetudo, uel statutum ut puta quod morienti sine liberis in potestate, fiscus in certa portione succedat, tunc si moreretur Iudæus habens unicum filium factum Christianum, talis filius haberetur in potestate ad finem excludendi fiscum, cum ageretur isto casu de eius commodo, & ita limitat prædictam conclusionem. glo. in c. Iudæorum xxviii. quæst. i. & Felyn. in c. Iudæi. de Iudæ. nisi esset vtile filio Iudæi baptizato retinere patriam potestatem, & allegat Bal. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. & Paul. in l. quæ sub conditione. ff. de libe. & posth.

Liberantur ergo filii Iudæorum per baptismum à potestate patris, vt dictum est quo ad corpus, sed & à peccato quo ad animam, 13 & à nexu Diaboli, † non tamen liberantur illico à miseris corporalibus, & à pœnalitatibus in actu, secus tamen in habitu, & in merito, quia meremur resurgere ad gloriam in nouissimo die, & quæ sit causa, quod sicut per baptismum statim tollitur peccatum anime, & non tolluntur etiam istæ infirmitates corporales, & cur non efficiamur statim impassibiles, & immortales, ui. Augusti. in lib. de baptismo paruulorum, & in lib. xii. c. iiii. de ciuitate Dei, vbi plures assignat rationes, inter quas hæc connumeratur, quia si ablato peccato per baptismum, non relinqueretur nobis experimentum mortis, nec aliarum infirmitatum, tunc nulla esset pugna Martirii, nec virginum, nec aliorum iustorum, & per consequens nulla esset corona, quam nemo potest adipisci, nisi legitime certauerit, ad Timot. iiii.

- 1 Baptismus an liberet Iudæum à pœna criminum.
- 2 Iudæus suscipiens baptismum in fraudem pœnæ non liberatur à pœna delicti.
- 3 Laycus promotus ad clericatum, vel intrans religionem post delictum in fraudem, non liberatur à pœna criminis, & per Laycum iudicem punitur, & quando dicitur in fraudem fieri.
- 4 Laycus emittens uotum clericatus, si postea delinquat liberatur à pœna mortis, nec potest per secularem contra ipsum procedi.
- 5 Laycus intrans religionem post delictum antequam sit præoccupata iurisditio iudicis secularis an gaudeat privilegio, remissive.
- 6 Baptismus non liberat a restitutione male ablatorum, sicut nec religionis ingressus.
- 7 Baptismus habilem facit iudæum ad officia publica, & dignitates.
- 8 Emendatus præfertur illi, qui semper fuit bonus.
- 9 Seruus non efficitur liber per baptismum.
- 10 Christianus potest habere mancipium iudæum.



I Vdæus, vel infidelis à pluribus eximitur mediante sacramento baptismi, † sed an liberetur à pœnis delictorum, videndum est, in qua re plures, & maxime autoritatis viri tenuerunt, quòd Iudæus per baptismum euitet accusationem criminis per eum commissi, prout Calderi. D. Anto. & Felyn. in c. de his. extra de accusat. qui voluerunt quòd post baptismum, non possit puniri de delicto antea commisso. Sed communis opin. Docto. est in contrarium, quòd scilicet baptismus nò tollat, accusationem, & pœnam delicti, quod tenuerunt, Hoslien. D. Anto. & D. Abb. in c. gaudemus de Diuor. & idem Abb. & Maria. & Areti. in d. c. de his, vbi etiam Ioan. de Anan. qui dicit hanc esse communem opin. & idem tenet Cardin. Alexand. in c. deinde. xxvi. distinct. & Domini. xxv. distinct. primum. Iudæus enim delinquendo offendit Rempublicam, baptismus vero operatur remissionem peccatorum respectu læsionis Dei, tanquam unum ex sacramentis nouæ legis, continens in se pretium passionis Christi. Alias quisque fidelis de facili post delictum diceret se velle effici Christianus ad pœnam euitandam, vt dicit Abb. in d. c. gaudemus. colum. iii. ante fin. versic. in glo. fin. & per Deci. consi. i. 30. proponitur quòd quidam vol. i. vbi dicit etiam hanc esse communem opi.

& per Ruynum consi. xiii. casus de quo quæritur, col. fin. vol. v. vbi dicit etiam quòd esset in arbitrio iudicis eligere primam opinionem, licet hoc dicat sub dubio.

- 2 † Quæ cõclusio cõis indubitanter procederet in casibus quando subessent iudicia, quòd infidelis baptismum suscepisset in fraudem penę, potiusquam intuitu Dei, per text. & ibi not. in c. ad abolendam. de hæret. maxime per Dominum Abb. ibi colum. i. versicu. item nota singulariter, vbi quando hæreticus metu pœnæ reuertitur ad fidem, non est ei parcendum, quòd dicit esse notandum, & quando essent inditia, tunc non staretur iuramento iudæi de contrario, licet alias ea quæ consistunt in animo probentur per iuramentum, & quando esset accusatus, vel de crimine diffamatus, tunc etiam inditium fraudis, vt per Ruy. vbi supra per ea, quæ tradit Bart. post
- 3 Dynum in l. i. ff. de pœnis, dum concludit † quòd si quis in fraudem post delictum efficiatur clericus, quòd hoc sibi nò profit, & in fraudem istud dicitur factum & non aliter, quando prius fuerat accusatus, vel diffamatus de delicto, per l. fi. ff. de his, qui sibi mortem consciue. & quòd si Laycus commiserit delictum, & formata contra eum inquisitione vel secuta condemnatione efficiatur clericus, vel religiosus, quòd per talem fori mutationem non impediatur iudex secularis eum punire tenent Bar. & omnes in l. cum quædam puella. ff. de iuris. ora. iudi. & Bar. in d. l. i. colum. ii. versicu. iuxta prædicta quæro. ff. de pœnis, & Alexand. ibi in additi. ad Bart. censetur enim post accusationem, aut diffamationem, aut si fuisset in crimine deprehensus, id fecisse, in fraudem, vt per Dy. in l. Vlpianus. ff. de excusa. tuto. Possit tamen summus Pontifex remittere pœnas criminis, vt per Deci. consi. i. 37. vol. i. & etiam quilibet summus princeps, vt late per Parisi. consi. i. col. ii. vol. iiii.
- 4 Quòd tamen supra conclusum est † nisi quis fecisset votum clericatus, vel intrans religionem, antequam delictum committeret, nam tunc nullo modo posset per iudicem Laycum puniri, quasi votum trahatur retro, & concludit Ias. in d. l. cum quædam puella. colum. ii. versicu. limita. & c. & ita dicit tenere Bald. in l. i. C. an ser. ex fac. suo. Dicitque notabile, pro euadendo aliquem à pœna mortis, maxime quia staretur iuramento suo, an votum emisisset ante commissum delictum, vt ibi per eum, quòd tamen vltimum reprobat per Claudi. Seifel. ibi quòd iuramento delinquentis.
- 5 † Quid autem si Laycus commiserit delictum, & antequam citetur, vel aliter præoccupetur iurisditio iudicis secularis ingrediatur

religionem. vi. per Doct. in d. l. cum quædam, & in l. si quis postea. ff. de iudici. & per cano. in c. proposuisti de foro competen. & quomodo; & quando intelligatur promotio ad clericatum cum fraude vel sine, ubi per Maria. Soci. colum. xiiii. & seq. versicu. responde ex omnibus prædictis.

- Et sicut iudæus in casibus de quibus supra, quando in fraudem recurreret ad baptismum, non eximitur à pœna delicti † ita etiam per baptismum non liberatur à restitutione male ablatorum, & emendationem damni per alium passi, nec præiudicat iuri alteri quæsito, iam ante baptismum, ex eo enim tertius læditur, nec ius illi competens potest auferri secundum glo. cum qua omnes transeunt in c. gaudemus in verbo poterit obiicere, de diuort. sicut & per libertatem adeptam non tollitur delictum, ante commissum in alium. ff. de his qui no. in fa. l. Athletas. §. Pomponius, & l. penul. nam per baptismum peccata dimittuntur, non autem lex. xxvi. distinct. acutius, & c. deinde, & c. vna. vnde licet tollantur peccata, & defectus decurrentes ex peccatis, non tamen per baptismum tolluntur vitia personalia, & personæ inhærentia, & subinde non tollitur peccatum in quod incurrit, non satisfaciendo homini per restitutionem male ablatorum c. si res. xxiiii. quæst. vi. & per Ruy. d. confi. xiii. colum. i. per Ioan. de Ana. in c. iudæi el secundo de iudæ. & per Deci. d. cõsi. 130. vol. i. sicut si quis post delictum religionem ingrediatur, non propter hoc tertius cuius interest amittit actionem suam, immo ipsam contra monasterium possidentem bona delinquentis potest intentare, insti. de acquisi. per arrogati. §. si. per Hostien. in d. c. gaudemus in fi.
- 7 † An autem per baptismum iudæus fiat habilis, vt possit admitti ad publica officia, à quibus iura ipsos repellunt, ut habetur. in l. fi. C. de iudæ. & c. penul. eo. ti. liiii. distinct. c. nulla. c. constituit xvii. q. iiii. & videbatur quòd non. per tex. in d. c. constituit, sed contrariū est verius videlicet quòd iudæus per baptismum habilitetur ad officia publica, per tex. in c. eam te. de rescript. & ibi D. Abb. in ultimo no. Ibi enim patet quòd iudæus, effectus Christianus est capax beneficii ecclesiastici, & potest impetrare etiam in ecclesia cathedrali, nec est contemnendus, quia fuerit iudæus, sed commendandus, quia ad fidem conuersus, & si potest habere ecclesiastica beneficia, ergo, & sæcularia, idem tenet Iaso. in rub. ff. de iusti. & iure col. 1. in fi. pro quo allegat glo. in c. obeuntibus. §. fin. in glo. magna ad
- 8 fin. 63. distinct. † Quæ uult quòd emendatus præfertur illi qui semper

per fuit bonus, itē Abb. in c. at si clerici. §. de adulteriis col. fi. de iudic. circa finē, qui dicit quòd quis sublata macula, & peracta penitentia incipit esse nouus homo, c. ferrum. l. distinct. & de baptizato quod dicatur nouus homo est tex. in c. ii. xxvi. distinct. sicut de seruo manumisso, qui etiam dicitur homo nouus tex. in l. seruus legatus in fin. ff. de adimen. lega. Nam per aquam baptismi fit transitus de terrenis ad cœlestia, & de inquinamento ad sanctificationem, ut habetur de consecrati. distinct. iiii. per totum maxime autem in c. per aquam, & c. non potest, vnde si baptizatus est dignus donis cœlestibus, multo magis terrestribus, & vanis, non obstat text. in d. c. constituit, quia loquitur ille text. de illis Iudæis ad fidem conuersis, qui post conuersionem **CHRISTVM** blasphemant, & alia committunt, de quibus in c. plerique, de consecra. distinct. iiii. Qui intelliguntur perpetrare ritus Iudaicos, vt ibi dicitur, & ideo sunt indigni, honoribus, & dignitatibus de quibus etiam iudæis retinentibus reliquias ritus Iudaici, vt puta nomen quo existens Iudæus appellatur, & exercitium vsurarum, & cõuersionem cum Iudæis, ui. Crauet. confi. 73. col. iii. vol. i. item dictum c. cõstituit, habet plures intellectus, ut per Ioan. de Anan. in c. cum sit colum. penul. versic. ultimo quia tex. eo. ti. & licet ibidē cõtrariū teneat, videlicet quod text. in d. l. fin. C. de Iudæ. & in d. c. cum sit, habeat locum etiam in iudæo factō Christiano, siue de recenti, siue non, per d. c. cõstituit ubi etiam Archidiac. idem tenet & Roma. Sing. 672. Tamen Felyn. in d. c. cum sit, de ipsis admiratur, dicens quòd si talis non repellitur ab ordinibus, & beneficiis ecclesiasticis d. c. eam te. multo minus debet repellere à sæcularibus officiis, & ad c. constituit. respondet, vt per glo. ibi. videlicet, vt loquetur in nouiter conuersis, & in eis dicit non esse mirum per tex. in c. i. 48. distinct. & idem tenet Claudius Seifella. in rub. ff. de iusti. & iure colum. fin. in fin. per d. c. eam te. licet Neophiti. i. nuper baptizati. c. Neophiti. de consecr. distinct. v. prohibeantur ordinari ad sacros ordines maiores. c. quoniam. xlix. distinct. quia minoribus ordinibus non sunt prohibiti. vt ibi per Archidiac. & in c. quicumque 77. distinct. & per Domini. in c. sicut. ea. distin.

- Licet per baptismum quis efficiatur nouus homo, vt proxime dictum est per baptismum, † tamen non definit quis esse seruus, quia libertas non datur per baptismum, sed remanet adhuc seruus Christianus, quod est contra communem opinionem uulgarium, qui credunt quòd statim, quòd aliquis est baptizatus efficiatur li-

ber, ita Ange. in lvnica. C. ne Christiana. manci. & Ioan. de Ana. in c. i. de Iudæis. & Roma. confi. 288. in casu propositi, & non prohibetur Christianis habere Christianum seruum, & habetur in l. multū interest. ff. de verbo. obli. prohibetur enim Iudæis habere Christianum mancipium, ergo Christianis est concessum, & no. in c. consuluit el secundo de appella. & in c. i. c. multorum c. sicut. c. fin. de Iudæ. & per Archidia. & alios in c. mancipia. 54. distincti. Et quamuis Iudæus factus Christianus non desinat esse seruus, quia seruitus est introducta de iure diuino arg. 35. distincti. sexto. & per ius gētium, & iure canonico. confirmata. c. ecclesiarum. xii. quæst. ii. Vbi tamē de consuetudine non solent Christiani esse serui, pium esset consulere Dominis vt eos manumitterent, vel saltem pro pecunia mēdicata vel seruitio ad tempus præstato, secundum arbitrium boni viri redimeret se. xii. quæst. ii. cum redemptor. Si quis autem contrarium faceret, non peccaret.

70 † Licitum est autem Christianis habere mancipium Iudæum, ut no. in d. c. mancipia. & text. in c. & si Iudæos. de Iudæ. & in c. displicet. xxiii. quæst. iiii. Non tamen debet cum eo morari, ita quod eū habeat familiarem xxiiii. quæst. i. sæpe. & c. nullus. sed faciet seorsum habitare deputando eum ad custodiam porcorum, vel horticorum, & de hoc ui. S. Tho. in secunda secunda. quæst. x. arti. 9. Si tamen Domini periculum immineret ex communione talis serui, deberet eum a se abiicere, iuxta illud Math. v. si pes tuus & c. & si voluerit fieri Christianus, non potest Dominus prohibere, quia spiritus sancti vocatio vincula soluit. xix. quæst. ii. Duæ sunt. Ad præmissa adde. Iudæos possidere posse Christianum mancipium nisi Christiani illud oblato pretio Iudæis redimant, hoc dicitur in concilio Aurelian. iiii. Can. x. & concilio Aurelia. iiii. Can. xviii. Et in concilio matiseonensi Can. x. & in hoc, differentiam inter ius ciuile & canonicum statuit Prosdoci. de Comi. in tract. de differentia inter ius ci. & can. nume. 146. per tex. in c. i. & c. fi. de Iudæ.

S V M M A R I V M .

- 1 Iudæus ad fidem conuersus potest esse testis contra Christianum.
- 2 Iudæa ad fidem conuersa gaudet priuilegio tacitæ hypothecæ in dote.
- 3 Filius Iudæi ad fidem uersus, an possit petere sibi assignari legitima in bonis patris uiuentis.
- 4 Conuersio ad fidem abolet omnē ingratitudinē, quā conuersus in patrē cōmississet.

I Er ea quæ dicta sunt in præcedenti capitulo potest inferri † quod Iudæus conuersus ad fidem potest esse testis contra Christianum, qui ante conuersionem prohibetur. c. Iudæi. de testi. Specu. in titulo de teste colum. xviii. versic. item quod est Iudæus, licet Felyn. in d. c. Iudæi, contrarium sentiat, in Iudæo Neophito vel nouiter conuerso, vt non possit testificari contra Christianum per tex. in c. non potest. ii. quæst. vii. Sed tenendo contrarium potest responderi ad illum tex. quod ibi requiritur præuaticatio in fide vt reuellatur à testimonio nō autem, quod simpliciter sit de nouo ad fidem conuersus, & hoc dicitur expresse in d. tex. in princ. uidelicet quod non potest quis esse erga homines fidelis, & sic testificando, qui Deo extitit infidelis præuaticando in fide, intelliguntur enim tales qui præuaticantur Iudæizare. c. plerique de consecrati. distincti. iiii. & tanquam hæretici habentur c. contra Christianos in princip. in verbo redierint, & ibi glo. de hæreti. in vi. & tex. in c. Iudæis. 45. distincti. limita tamen hanc conclusionem non procedere quando nouiter cōuersus produceret in testem super facto quod euenerat tempore quo erat Iudæus. vt per Rom. Sing. 697. veniamus. Marsili. Sing. 107. & 273.

2 † Et similiter Iudæa ad fidem conuersa gaudet priuilegio tacitæ hypothecæ de quo in l. asiduis. C. qui potio. in pign. habeant. & prælationis vt per Hosti. in c. gaudemus. colum. ii. versic. sed est argumentum de Dinor. nam si Imperator potest dare hoc priuilegium, multo fortius Deus, argu. xxx. quæst. iiii. ita diligere. & Abb. in d. c. gaudemus colum. fin. idem tenet post alios ibi. dicens tamen rationem de qua supra parum concludere, quia non apparet quod per baptismum Deus uoluerit hoc concedere, ideo ipse pro hac opin. allegat tex. in auct. item priuilegium. C. de hæreti. ubi dicitur quod priuilegium dotium non competit his qui non participant de fide, ergo dicit ipse à contrario, omnibus participantibus competit, & satis est quod tempore quo uult uti priuilegio, sit in fide & sic qualitas illa fidei orthodoxe sit tempore vsus priuilegii, arg. l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. & ita communiter tenent Docto. in d. c. gaudemus & pro hoc facit, quod priuilegium de quo in d. l. asiduis. competit etiam Iudææ in bonis mariti vt dictum est parte. ii. cap. pri. nume. 9. ergo multo magis conuersæ ad fidem c. Iudæi. el ii. de Iudæ. licet quo ad Iudæam D. Ias. in §. fuerat. colum. xxiiii.

¶ Num. 113. dicat contrarium tenere Cy. & Nico. in l. i. ff. solut. ma-
tri. dicitque illud notandum bene ad limitationem d. §. fuerat. &
quod dictum est de Iudæa conuersa, idem dicendum est de hæreti-
ca, quæ abiuraret hæresim, & rediret ad fidem, quia recuperaret
dictum priuilegium, tacitæ hypothecæ in bonis mariti, quod per hæ-
resim amiserat d. auct. item priuilegium, ita limitat D. Abb. in d. c.
gaudemus circa fin. & D. Ant. & Negufanti. in tractat. de pig. & hi-
po. ii. par. iiii. membro. nu. 73.

- 3 † Quæro etiam an filius iudæi ad fidem conuersus possit petere
sibi assignari legitimam in bonis patris uiuentis, & quæstio est sa-
tis dubia, & pro parte negatiua facit quod iudæi utuntur iure com-
muni Romanorum, & secundum iura ciuilia sunt eorum causæ ter-
minandæ, prout latissime dixi supra in ii. parte princip. cap. i. cum
seq. sed eo iure secundum cõem opi. filius nõ potest petere legitimam
in uita patris l. Papinianus. §. quarta, & ibi not. ff. de inoffic. testa.
Bar. & alii. in l. is potest. ff. de acqui. hæredi. & in l. i. §. impuberi. ff.
de collati. bono. & in l. si. ff. de libe. agno. & cano. in c. Rainutius. de
testa. Item quia per baptismum non tollitur lex. xxvi. distinct. acu-
tius, & c. deinde, & consequenter nec ius quæsitum patri ut filius eo
uiuente possit petere sibi assignari legitima in bonis suis, sed pro
contraria parte facit text. in l. iudæi. el secundo extra de iudæ. in
verbo melioris conditionis ad fidem conuersos esse oporteat,
quàm antequam fidem susceperint, habebantur, per quem text.
& alia iura, & rationes hanc partem tenet Ioan. de Ana. in d. c. Iu-
dæi. columna secunda, versicul. nunquid autem filius. & text. ibi
simpliciter mandat conuersis ad fidem exhiberi ex integro portio-
nem hæreditatis, & bonorum suorum, nam ex quo simpliciter lo-
quitur, uidetur posse intelligi etiam in uita parentum, quia si con-
uersus ad fidem deberet expectare mortem parentum, non posset
dici ipsos filios conuersos, esse melioris conditionis quàm non cõ-
uersos, cuius contrarium uult ille tex. Felynus autem ibi nõ firmat
pedes, sed si quis uellet adherere primæ opinioni, posset responde-
re ad tex. in d. c. iudæi. ipsum retorquendo in contrarium, nam ibi
fit mentio de portione hæreditatis, quod uerbum hæreditas præ-
supponit mortem l. hæreditas. ff. de reg. iur. ubi dicitur hæreditatē
nihil aliud esse quàm successionem in ius uniuersam, quod defun-
ctus habuit tempore mortis, & hæreditas non dicitur uiuentis l. i.
cum glo. ibi in uerbo qui uiuit. ff. de hæredi. vel acti. uendi. Sed
tutior, & equior uidetur opi. quam tenet Ioã. de Ana. fauore Chri-
stiana

- 4 stianæ religionis, cuius causa plura conceduntur ut ibi per eum. † No-
tandum est etiam circa cõuersionem ad fidem, quod omnis ingra-
titudo, quam conuersus commisisset, erga parentes, aboletur per
conuersionem, ut per Hostien. & alios in d. c. Iudæi. pro quo Felyn.
ibi allegat text. in c. non licet. xix. quæst. vlti. argumento à fortio-
ri, ubi si filio Christiani per ingressum religiõis omnis ingratitude
aboletur, fortius iudæo conuerso, quia opus suum est valde dignius,
faciunt quæ no. per Docto. maxime per D. Iaf. in l. in arenam. C.
de inoffici. testa. de filio, & filia emendatis, & pœnitentiam agenti-
bus & quæ tradit Cæpeg. in tractatu de dote. q. 47. incip. an iudæus.

S V M M A R I V M .

- 1 Conuersus ad fidem an possit manere cum uxore infidelis.

C A P V T . S E P T I M V M .



- I T quia sæpe iudæi (& idem de aliis infidelibus potest cõ-
tingere) ueniunt ad fidem, vxoribus remanentibus in
Iudaismo, vel infidelitate uidendum est utrum coniunx
ad fidem conuersus possit manere cum vxore infideli,
I nolente conuerti, cum qua in infidelitate contraxit, † in quo dicẽ-
dum est quod conuersus ad fidem potest manere cum vxore infi-
deli, cum qua in infidelitate contraxit (nam inter infideles est ue-
rum matrimonium, licet non ita firmum, & ratum, & indissolubile,
sicut inter Christianos. C. de infidelibus, & consangu. & affi. c. quã
to. c. gaudemus, & ibi not. de Diuor.) & quod possit manere cum
ea, adducitur tex. in c. si quis gentilis. xxviii. quæst. i. & Paul. in Co-
rinthi. vii. ibi. si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consen-
tit habitare cum illo, non dimittat illam, & iste erit casus singula-
ris in quo poterit esse matrimonium inter Christianum, & infide-
lem, & hoc est ideo, quia matrimonium fuit ab initio inter ipsos
contractum, cum alias matrimonium inter Christianum, & infide-
lem non teneret, ut dixi supra in secunda par. cap. iiii. nume. 15. Sed
non tenebitur cum ea habitare, si non uult conuerti. xxviii. quæst. i.
si infidelis, siue sit gentilis siue Iudæa, & not. in d. c. quanto. & hoc
ideo est statutum modernis temporibus, quia in primitiua eccle-
sia tempore Apostolorum, passim conuertebantur ad fidem, iudæi,
& gentiles, & ideo uir fidelis tunc poterat habere probabilem spẽ
de conuersione infidelis, etiam si conuersionem non promitteret,

pro quo tempore dicit Apostolus. i. Corint. vii. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidem, & è conuerso, & pro illo tempore est intelligendum consilium Apostoli, de quo supra, postea autem procedente tempore, & modernis temporibus, iudæi, & gentiles, qui Iudaizare ceperunt, sunt facti magis obstinati, & corde obdurati, propterea uxor infidelis, nisi conuerti uelit, non permittitur viro conuerso cohabitare, siue sit Iudæa, siue gentilis, & sic concludendum est, quod si coniunx, qui remansit in infidelitate, non uult cohabitare fideli conuerso, uel uult habitare, non sine blasphemia diuini nominis, & iniuria creatoris, uel sine peccato, tunc matrimonium inter eos in infidelitate contractum, dissoluitur ut d. c. quanto. & ibi per Doct. unde uersus.

Desere spernentem, uel blasphemare uolentem,

Vel te credentem scelus ad mortale trahentem.

Nam sunt, absq; mora, sic uincula rupta priora,

Et his tribus casibus soluitur matrimonium, non per sententiam, sed ipso iure, scilicet, propter contumeliam creatoris, uel quia non uult cohabitare, uel cohabitans blasphematur, uel trahit ad mortale peccatum, & ideo fidelis debet ad hoc adhibere testes ut de secundo matrimonio dubitare non possit, ut per Hosti. & alios. in d. c. quanto. & per tex. in c. simili modo. & c. si infidelis. xxviii. quæst. i. & ex illo Apostoli. i. Corint. vii. Si infidelis discedit, discedat & c. Non enim seruituti subiectus est frater uel soror in eiusmodi, de quibus etiam ui. San. Tho. iiii. Di. 39. arti. iiii. iiii. & v.

S V M M A R I V M .

- 1 Iudæa ad fidem conuersa, an possit repetere dotem, sibi ab eius patre constitutam, uiro remanente infideli.
- 2 Iudæa ad fidem uersa, an possit consequi dotem suam ab episcopo post conuersionem, tanquam persona miserabilis.

C A P V T O C T A V V M .



- ¶ Vero ulterius, si uxor iudæi est conuersa ad fidem, (quo casu potest retinere communem sobolem, penes se, iuxta textum, in c. ex literis, extra de conuersione infid. & in c. iudæi. 28. q. i.) † An ipsa ad fidem uersa poterit dotem sibi à patre constitutam repetere, a viro remanente in infide-

litate & ipsam dotem salua conscientia retinere, & uidetur dicendum quod sic, nam communis est doct. sententia, in c. gaudent de diuor. quod iudæa conuersa ad fidem, gaudeat priuilegio dotis concessio per Imperatorem mulieribus in dotibus repetendis, de quo in l. asiduis. C. qui pot. in pigno. habeant. ut ibi per Abb. qui dicit, doct. ita concludere, ubi idem tenet Petr. de Ancha. Ioan. Andr. & alii. Pro qua conclusione. D. Abb. allegat tex. in auct. item priuilegium. C. de hæret. & Bal. Nouel. in tract. de dote, in xi. par. col. fin. circa prin. Et facit quod melioris conditionis esse debet conuersa ad fidem quam iudæa, ut dicit tex. in c. iudæi el. ii. extra de iudæa. Sed dictum priuilegium competit etiam uxori iudæe, ergo fortius ad fidem uersa, Quam conclusionem intelligo procedere in terris, ubi iudæi ex permissionibus principum; præuia autoritate sedis apostolicæ, exercent vsuras, secundum communem Italiae consuetudinem.

Nec dictæ conclusioni obstare potest, quod infidelis conuertens se ad fidem, tenetur restituere ea quæ ex usuris acquisita sunt, c. iudæi. de consecrat. distinct. iiii. & de pœnit. distinct. 5. c. falsas, cum simi. Et quod propterea dolo faceret, petere quæ statim esset restitutura, uidelicet dotem ex usuris, acquisitam, quia responderetur, quod attento tempore constitutionis dotis filia hebræa per patrem iudæum, bona dotantis, non intelliguntur affecta, nec restitutioni subiecta, cum licita fuerit ei fœneratio, subsistente dicta consuetudine, & bulla papali, Martini, & Eugenii, de qua re late dictum fuit supra par. i. cap. xi. Et ex ista causa concludit Campegi in suo tract. de dote par. i. q. 47. quod usura extorta ab hebræis, non possunt ab ipsis repeti, nec esse in casu restitutionis, nam ipsi iudæi ad illarum restitutionem tenerentur alias. cap. post miserabilem. cap. quanto. extra de usur.

Et pro conclusione prædicta facit quod tradit Federicus de Senis consi. 63. incip. quidam usurarius, ubi tenet quod dos constituta per patrem usurarium, nihil aliud habentem in bonis, pro creditoribus suis satisfaciendo, non possit repeti ab ipsa filia usurarii patre defuncto, & marito, quod erat magis dubium, quam in dote per iudæum constituta filia, de pecunia usuraria, stantibus præallegatis, & opi. Federici refert & sequitur Laurent. de Rodul. in tract. usura. q. 72. in fin. & Ioan. de Ana. in c. cum tu colum. 7. versic. extra glo. de usur. dicens quod opin. Federici procedit de æquitate scilicet, ne filia fame pereat, & non de rigore, prout dixit Abb. in d. c.

cum tu, allegat etiam Bal. sequentem opin. Federici. in l. rem qua. C. de iure dotium, ubi tamen Bal. distinguit, in dote data, a patre usurario in quantitate, secus si fuisset datus fundus in dotem, quia tunc transfret cum suo onere & si opin. Federici est uera, ubi dos fuit soluta & pecunia mere usuraria, ut possit per filiam usurarii retineri, nec ab ea repeti, tanto magis dicendum est in dote constituta per patrem hebræum ex senebri pecunia, non subiecta restitutioni, ut dictum est.

Et pro dicta conclusione principali, facit etiam, communis sententia Doct. quæ habet, quod pater iudæus uel alterius sectæ tenetur dotare filiam orthodoxam, & filio donationem propter nuptias constituere. l. cognouimus. cum ibi not. C. de hæret. Item filio conuerso alimenta præstare, ut ibi per Salyc. & alios, & Bald. in l. mater. C. de iure dotium, Ioan. de Anan. in c. iudæi el secundo extra de iudæ. Ang. in l. de act. §. fuerat, qui dicit illis diebus habuisse de facto, prout etiam se de facto habuisse refert ibi Ias. in ciuitate papia, præsupponentes dicti Docto. præmissa licite haberi posse, a patribus hebræis, qui communiter & ubique degentes consueverunt exercere usuras.

Nec præmissa conclusioni obstant, quæ tradit Campeg. in dicto suo tract. de dote. quæst. 47. incip. an iudæus, qui concludit filiam iudæam effectam christianam non posse petere se dotari in bonis patris iudæi usurarii, & si mortuo uiro dos ipsa foret ad illum reuersa, quod teneretur eam restituere illis personis à quibus sunt usuræ extortæ, nam respondetur quod in contrarium est communis opinio Doctorum, quod scilicet filia iudæa facta Christiana possit petere se dotari in bonis patris hebræi, uel etiam alterius sectæ, prout supra conclusum est, immo & legitimam petere à patre, & quod plus est ab ipso parente etiam in eius uita, cum alias secus in Christianis, per l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. test. prout tenet Ioan. de Anan. in d. c. iudæi, & ad ea etiam quæ tradit Campeg. in d. quæst. 47. potest responderi ut procederet in dote patris hebræi exercentis usuras, in locis ubi non esset consuetudo præallegata & non subesset concessio sedis Apostolica.

Et tenendo hanc partem, posset etiam responderi ad ea quæ Docto. in d. c. cum tu, de usur. Dum reprobant opin. Federici in d. confi. 63. quod loquuntur tamen in patre usurario Christiano, & non habente nisi pecuniam usurariam, ut ibi per eos, & sic in dote quæ ab initio constitutionis eius erat affecta onere restitutionis, quam

quam recipit filia cum suo onere. c. pastoralis. de decimis, & est tex. in d. c. cum tu, quod cessat in patre hebræo etiam usurario dotante filiam cum pecunia senebri, cum prædicta concessione, & subsistente consuetudine præallegata, licet ut dictum est, plures maximæ autoritatis uiri secuti sint sententiam Federici, Sed ulterius cogitanti mihi, uidetur quod alia opinio sit uerior, quia magis communis, & animæ salubrior, nec obstant indulta summorum Pontificum, quia loquuntur donec permanent in iudaismo, quo casu de his quæ foris sunt nihil ad nos, sed quando conuertuntur ad fidem, tunc tenentur restituere quæ sita ex usuris. d. c. iudæi. cum concord. nec ad hunc casum extenduntur concessiones Pontificiæ, & non obstant etiam cetera supra opposita, circa dotem, alimenta, & legitimam, quia debent intelligi ut debeantur per patrem hebræum de aliis bonis quam de usuris, iuxta not. per Innoc. in c. quod super, de voto, Abb. in c. iudæi el secundo. de iudæ. nec obstat, quod si restitueret dotem, fame periret, quia potius debet sibi victum quærere ex suis laboribus & technis, uel etiam hostiatim victum mendicare, quam uiuere de rapina, iuxta not. per Anch. in repet. c. peccatum de reg. iur. in vi. Hostien. in tract. de peni. §. quibus. col. iiii. versic. quod his quæ comedunt cum seq. & per Ioan. de Ana. in c. quanto col. fin. extra de usur.

Sed dato, quod iudæa effecta christiana non posset eius dotem
2 repetere a marito uel eius hæredibus, † quæro an saltem alia via ipsam consequi posset, uidelicet tanquam miserabilis persona ab episcopo. iuxta not. per Hostien. in c. cum sit. de iudæ. & in d. c. cum tu. & in sum. de usur. & in summa de peniten. & remiss. §. cui confitendum, versic. tu dic, & in §. forma. versic. sed ubi, & Bald. in c. i. §. furtum, in titulo de pace. iur. firm. Archidiac. in c. ii. de testa. in vi. Et tenendum est quod ipsam dotem possit petere ab episcopo uel ab eo ad quem spectat talis dispensatio, cum iura hanc distributionem remittant arbitrio suo, & non magis uni quam alteri, cum talis erogatio non concernat principaliter fauorem pauperum, sed animam, nec curandum est cui detur, dummodo bene detur, ut per Ioan. de Anan. in d. c. cum tu, colum. viii. & seq. Et hoc semper intelligendum est, non extantibus certis personis quibus talis restitutio esset facienda.

Et hoc specialiter, & expresse sancitum reperitur, per constitutionem Papæ Pauli. iii. quæ mihi ostensa fuit in quodam folio, & Romæ impressam, prout etiam fuerat prius determinatum in con-

concilio Basiliensi sessione xix. de quo quidem concilio late habetur per D. Abb. in suo tract. eiusdem concilii, incip. quoniam ueritas, licet non uiderim ipsum approbatum per ecclesiam, prout firmat Tho. Campegius in tract. de potest. Papæ. quæst. xxiiii. Et Cataldinus de Boncompagnis appellat illud concilium Acephalum & monstruosum, in tract. de potestate Papæ, unde cum superinde sit clara summi pontificis constitutio, non est aliter hæsitandum, quin dicta hebræa tanquam persona miserabilis non possit petere sibi dotem ipsam restitui, non extantibus personis, quibus sit faciendum restitutio, & quod conuersi de nouo dicantur personæ miserabiles, tradit Innoc. in c. iudæi el tertio de iudæ. sed de his, uide Doct. in c. significantibus de officio deleg. quæ nota, quia habui de facto his proximis diebus, in hac patria nostra, in ciuitate Foriuii, in qua re quidam etiam alii Doct. interfuerunt uidelicet Excellentissimi Domini, Augustinus de Carleuarii Can. Aquil. Et Iosephus de Abbatibus nepos meus, cum præclaro iureconsulto D. Iulio Sbroiauaça, cuius consiliam uolui hoc loco inferere, & cæterorum etiam si dabitur exemplum.

Dei æterni suffragio implorato, pro resolutione dubiorum mihi per Reuer. Dominationem. V. propositorum, conclusiue procedam, tamen quia breuitas temporis me in dicendo esse longiorem non patitur, tum etiam quia apud peritos ueritas paucis contenta est.

Ad primum igitur de muliere hebræa, quæ relicto viro petit baptizari, cum tribus filiis infantibus, uidetur ipsam proculdubio de bere baptizari, ex quo uoluntarie ad christianos causa fidei se confert, & eius uoluntas est patefacta, & in ea perseverat. text. est in c. sicut iudæ. ext. de iudæ. seruatis tñ seruadis, ut declarat ibi D. Abb. i primo uot. Nec maritus eius potest eam impedire, sed præcedente debita admonitione facta marito, si ipse in iudaismo uult perseverare separandi sunt. c. iudæi. Et ibi declarat Archi. xxviii. quæst. i.

Ad secundum, an filii prædicti constituti in ætate infantili sint assignandi matri conuersæ ut baptizari possint, respondeo quod sic, text. est in d. c. iudæi. xxviii. quæst. i. Intelligendo illum text. in principio, dum dicit habent, & non dicit accipiunt, prout ibi declarat Archidiac. Et quod dicti filii hoc casu debeant sequi fidem & conditionem matris conuersæ & non patris iudæi, decidit. expresse per præallegatum text. glos. i. in fine, in c. ex literis, de conuersi. infide. & ibi Abb. paulo ante finem. in d. c. iudæi, dicens, quod eo casu per baptismum filii non remanent in potestate patris iudæi,

sed illa soluitur, prout est tex. innæta glos. in c. iudæorum xxviii. q. i. Et idem tenet Sanctus Thomas in quarto senten. distin. 39. quæst. i. artic. iiii. circa finem, ubi dicit quod cum proles peruenit ad perfectam ætatem, sequi possunt patrem vel matrem infidelem, sed si est in minori ætate constituta tunc debet dari fidei, non obstante quod indigeret alterius paræntis obsequio ad educationem, & not. in c. gaudemus, de diuor. & clarius in d. c. ex literis.

Ad tertium, an prædicta mulier possit dotem sibi, a patre datam retinere salua conscientia, & an possit illam repetere, a uiro remanente in iudaismo, respondeo, quod illam non debet marito hebræo relinquere, sed illam repetere potest, quia uxor iudæa conuersa ad fidem, gaudet omnibus priuilegiis dotium, ut concludit D. Abb. & communiter Doct. in c. gaudemus paulo ante fin. de diuor. sed an illam salua conscientia retinere possit, uidetur de iure communi sic esse distinguendum, quod aut illa dos non peruenit ex usuris, & tunc eam retinere potest, iuxta not. per Abb. & Doct. in c. iudæi el secundo per illum text. versicu. si qui præterea ext. de iudæ. Si uero peruenit ex usuris, tunc illam retinere non possit, sed usuræ debent restitui illis, a quibus extortæ sunt, si potest sciri, sin minus per episcopum ad pios usus sunt distribuendæ, & ista opin. uidetur de æquitate uerior, secundum Abb. in c. cum tu, colum. fin. ext. de usur. quem post longam disputationem in filia hebræi sequitur Ioan. Campeg. in suo tracta. dotis, quæst. 47. in fin. quicquid in contrarium consuluerit Federic. de Senis, in suo consi. mihi. 63. incip. quidam usurarius, cuius opin. sequitur Ant. de Butri. Ancha. & Abb. in d. c. cum tu, uidetur rigorosa & non tuta, maxime hoc casu, cum tam pater mulieris, qui dotem constituit, quam maritus qui ad eius restitutionem tenetur, exercuerint usuras, ita quod cessare uidentur argumenta Federici, & ista pars etiam locum habere debet, si casus esset dubius, quia estimamus quod dicta dos peruenit ex usuris, & ista est tutior pro salute animæ ideo amplectenda. c. iuuenis extra de sponsal. cum suis concord.

Sed an episcopus in dispensando ad pios usus ut supra, possit aliquid de dicta dote ipsi hebrææ dimittere, ad tollendam eius paupertatem, crederem quod sic, nisi ipsa non haberet propositum ueniendi ad fidem, nisi ex cupiditate dictæ pecuniæ, quia tunc non liceret, ut decla. Cardi. Alexand. in c. ii. 42. distinct. circa medium, post Abb. in c. cum ecclesiæ ante fin. ext. de simo. Non amitto tamen, quod in hac difficultate uidetur decisio consilii Basiliensis

celebrati sub Eugenio. iiii. in xix. sessione, in qua videtur fieri distinctio, quod aut scitur, a quibus fuerint extortæ vsuræ, & tunc eis sunt restituendæ, quia conuersus ad fidem illas restituere tenetur, aut ignoratur, & tunc per dictum concilium conceditur, quod conuersus ad fidem pro se retinere possit in pios usus.

Sed quoniam de ualiditate dicti concilii dubitari solet, aliqui enim conantur illud tanquam legitimum sustinere, ut Abb. in suo tractatu edito super dicto concilio Basiliensi, incip. quoniam veritas, alii uero illud ut illegitimum impugnant, ut Catald. de Boncompag. in suo tractatu, de potestate Papæ, & in effectu non videtur fuisse, a sede apostolica approbatum, nec ab ecclesia Romana receptum, ut tradunt nouissime Tho. Campes. in suo tractatu de potest. Papæ. quæst. 24. Henri. Bot. in tracta. de Synodo episc. in prima par. nume. 50. Ideo pro nunc non audeo, super eo me firmare, maxime cum non uiderim dispositionem de qua in eo obseruatur, sed bene quandoque solent impetrari dispensationes, a summo Pontifice, ut audiui Venetiis in illo de paradiso ad fidem conuerso, crederem ergo tutius esse si uestra Reuerend. Dominatio, super hoc peteret informationem, a Reuerendissimo Patriarcha Aquileiensi, & a Reuerend. Legato Apostolico Venetiis commoranti.

Ad quartum dubium an blandimentis & pecuniis iudæi ad fidem possint alligi, respondeo de blandimentis non esse dubium, quod possunt. c. debet homo. xxiii. quæst. iiii. vbi Archi. notat, & melior tex. in c. qui sincera. 45. distin. Pecunia autem possunt alligi, si promunere vel ex causa subsidii & elemosynæ dentur, non autem ex pacto, vel conuentione, nam munus non videtur prohibitum sed pactum. c. quam pio. i. q. ii. Et ibi glo. sed de hoc me remitto ad ibi not. per Archid. & ad not. per Alberic. in suo dictionario in verbo iudæus. iii. & per Ange. de Beluisio in sua summa in verbo iudæus. quæst. xxxiii. vbi etiam aliter respondet ad tex. in d. c. quam pio, & ad distinctionem quam facit Abb. in c. cum ecclesiæ ante fin. de simo. quem sequitur Cardi. Alex. in c. ii. 42. distinct.

Non omittam, quod post editum, a me consilium prædictum, mihi ostensa fuit constitutio generalis Pauli papæ iii. incip. Ad perpetuam rei memoriam, cupientes iudæos & alios infideles. Dat. Romæ sub die. 21. Martii. 1542. & publice Romæ impressa, per quæ dictus sanctissimus Dominus noster motu proprio decidit difficultatem, de qua superius dictum est in tertio dubio in fine, decernendo illud idem circa bona hebræorum quod superius dictum est, fuisse


fuisse etiam decretum per concilium Basiliense, licet de eo nullam mentionem faciat dum in eo inter cetera formaliter dicitur, & si bona ipsa ex vsura, aut illicito quæstu fuerint acquisita, & sint personæ certe, quibus eorum fuerit de iure facienda restitutio, quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum, illa eisdem personis omnino restituantur, personis uero non extantibus prædictis, quia bona huiusmodi eisdem iudæis & aliis infidelibus in fauorem suscepti baptismatis, tanquam in pium usum libere concedimus, eaque apud ipsos sic conuersos, & alios infideles remanere de creuimus, interdicientes sub diuinæ anathematis pœna, quibusuis tam ecclesiasticis personis quam secularibus, ne ullam super bonis huiusmodi, quouis quæsito colore, molestiam inferant, aut inferri patiantur, ideo ex prædicta constitutione pontificia dictum tertium dubium remanet clare resolutum.

Iulius Sbroiauacca Doct.

S V M M A R I V M .

- 1 Conuersus ad fidem, qui contraxit in infidelitate eum consanguinea, an remanebit cum ea.
- 2 Conuersus, ad fidem, qui habet plures uxores, cum qua remanebit.
- 3 Conuersus, an propria autoritate poterit, aliam accipere uxorem.
- 4 Iudæi, & alij infideles, an repellendi ab ecclesia.
- 5 Iudæa quæ uersa est ad fidem post uirum, an recuperabit dotem cum priuilegijs suis.

C A P V T N O N V M .

- I  Væro ¶ ulterius, an Iudæus vel paganus, conuersus ad fidem, qui contraxerat in infidelitate cum consanguinea secundum ritum eorum, nunquid post conuersionem remanebit cum ea? Et dicendum est, quod si contraxerunt in gradibus diuina lege prohibitis, ut habetur Leuit. xviii. tunc siue uterque sine alter tantum conuertatur ad fidem, non possunt in tali matrimonio permanere, si autem contraxerint in gradibus prohibitis humano iure, & per statutum Ecclesiæ tunc possunt remanere insimul. c. gaudemus. extra de diuor. & habetur. 26. distin. vna tantum. per San. Thom. 4. sentent. distinct. 39. artic. 3. 4. & 5. &

quid de dote talium conuersorum in gradibus prohibitis, an habeat priuilegia dotium, vi. Bal. Nouel. in tracta. de dote. q. xi. col. fi.

2 † Et quid si infidelis habens plures vxores conuertatur ad fidem, nunquid omnes retinebit, vel vnam tantum. & quam. vid. in d. c. gaudemus. & per summistas omnes in verbo impedimentum, & ibidem etiam vide de pluralitate vxorum, quod nemo quantumcunque infidelis potest ducere aut habere eodem tempore plures vxores. d. c. gaudemus, vbi etiam Abb. in no. & etiam doct.

3 † An autem liceat infideli conuerso, propria autoritate accipere aliam vxorem, vel expectare iudicium ecclesie, & dicendum est, quod non soluitur matrimonium inter eos, nisi autoritate ecclesie fuerit dies assignata infideli ad se conuertendum, vel habitandum cum conuerso, sine contumelia creatoris, & si assignata fuerit, & sit elapsa, tunc soluitur ipso iure, & ita concludunt doct. in c. hi infideles. 28. q. ii. & dixi supra. cap. vii. circa fi.

4 † Quare ultimo, quia dictum est supra, quod ecclesia recipit iudeos, & neminem reiicit, quomodo hoc intelligatur, cum iudei & infideles videntur potius excludi ab ecclesia, vt dicit tex. in c. clerici in fi. 21. dist. i. & in c. perlectis, 25. dist. i. vbi dicitur de officio hostiarii qui debet inter cetera repellere infideles ab ecclesia. s. iudeos, Hismaelitas, Agarenos, & Gentiles, seu Paganos, sed dicendum est, quod hoc intelligitur ipsis existentibus & permanentibus in infidelitate, qui dum celebrantur diuina officia debent excludi ab ipso Dei templo, nam si Christianis prohibitum est cum ipsis communicare etiam in prophanis vt plene dictum est supra parte pri. cap. 4. quanto magis in diuinis, quod procedit nedum ipsis uiuentibus sed etiam mortuis, nam si aliquis infidelis reperiretur sepultus in ecclesia, non potest consecrari, sed nec missa ibi celebrari, sed iactari foras debet, c. Ecclesia in qua paganus, de consecr. dist. i. quia quibus uiuentibus Ecclesia non coicat, & mortuis coicare non potest xxiiii. q. ii. c. i. vt dicit glo. in d. c. Ecclesiam in verbo celebrare, quæ etiam ponit, quid de muliere mortua prægnante & fetu, & contraria loquuntur in uolentibus baptizari, limitatur tamen id quod dictum est infideles arceri ab ecclesia, vt non habeat locum in prædicatione uerbi Dei, nam prouisum est, quod episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam & audire uerbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue iudeum, vt est tex. in c. episcopus nullum. de consecr. dist. i. de qua re uide latius, per Ioan. Bapt. Lup. in tract. de libertate ecclesiastica. q. vltima.

5 † Quid autem in iudæa remanente in iudaismo, viro conuerso ad fidem, quæ postea etiam ipsa ad fidem uersa est, an recuperabit dotem cum priuilegiis suis, in quo Bald. Nouel. in tract. de dote in parte xi. colum. penul. concludit posse dici quod si illa conuersa repetit primum uirum iam conuersum, quod quidem facere potest, vt habetur in c. fin. de conuersi. coniug. intelligendo semper nisi ille iam secunda adhaerit vxori, secundum ea quæ dixi supra cap. 7. circa fi. huius tertiæ partis, tamen tunc durante matrimonio, tanquam nunc rato & approbato ab ecclesia dos ipsa habebit priuilegia omnia dotibus concessa, si uult illam recuperare uir & vxor, a Socero vel aliis Cognatis infidelibus, sicut dicitur in hæretica, in auct. de priuileg. dot. hare. mulier. non præstan.

F I N I S.

INDEX LOCUPLETISSIMVS

EORVM, QVAE IN PRAESENTI TRACTA-
TV CONTINENTVR LICET PLVRA ALIA,
LEGENTI OCCVRRENT, PERVTILIA.

De Litera A.



- A**DVLTERRIVM non dicitur committi cum nupta vita
inhonestâ, & qualiter sit intelligendum. par. ii. cap. iii.
nume. 7. car. 54
- Aduocatus esse non potest iudæus, parte secunda cap. 7.
nume. 3. car. 77
- Animalia plura a gentibus in Deos habita, & uolucres par. iii. cap. i.
nume. 22. car. 96
- Antichristi aduentus, & aliqua de eo, par. iii. cap. i. nume. 30. car. 102
- Aqua & ignis habiti pro diis gentium aliquarum par. iii. cap. primo
nume. 21. car. 95
- Aquileiâ solitudo, & de eius olim Diis tutelaribus Feleno & Beleno,
par. iii. cap. i. nume. 26. car. 99
- Aqua sicut principium generationis, ita & regenerationis in baptif-
mo. par. iii. cap. i. nume. 70. car. 126
- Aquas sanctificauit IESVS CHRISTVS, in eius baptifmo in
aquis Iordanis par. iii. cap. i. nume. 72. car. 127
- Arbitri an esse possint Iudæi in causis inter ipsos Iudæos part. ii. cap.
vi. nume. 23. car. 74
- Arbitri iuris an esse possint iudæi par. ii. cap. vi. nume. 24. car. 74
- Arbitri iuris qualem iurisdictione habeât, par. ii. cap. vi. nu. 25. car. 74
- Aurum contemnens intuitu Dei, dicitur libare aurum Domino ex-
plo dauidis. par. i. cap. xi. nu. 12. car. 39

De Litera B.

- Baptifmus non debet conferri infideli in continenti, sed post certum
tempus, par. iii. cap. ii. nume. 3. car. 131
- Baptizatus violenter per vim absolutam non recipit caracterem, &
quid de ui conditionata. par. iii. cap. ii. nume. 7. car. 133
- Baptizatus coacte an recipiat caracterem, si longo tempore tacitus
permanfit, non reclamando par. iii. cap. ii. nume. 9. car. 133

I N D E X

Baptizatus iudæus debet restituere, quæ illicite extorsit etiam per fir- tum uel aliter. par. iii. cap. ii. nume. ii.	car. 133
Baptizare an possit se ipsum iudæus in necessitatis articulo, part. iii. cap. iii. nume. 2.	car. 135
Baptizatus infidelis a sacerdote sine responsali, an possit dici bapti- zatus par. iii. cap. iii. nume. 4.	car. eadem
Baptismus non liberat hominem a miseriis corporalibus & de causa, par. iii. cap. iii. nume. 13.	car. 139
Baptismus an liberet iudæum a pœnis delictorum quæ commisit an- te baptismum. par. iii. cap. v. nume. 1.	car. eadem
Baptismus non liberat iudæum a restitutione male ablatorum sicut nec religionis ingressus. par. iii. cap. v. nume. 6.	car. 140
Baptizari pôt quis inuitus in casu speciali. par. iii. cap. ii. nu. 10.	car. 133
Baptismus an liberet iudæum habilem ad officia publica & dignita- tes. par. iii. cap. v. nume. 7.	car. 140
Baptismi uirtus conueniens utriusque sexui. non sic circumcisio. part. iii. cap. i. nume. 67.	car. 125
Baptismi præfiguratio in eductione populi Israel, per mare & in dilu- uio uniuersali. par. iii. cap. i. nume. 68.	car. eadem
Baptismus prænuntiatur oraculis prophetarum. part. iii. cap. primo nume. 69.	car. eadem
Baptismus minime reiterabilis. par. iii. cap. i. nume. 71.	car. 126
Baptismi sacramentum cur in aqua institutum. ibi. nume. 73.	car. 127
Baptismi plures species. ibi. nu. 74.	car. eadem
Baptismus Ioannis non erat ablutio peccatorum. ibi. nu. 75.	car. ead.
Baptismi sacramento euacuatam iudæorum carnalem circumcisio- nem, ibi. nume. 76.	car. 128
Bellare an sit licitum festis diebus par. i. in prohemio. nume. 4.	car. 2
Bellare an liceat Christianis, adiuuando infideles contra alios infide- les. par. i. cap. vi. nume. 3.	car. 18
Bella an possint licite indici per Christianos contra infideles. par. i. cap. vi. nume. 8.	car. 23
Bellū quādo, & quibus cōcurrentibus dicatur iustū ibi. nu. 10.	car. 24
Bella mota per hispanos, contra barbaros, quos indos uocamus, an fuerint licita, & de eorum conuersione ad fidem. parte prima cap. 14. nume. 1.	car. 47

De Litera C.

Causa iudæorum tam ciuiles quam criminales, an decidi debeant

I N D E X

secundum statuta locorum ubi degunt, uel quomodo, par. ii. cap. ii. nume. 7.	car. 52
Censuris ecclesiasticis, Iudæi nō afficiuntur. par. ii. cap. viii. nu. 2. c. 79	car. 4
C H R I S T V S . Ex tribu Iuda. par. i. cap. i. nume. 2.	car. 4
C H R I S T V S utebatur uestimentis more hebræorum. par. i. cap. iiii. nume. 7.	car. 13
Christianis est prohibitum se exponere assiduo Iudæorum seruitio & maxime simplicibus, & qualiter, & quādo par. i. c. iiii. n. 14. c. ead.	car. 14
Christiani possunt in mechanicis, ut in fabricando & similibus infer- uire iudæis. par. i. cap. iiii. nume. 15.	car. 14
Christiani communicantes iudæis in mercimoniis, an peccent. par. i. cap. iiii. nume. 16.	car. eadem
Christianis an liceat contrahere, & distrahere cum Sarracenis, & aliis infidelibus, & ad eos merces deferre par. i. cap. v. nume. 1.	car. 16
Christiani principes an licite possint inuocare auxilium infidelium, contra alios principes Christianos. par. i. cap. vi. nume. 1.	car. 18
Christiani adiuuant licite infideles in bello contra alios infideles. ibi. nume. 3.	car. 18
Christiani principes an licite possint bellum indicere Sarracenis & Turcis. ibi. nume. 10.	car. 24
Christiani an possint licite appellare ad iudices infideles par. ii. cap. vi. nume. 27.	car. 75
Christianus magis pœnitens, seu quem magis pœnitet magis a diabo- lo tentatur. par. i. cap. ix. nume. 3.	car. 30
Christianus potest habere seruum Christianum, nec baptismus facit eum liberum. par. ii. cap. v. nume. 18.	car. 65
Christianus potest habere seruum Iudæū. par. iii. cap. v. nu. 10.	car. 141
Christus conciliator inter Deū & hominē, par. iii. cap. i. nu. 6.	car. 90
Christum non pertinuisse mortem. ibi. nu. 9.	car. 91
Christiani cur ab infidelibus quandoque oppressi. ibi. nu. 41.	car. 110
Christianus immiscendo se carnaliter Iudææ, qualiter sit puniendus, par. ii. cap. iii. nume. 21.	car. 58
Christus nihil prædixit quod nō contigerit. par. iii. cap. i. nu. 50. c. 115	car. 116
Christum esse Deum, etiam elementa dignouisse. ibi. nu. 55.	car. 116
Christiani unde traxerint tale nomen, par. i. cap. i. nume. 20.	car. 7
Christi nomen unde, ibi. nume. 21.	car. 7
Cimiteria Iudæorum, & eorum sepulchra minime uiolanda nec eo- rum corpora exhumanda. par. i. cap. iii. nume. 18.	car. 11
Circumcisio cui primo data fuerit, par. i. cap. iiii. nume. 4.	car. 12

I N D E X

Circumcisio quid præ se tulerit, ibi. nume. 4.	car. 12
Clericus occidens infidelem an sit irregularis, par. i. cap. 12. nu. 2. c. 43 Et de eo qui poterat impune occidi. ibidem.	car. 43
Confœderatio principum Christianorum cum principe infideli an sit licita, par. i. cap. vi. nume. 5.	car. 21
Confœderatio quid sit proprie, ibidem.	
Coquus principis an possit esse infidelis vel Iudæus part. ii. cap. vii. nume. 12.	car. 78
Consuetudo de tollerandis iudæis mutuari sub vsuris an sit licita vel tollerabilis, par. i. cap. ii. nume. 6.	car. 8
Consuetudo vt inter iudæos in eorum successionebus seruetur lex Moysi, an sit licita, par. ii. cap. iii. nu. 8.	car. 60
Consuetudo bulgari de vxore relicta vsufructuaria in bonis viri, institutis filiis, an locum habeat inter Iudæos, par. ii. cap. ii. nu. 7. c. 52	car. 52
Conuersio ad fidem in iudæo, facit eum habilem ad officia & dignitates, par. iii. cap. v. nu. 7.	car. 140
Conuersus ad fidem, incipit esse nouus homo & commendandus, nõ autem spernendus, par. ii. cap. v. nu. 13.	car. 64
Conuersio ad fidem, abolet omnem ingratitude quam filius in patrem cõmississet, par. iii. cap. vi. nume. 4.	car. 143
Conuertens se ad fidem semper præsumitur agi ex spiritu sancto, par. iii. cap. ii. nume. 2.	car. 130
Conuersi ad fidem retinent bona, & non perdunt agnationem, nec iura successione, par. iii. cap. ii. nu. 12.	car. 134
Conuersus ad fidem an possit remanere cum vxore infideli. part. iii. cap. vii. nume. 1.	car. 143
Conuersus ad fidem, qui contraxerat in infidelitate cum consanguinea, an cum ea remanebit, par. iii. cap. ix. nu. 1.	car. 147
Conuersus ad fidem, qui habebat plures vxores cum qua remanebit. ibi. nume. 2.	car. ead.
Conuersus ad fidem, an possit aliam vxorem ducere propria autoritate, ibi. nume. 3.	car. eadem
Conuersus ad fidem, an possit repetere dotem a marito remanente in infidelitate, par. iii. cap. viii. nu. 1.	car. 143. & 144
Conuersa ad fidem, an possit dotem consequi sibi a patre iudæo constitutam, saltem tanquam miserabilis persona, part. iii. cap. viii. nume. 2.	car. 145
Conuersa ad fidem, post virum conuersum, an recuperabit dotem cũ priuilegiis iuris, par. iii. cap. ix. nu. 5.	car. 148

Collegium

I N D E X

Collegium iudæorum an possit aliquid capere ex testamēto christianorum, par. ii. cap. v. nu. 23.	car. 65
Contractus iudæorum an validentur iuramento, vbi illud sit necessarium, par. ii. cap. viii. nume. 9.	car. 80
Crimen ecclesiasticum per Iudæum commissum, an puniatur per ecclesiam, & quid de non ecclesiastico & mixto, parte secunda cap. ix. nume. 4.	car. 83
Crimina ecclesiastica quæ sint, & quæ secularia, & quæ mixta. ibi. nume. 6.	car. eadem
Criminale iudicium, quando esse dicatur, par. i. cap. xi. nu. 8.	car. 36
Crucis signum, an possit iudæis prodesse, & de sanctissimo nomine I E S V. per eos inuocato, par. i. cap. ix. nu. 1.	car. 30
Crucis signum præfiguratum, in veteri testamento, pluribus modis, par. i. cap. ix. nume. 4.	car. 31
Crucis plura signa & miracula, etiam antequam CHRISTVS in ea pependerit, ibidem.	car. eadem
Crucis signum qualiter fieri debeat, ibi. nu. 6.	car. 32
Crucis signaculum quando sit efficax, ibi. nu. 7.	car. eadem

De Litera D.

Delicta Iudæorum, & scelera per eos commissã contra Christianos, par. i. cap. vii. nume. 2.	car. 25
Denuntiatio euangelica, an habeat locum in infidelibus, par. ii. cap. viii. nume. 5.	car. 79
Dispositio auct. res quæ. C. communia de lega. an habeat locum in iudæis, par. iii. cap. iii. nume. 4.	car. 137
Dispositio, c. quanquam extra de vsur. an liget iudæos, part. ii. cap. v. nume. 2.	car. 62
Diuisio bonorum inter iudæos, an sit faciēda exemplo Abraham, uel quomodo, par. ii. cap. iii. nu. 11. & 12.	car. 61
Diuidendo, ille dicitur frater maior qui diutius administravit, non autem maior ætate, par. ii. cap. iii. nu. 13.	car. ead.
Dei cognitio sapientibus gentilibus abscondita, parte. iii. cap. pri. nume. 4.	car. 88
Deorum gentilium uanitates, par. iii. cap. i. nu. 12.	car. 92
Deorum gentilium pluralitas, ibi. nu. 19.	car. 95
Deliquētis an inspicatur animus, vel euetus, par. ii. cap. 3. nu. 18. c. 58	car. 58
Dispositio aucten. naufragia. C. de furtis, an locum habeat in iudæis	

I N D E X

naufragium pafsis, par. ii. cap. i. nume. 5.	car. 49
Diuitiarum contemptus, par. iii. cap. i. nu. 3.	car. 88
Dii diuerfarum gentium, par. iii. cap. i. nu. 13.	car. 92
Dii gentium etiam ab ipsis rebus creatis affumpti, & ex ipsis etiam animi affectibus. ibi. nu. 20.	car. 95
Dispositio. c. si quis suadente. xvii. quaest. iiii. an liget iudæos parte. ii. cap. viii. nume. 5.	car. 79
Dii gentium, etiam ab ipsis gentilibus ludibrio habiti. par. iii. cap. i. nume. 14.	car. 93
Donatio inter uirum & vxorem iudæos an teneat. parte secunda cap. i. nume. 7.	car. 50
Donationes iudæorum excedentes quingentos aureos, an requirant infinuationem, par. ii. cap. i. nume. 5.	car. 49
Doctōratus dignitas, an conuenire possit iudæo, parte. ii. cap. vii. nume. 1.	car. 76
Doctōres dicuntur ab Imperatoribus nobilissimi amici & parentes, par. ii. cap. vii. nume. 2.	car. 77

De Litera E.

Ecclesia, & Synagoga qualiter differant inter se, par. i. cap. iii. nu. 5. c. 9	
Ecclesia an castigat iudæos, si contra legē ueteris testamenti faciant, in moralibus, par. ii. cap. ix. nume. 2.	car. 83
Ecclesiasticus an puniat iudæos, & infideles in criminibus ecclesiasticis uel mixtis, par. ii. cap. ix. nu. 5.	car. eadem
Ecclesiasticus an castiget infideles delinquentes in opprobrium fidei orthodoxæ, par. ii. cap. ix. nu. 3.	car. ead.
Ecclesia consulere solet animabus, potiusquam corporibus part. iii. cap. ii. nume. 1.	car. 130
Ecclesiæ Christianæ stabilitas, par. iii. cap. i. nu. 51.	car. 115
Emendatus præfertur ei, qui semper fuit bonus, par. iii. c. v. nu. 8. c. 140	
Euāgelicæ legis præconia, & laudes, par. iii. cap. i. nu. 10.	car. 91
Euāgelium uniuerso orbi innotuisse, tempore Apostolorum & plura de hoc, par. iii. cap. i. nu. 29.	car. 101
Exhumanantium corpora defunctorum, qua pœna plectentur. par. i. cap. iii. nume. 19.	car. 11
Elemosyna an sit infidelibus facienda, tempore necessitatis parte. i. cap. v. nume. 7.	car. 17
Elemosyna an sit de præcepto, uel de consilio. ibi. nu. 8.	car. eadem

I N D E X

Episcopus dispensare non potest, ut iudæi habeant nutrices Christianas in domo, par. i. cap. iiii. nu. 19.	car. 15
Error Cornelii circa originem iudæorum par. i. cap. i. nume. 5.	car. 4
Excommunicatio non se extendit ad infideles carentes sacramento baptismatis, par. ii. cap. v. nu. 3.	car. 62
Aequitas quid sit, & quotuplex, & quando rigori præferatur. ibi. nume. 8.	car. 63
Aequitas an sit seruanda iudæo, par. ii. cap. i. nu. 4.	car. 49

De Litera F.

Familia conseruandæ ratio consideratur etiam ex lege Moſis. par. ii. cap. ii. nume. 5.	car. 52
Festis diebus licet operari, studendo, & maxime ſcolaribus, in præfatione nume. 1.	car. 1
Festis diebus, ordinata ad salutem hominum corporalem, posse expediri, & eo magis actus spirituales, ibi. nu. 2. & 3.	car. 2
Festum inuentionis sanctæ crucis, an sit sanctificandum par. i. cap. ix. nume. 5.	car. 31
Fœnerari fratri suo, de quo Deuteron. xxiii. quomodo intelligatur, par. i. cap. xi. nume. 5.	car. 35
Filii iudæorum, sunt in potestate parentum. par. ii. cap. i. nu. 10.	car. 50
Filii iudæorum, an sint sui parētibus, sicut Christianorum, ibi. n. 11. c. ead.	
Filius natus ex sarraceno & christiana, si pater efficiatur christianus, an filius efficiatur legitimus. par. ii. cap. iii. nu. 24.	car. 38
Filius iudæi factus Christianus, an possit petere alimenta a patre iudæo. par. iii. cap. iiii. nume. 1.	car. 137
Filia iudæi baptizata, an possit petere se dotari a patre infideli, & quid de donatione propter nuptias, par. iii. cap. iiii. nu. 2.	car. eadem
Filius iudæi baptizatus, an teneatur alere patrem iudæum, parte. iii. cap. iiii. nume. 5.	car. eadem
Filius, an teneatur sequi patrem infidelem, & quibus casibus. ibi. nume. 6.	car. eadem
Filius an teneatur potius subuenire patri infideli quam extraneo fidelii. ibi. nume. 7.	car. 138
Filius iudæi per baptismum, liberatur a patria potestate par. iii. cap. iiii. nume. 8.	car. eadem
Filii paruuli iudæorum, an sint compellendi per uim, ad suscipiendum baptismum. par. iii. cap. ii. nume. 6.	car. 132

I N D E X

- Filii iudaorum baptizati, dicentur in potestate parentum, in respicientibus eorum commodum, secus in prauidicialibus. parte. iiii. cap. iiii. nume. 12. car. 139
- Filius iudaei baptizatus, an possit petere legitimam in bonis patris uuentis. par. iiii. cap. vi. nume. 3. car. 142
- Fidei CHRISTI persecutores ab ipso castigati, & quare permittat Deus infideles superesse, par. iiii. cap. i. nu. 4. car. 87
- Filium non portare iniquitatem parentum, quomodo intelligatur ibi. nume. 66. car. 124
- Fides & opera quoq; ad salutem necessaria par. iiii. cap. i. nu. 79. car. 124

De Litera G.

- Gentiles unde ita nuncupati. par. i. cap. i. nume. 16. car. 6
- Gentiles sacrificabant ne dum in sanguine brutorum sed etiam in sanguine humano. par. iiii. cap. i. nu. 16. car. 94
- Gentes uocate in testamento veteri pluribus figuris, ibi. nu. 48. c. 113
- Gentilium autoritates allegari posse ad conuincendam eorum ueritatem, ibi. nu. 56. car. 117
- Gentilium loca plurima ad fidei nostrae confirmationem, ibi. nu. 60. c. 120
- Gentilium Deorum adoratio unde processerit, par. iiii. cap. i. n. 12. c. 92

De Litera H.

- Habitus distinctio in iudaeis, & aliis infidelibus & in clericis & aliis, par. i. cap. iiii. nume. 8. car. 13
- Habitus virginum, & matronarum distinctus a meretricali, & ancillari. ibi. nume. 9. car. eadem
- Habitus uniuersusque facit eum talem praesumi, qualis est habitus in quo reperitur, ibi. nume. 13. car. 14
- Hebraei unde sic dicti, & de huius uerbi ethimologia par. i. cap. primo nume. 7. car. 5
- Haereticis an permittatur congregatio, sicut iudaeis part. pri. cap. iiii. nume. 2. car. 9
- Hypothecata domo, & igne consumpta, an duret hypotheca, parte. i. cap. iiii. nume. 9. car. 10
- Hypothecata area, an superficies intelligatur obligata, ibid. car. ead.
- Homini dignitas, & excellentia, par. iiii. cap. i. nume. i. car. 87
- Homini beatitudinem consistere non posse, in delectationibus corporalibus,

I N D E X

poralibus, par. iiii. cap. i. nume. 37. car. 106

De Litera I.

- Incestus & adulterium, an sint crimina ecclesiastica, vel qualia. part. ii. cap. ix. nume. 8. car. 85
- Idolaticis uesci an liceat Christianis, par. i. cap. iiii. nu. 23. car. 15
- Idola nihil esse, & nihil posse, par. iiii. cap. i. nume. 15. car. 93
- Idolatria Deo maxime odiosa, & de uindicta Dei contra Idolorum cultores. ibi. nume. 23. car. 96
- Idola, simulachra, & oracula cessasse adueniente CHRISTO par. iiii. cap. i. nume. 24. car. 97
- Idolatriae origo, & unde ortum sumpserit, ibi. nu. 28. car. 100
- Idolorum disperdendorum uaticinium Zachariae. 13. quomodo sit intelligendum, ibi. nu. 30. car. 102
- IESU Nomen a Deo, & a prophetis mundo reuelatum ibi. n. 52. c. 115
- IESU Naue, IESU Syrach, IESU Iosedeth, diuersa esse nomina, a Iesuali, par. iiii. cap. i. nu. 53. car. eadem
- Imperatores, qui ex gentilibus Christum coluerunt ibi. nu. 32. c. 104
- Infidelis habens intentionem fictam de se baptizando, si tamen sit baptizatus, an censi debeat Christianus, & compelli ad fidem seruandam, par. iiii. cap. iiii. nu. 8. car. 136
- Intellectus ad l. generaliter. §. si. ff. de decurio. par. ii. cap. vi. nume. 18. & sequen. car. 71
- Intellectus ad l. iudaei Romano. C. de iudeis. par. ii. cap. vi. n. 16. c. ead.
- Infideles simul & hostes populi Romani, in quibus differant ab infidelibus, qui non sint hostes par. i. cap. v. nu. 5. car. 106
- Infideles principes, an licite possint habere iurisdictiones, & dominia in terris per eos occupatis par. ii. cap. vi. nu. 26. car. 74
- Infideles quare permittantur a Deo regnare, par. 3. cap. i. nu. 41. c. 110
- Infidelis & haereticus an possint baptizare necessitatis tempore, par. ter. cap. iiii. nume. 5. car. 135
- Infidelis an possit esse patrimus in Baptismo vel Chrismate ibidem nume. 6. car. 136
- Inimici etiam per dolum impugnandi, par. i. cap. 6. nume. 2. car. 18
- Iudaei quare sic nuncupati, & de eorum origine, par. i. cap. i. nu. i. car. 4
- Iudas inter fratres suos honorabilior, & quare, ibi. nu. 2. car. eadem
- Iudaei prius uocati hebraei, & postmodum iudaei, ibi. nume. 8. car. 5
- Iudaei quare dicti Israelitae, & populus iudaicus Ismael, & Iacob, cur

I N D E X

nuncupatus, Israel, ibi. nume. 9.	car. eadem
Iudæi moderni amiserunt filiationem Israel, & non sunt amplius vocandi Ismaelites, par. i. cap. i. nu. 10.	car. eadem
Iudæi sunt inimici Crucis C H R I S T I. Et sanctissimi nominis eius, par. pri. cap. ii. nume. i.	car. 7
Iudæum esse, an sit delictum, & qualiter, par. i. cap. ii. nu. 2.	car. ead.
Iudæos & eorum ritus ex pietate sustinet Ecclesia, ibi. nu. 3.	car. ead.
Iudæis condita in fauorem iudæorum lex specialis per Imperatores contra Christianos ibi. nume. 4.	car. ead. & 8
Iudæus an possit omiſſa conditione ex. l. Christianis, agere ui bonorum raptorum ibi. nume. 5.	car. 8
Iudæi an licite habere possint domos in terris Christianorum quādo volunt in eis exercere vsuras, par. i. cap. ii. nume. 8.	car. 8
Iudæi an possint & quando habere nutrices Christianas in domo & extra domum, par. i. cap. iii. nume. 15.	car. 10
Iudæi inducentes christianos in eorum ritus, possunt per inquisitiones hæresis plecti, par. ii. cap. ix. nume. 3.	car. 83
Iudæi in die Sabbati, & aliarum festiuitatum, an possint trahi ad iudicium, & an eisdem diebus alios trahere, par. i. cap. 3. n. 16. & 17. c. 11	
Iudæi debent habitu distingui, à Christianis, & idem de Sarracenis vtriusque sexus, par. i. cap. iii. nume. i.	car. 12
Iudæi debent portare signū distinctionis palam, & non sub plica mantelli, & tam de die, q̄ de nocte, par. i. cap. iii. nu. 2.	car. eadem
Iudæis olim datus habitus specialis, & lex specialis par. i. c. 4. n. 6. c. 13	
Iudæis nouiter ad fidem versis, nulla debet esse communio cum infidelibus, par. i. cap. iii. nume. 17.	car. 14
Iudæi an sint expellendi per principes christianos de eorum terris, & qualiter & quando, par. i. cap. vi. nume. 4.	car. 25
Iudæis, an p principes christianos possint auferri bona eorū, ibi. c. 25	
Iudæi confugientes ad Ecclesiam, animo etiam se baptizandi, an gaudeant immunitate Ecclesie, par. i. cap. viii. nu. i. & 2.	car. 30
Iudæus baptizans in casu necessitatis, format signum sanctissime crucis, par. i. cap. ix. nu. 8.	car. 32
Inuocatio Diuini nominis, an sit de substantia in instrumentis Iudæorum, par. i. cap. x. nume. i.	car. eadem
Inuocatio Diuini nominis, licet non esset de substantia in iudæorum instrumentis, non prohibetur, propterea notarius inuocare nomen Domini nostri I E S V C H R I S T I in eorum instrumentis, ibid. nume. 2. & nume. 3.	car. eadem

I N D E X

Iudæi an licite possint foenerari christiano, aut pagano, par. i. cap. xi. nume. 3.	car. 34
Iudæi debent habere christianos, pro eorum proximis & non pro alienis, ibi. nume. 6.	car. 35
Iudæi an possint de iure criminaliter puniri pro crimine vsurarum præscripta auctoritate apostolica, ibi. nume. 7.	car. 36
Iudæi per ecclesiasticum an possint etiam corporaliter castigari contra pœnam sanguinis, ibi. nume. 9.	car. 37
Iudæi tenentur custodire pignora, ne deteriorentur, & an teneantur de culpa, vel casu fortuito, par. i. cap. xi. nume. 17.	car. 42
Iudæi recipientes rem alienam pignori, an committant furtum, ibi. nume. 18.	car. 43
Iudæi ligantur iure communi, & secundum ius commune eorum causæ terminantur, par. ii. cap. i. nume. i.	car. 49
Iudæus testando, seruare tenetur formam traditam per ius commune, in numero testium, ibi. nu. 2.	car. eadem
Iudæi etiam publici foeneratores possunt testari ibidem.	car. eadem
Iudæi dicuntur de populo Romano, & subiiciuntur principis vbi degunt, ibi. nume. 3.	car. eadem
Iudæi mutuantes filiis familias exceptione macedoniani. ibidem nume. 4.	car. eadem
Iudæus admittitur ad defendendum filium in causa capitali, sicut pater christianus, par. ii. cap. i. nume. 6.	car. 49
Iudæa habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti. ibidem nume. 9.	car. 50
Iudæi & alii infideles an, & quando teneantur pœnis legis ciuilibus, canonice & diuine. ibi. nu. 13. remissiue.	car. eadem
Iudæi an dicantur de eodem corpore ciuitatis, par. ii. c. ii. nu. i.	car. 51
Iudæi an possint dici fideles & deuoti sanctæ Romanæ ecclesie, & quomodo, ibi. nume. 2.	car. eadem
Iudæi quomodo computantur inter oues C H R I S T I. ibidem nume. 3.	car. eadem
Iudæus carnaliter abutens christiana, qua pœna sit mulctandus, quando scienter & per modum fornicationis, par. ii. cap. iii. nu. 2.	car. 53
Iudæus habens rem carnalem cum christiana turpis uitæ & nupta, an dicatur committere adulterium, ibi. nume. 8.	car. 54
Iudæus se commiscens christiana probæ uitæ, qualiter sit castigandus, ibi. nume. 11. & 12.	car. 55
Iudæus. an teneatur pœna statuti loquentis circa adulterium vel ra-	

I N D E X

- prum, ibi. nume. 12, car. ead.
 Iudæus rem ueneream habens cum christiana, non per lasciuiam sed
 in contemptum fidei nostræ, qualiter sit puniendus, & an in dubio
 præsumatur hoc commisisse in contemptum. ibidem. nume. 13, &
 nume. 14. car. ead. & 56
 Iudæus habens carnis commercium cum christiana scienter, & in fi-
 gura matrimonii, qualiter uterque puniendus. ibi. nu. 15. car. ead.
 Iudæus cognoscens carnaliter christianam ignoranter quo modo pu-
 niatur, ibi. nume. 17. car. 57
 Iudæus cognoscens christianam ignoranter per fornicationem, uel
 christianus iudæam quæ sit nupta, uel uirgo, anteneantur pœna
 adulterii uel stupri respectiue. ibi. nu. 18. car. eadem
 Iudæus an possit contrahere matrimonium cum pagana, ibidem
 nume. 22. car. 58
 Iudæus transiens ad sectam sarracenorum, an sit puniendus. parte. ii.
 cap. iii. nume. 23, car. eadem
 Iudæi in eorum matrimoniis permittuntur uti lege mosaiica parte. ii.
 cap. iiii. nume. 9. car. 60
 Iudæis permittitur impune libellus repudii. ibi. nu. 10. car. 61
 Iudæi per interdictum excōmunicari possunt, par. ii. cap. v. nu. 4. car. 62
 Iudæus an possit esse testis contra christianum. ibi. nu. 12. car. 62
 Iudæus ad fidem uersus, qui neglexit longo tempore filios uel uxo-
 rem ad fidem conuertere, an possit contra christianum testifica-
 ri. ibidem. car. eadem
 Iudæus contra alium iudæum testis esse potest, ibi. nu. 14. car. eadem
 Iudæus an possit testificari contra christianum, consentiente christia-
 no, & in aliis casibus, ibi. nu. 15. car. eadem
 Iudæus in testem admittitur in contractibus & ultimis voluntatibus.
 ibi. nume. 16. car. eadem
 Iudæus non potest habere christianum in seruum, ibi. nu. 19. car. 65
 Iudæus an possit habere christianum in ascriptitium, & in seruitio
 reali, par. ii. cap. v. nu. 21. car. ead.
 Iudæus an possit capere ex testamento, christiani. ibi. nu. 23. car. ead.
 Iudæis quæ inhibita sint remissiue. ibidem. nu. 25. car. 66
 Iudæus hodie à iudæo ordinari non potest, nec id possent Moses &
 Aharon par. ii. cap. vi. nume. 4. car. 67
 Iudæus iudicis officium non potest exercere, ibi. nu. 13. car. 70
 Iudices appellantur Dii, in quantum Deus communicat eis officium
 regendi, ibi. nume. xiiii. car. eadem
 Iudæi

I N D E X

- Iudæi an possint esse iudices in causis pertinentibus ad eorum super-
 stitio nem, ibid. nume. xv. car. eadem
 Iudæus committens hæreses in sua lege, & faciens in moralibus con-
 tra legem veteris testamenti, an per Ecclesiam puniatur, ibidem
 numero xvii. car. 71
 Iudæa ad fidem conuersa, an possit repetere, & retinere dotem, à pa-
 tre iudæo sibi constitutam, remanentē viro in infidelitate, par. iii.
 cap. viii. nume. i. car. 143
 Iudæa conuersa, an possit consequi eius dotem in bonis viri infidelis
 ab episcopo, tanquam persona miserabilis ibidem. nu. 2. car. 144
 Iudæi Romanis olim inuisi, par. ii. cap. vi. nume. 19. car. 71
 Iudæi prope finem mundi conuertentur ad Christum, ibi. nu. 28. car. 76
 Iudæus an possit exercere officium scribæ inter ipsos iudæos, par. ii.
 cap. vii. nume. 7. car. 77
 Iudæus an potest esse tutor iudæi, & an mater iudæa tutrix filiorum,
 ibidem, nume. 14. car. 78
 Iudæi an ligentur legibus canonicis. par. ii. cap. viii. nu. i. car. 79
 Iudæus transgressor iuramenti secundum eorum legem, per quæ pu-
 niatur, par. ii. cap. viii. nu. 10. car. 80
 Iudæus qui uoluit baptizari, & fuit impeditus, an intelligatur bap-
 tizatus. par. iii. cap. iii. nume. 7. car. 136
 Iudæi an dicantur habere filios in potestate, par. iii. c. iiii. n. 10. c. 138
 Iudæus suscipiens baptismum in fraudem pœnæ, non liberatur a pœ-
 na delicti per eum commissi, par. iii. cap. v. nume. 2. car. 140
 Iudæus ad fidem conuersus, an possit esse testis contra christianum,
 par. iii. cap. vi. nume. i. car. 142
 Iudæa baptizata an gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ in bonis ui-
 ri, ibi. nume. 2. car. eadem
 Iudæi sunt peiores sodomitis, & aliis gentibus, par. iii. c. i. n. 42. c. 111
 Iudæorum desolationes. ibi. nu. 43. car. eadem
 Iudæi propter CHRISTI mortem uagi & errabundi, sine sceptro
 templo, & altare, ibi. nu. 44. car. 112
 Iudæos sine templo impossibile esse, ut seruent præcepta legis, ibid.
 nume. 45. car. eadem
 Iudæorum maledictiones a Deo, ibi. nu. 47. car. 113
 Iudæorum error reprobatur, qui dicunt messiam præstiturum salu-
 tem temporalem, & quod esse deberet potens in armis, ibidem
 nume. 61. car. 120

I N D E X

- Iudæi & alii infideles, an recipiendi in ecclesiam tempore diuinorum officiorum par. iiii. cap. ix. nu. 4. car. 147
- Iudæus maior, quando læditur restituitur in integrum, part. ii. cap. v. nume. 7. car. 62
- Iudæus an possit esse patrimus in baptismo uel alius infidelis, par. iiii. cap. iiii. nume. 6. car. 136
- Iudæus non potest constituere procuratorem ad respondendum pro eo in baptismo, sicut fit in paruulis, par. iiii. cap. iiii. nu. 9. c. 137
- Iuramentum in supplementum probationis, an deferatur iudæo, par. ii. cap. viii. nume. 4. car. 79
- Iurare qualiter & sub quibus formis debet iudæus, & sarracenus, ibi. nume. 10. car. 80
- Iura canonica obligantia ad iuramentum, timore periurii, nō habet locum in iudæis, par. ii. cap. viii. nu. 6. car. ead.
- Iuramentum iudæi non ualidat donationem inter uirum & uxorem, ibi. nume. 8. car. eadem
- Iuramentum iudæi super contractu inito cum christiano, seruandum est, ibidem nume. 11. car. eadem
- Iuramentum iudæi per **CHRISTVM**, an obliget ipsum ad eius obseruantiam, nu. 12. ibi. car. eadem
- Iuramentum Christiani per Deos alienos, an obliget illum, & an sic iurando peccet. ibi. nu. 13. & seq. car. 81
- Iuramentum per creaturam, ut per caput, & quid simile an sit seruandum. ibi. nume. 14. car. ead.
- Iuramentorum differentia, ut de iuramento quod defertur a parte parti, & confirmatorium contractus, & testis & aliis, an debeat iurare super euangeliiis, ibi. nu. 15. car. eadem
- Iuramentorum gentilium plures formulæ, ibidem. nu. 16. car. eadem
- Iuramentorum Imperatoris, & regum formulæ, ibi. nu. 17. car. 82
- Iurisdicctio & Imperium temporale, a Deo procedere, par. ii. cap. vi. nume. 12. car. 80
- Iurisdictionem non exercuisse in hoc modo. Dominum nostrum **IESVM CHRISTVM**. ibidem. car. ead.
- Ius canonicum ligat iudæos, & alios infideles, peccantes contra legē nature par. ii. cap. i. nume. i. car. 49
- Irregularitas, an cadat in infideli, & an propter homicidiū commissum, post baptismum possit dici irregularis, & ad sacros ordines promoueri, par. i. cap. xii. nume. 6. car. 43

I N D E X

De Litera L.

- Laycus emittens notum clericatus, si postea delinquat an liberetur a pœna mortis, ut non possit contra ipsum per secularem procedi, par. iiii. cap. v. nume. 4. car. 140
- Laycus promotus ad clericatum, uel intrans religionem post delictum, an liberatur a pœna criminis, & an possit contra ipsum procedi per iudicem laycum, par. iiii. cap. v. nume. 3. 5. car. eadem
- Lex Mosis an sit in successione iudæorum inter eos seruanda, uel ius commune, par. ii. cap. iiii. nu. 5. & nu. 6. car. 59
- Lex simpliciter loquens in materia non æque proportionabili ad iudæos sicut ad christianos, an ad illos extendatur. parte. ii. cap. v. nume. 5. car. 59. & 60
- Leges gentilium, a quibus processerint, & unde originem duxerint, par. iiii. cap. i. nume. 11. car. 91
- Libri iudæorum an probent contra christianos. parte secunda cap. v. nume. 17. car. 65

De Litera M.

- Mater Iudæa uel hæretica an teneatur dotare filiã orthodoxam. part. iiii. cap. iiii. nume. 3. car. 137
- Matrimonium licite contrahunt iudæi in gradibus humana lege prohibitis, par. ii. cap. viii. nume. 3. car. 79
- Matrimonium an possit contrahere fidelis cum infideli, par. ii. cap. iiii. nume. 15. car. 56
- Mammea mater Alexandri Imperatoris ab eo interfecta, eo quod Christi dogmata didicerint ab origine. par. ii. cap. vi. nu. 21. car. 72
- Matrimonium inter infideles, an sit uerum & ratum & indissolubile. par. ii. cap. iiii. nume. 16. car. 57
- Matrimonium inter personas diuersæ sectæ, an reprobetur. parte. ii. cap. iiii. nume. i. car. 53
- Manducatio & potatio cum iudæis, an & quando licita sit, par. i. cap. iiii. nume. 20. car. 15
- Martirum in fide constantia, par. iiii. cap. i. nu. 8. & nu. 31. car. 90. & 102
- Maumetanos non esse Idolatras, ibi. nu. 33. car. 104
- Maumeticæ quid de **CHRISTO** sentiant, & de uirgine, ibidem. nume. 34. car. eadem
- Maumeticæ legis reprobatio ibi. nu. 36. car. 105

I N D E X

- Maumetis calliditas in suis dogmatibus condendis, ibi. nu. 38. c. 107
 Mesiæ salus esse debuit spiritualis, & non temporalis, ibi. nu. 63. c. 121
 Mesiæ debuit esse pauper, & non potens in armis, ibi. nu. 4. car. 88
 Mesiæ debuit esse deus & homo, contra iudæos, ibi. nu. 65. car. 122
 Misericordia Domini extensa. ibi. nu. 78. car. 129
 Mesquita quid sit, & de maumethe aliqua, par. i. cap. iii. nu. 6. & 7. car. 9
 Mercatores forenses, an possint per dominos terrarum a locis eorū
 expelli, & quando, par. i. cap. vii. nu. 5. car. 27
 Merces deferre ad infideles, quando liceat tam tempore pacis quam
 belli, par. i. cap. v. nu. i. & 2. 3. car. 16
 Meretricibus, quæ sint nuptæ, iura plurimum fauere solent. parte. ii.
 cap. iii. nume. 9. car. 54
 Minus malum quandoque permittitur, ut uitetur maius malum, par.
 i. cap. xi. nu. 14. & seq. car. 40
 Mala non sunt facienda, ut eueniant bona, ibidem. car. eadem
 Monasterium ex toto dirutum, an possit restitui inconsulto summo
 Pontifice, par. i. cap. iii. nu. 12. car. 10
 Moræ purgatio, an in iudæis locum habeat, par. ii. cap. v. nu. 6. car. 17
 Medicus Papæ uel Imperatoris, an possit esse iudæus, parte. ii. cap. vii.
 nume. 8. car. 77
 Medicus an quis dici possit, licet non habeat insignia doctoratus,
 ibi. nume. 9. car. 78
 Medicus iudæus, a christianis cauendus, nisi tempore pestis uel pro-
 pter eius excellentiam, ibi. nu. 10. car. eadem
 Medici qualiter eligendi, & per singulas ciuitates, quot me dici eligē
 di sint, & quæ in eis requirantur ibi. nu. 2. remissiue. car. ead.

De Litera N.

- Notarii officium, iudæus exercere quando possit, parte. ii. cap. vii.
 nume. 5. car. 77
 Notariatus officium. a, principibus quare introductum, ibidem.
 nume. 6. car. ead.
 Nomina antiquis patribus imposita fuisse, Dei inspiratione, parte. i.
 cap. i. nume. 11. car. 5
 Nouum aliquid an dici possit, quando renouatur, parte prima cap.
 iii. nume. 10. car. 10
 Nouum ædificium an dicatur illud, de quo non funditus destructo fit
 renouatio, ibi. nume. 11. car. ead.

Nunciatio

I N D E X

- Nunciatio noui operis, an fieri possit reedificanti uetus ædificiū fun-
 ditus destructum, ibi. nu. 13. car. ead.
 Nutrices christianas, an possint iudæi tenere in eorum domibus uel
 extra, par. i. cap. iii. nu. 18. car. 15

De Litera O.

- Occidere infidelem ut iudæum uel paganum, sit maius peccatū quam
 christianum, par. i. cap. xii. nu. i. cum sequen. car. 43
 Occidere iustum, an magis peccet quam iniustum, ibi. nu. 5. car. 44
 Officia publica, & dignitates iudæis interdicta. part. secunda cap.
 vi. nume. i. car. 66

De Litera P.

- Pacem uel fœdera inire, an liceat principibus christianis cum infide-
 libus, inconsulto summo pontifice, par. i. cap. vi. nu. 4. car. 19
 Papa an concedere possit principibus christianis, ut iudæi, in eorum
 terris mutuent sub usuris, par. i. cap. xi. nu. 13. car. 39
 Papæ autoritas super exercendis usuris per hebræos, ibi. nu. 14. c. 40
 Papa potest statuere, ut iudæi non distinguantur habitu, par. i. cap. iii.
 nume. 7. car. 13
 Pactum de succedendo, an ualidetur iuramento iudæi, par. ii. cap. viii.
 nume. 7. car. 80
 Pater iudæus uel aliter infidelis, an teneatur alere filium ad fidem cō-
 uersum, par. ii. cap. i. nu. 8. car. 80
 Pater iudæus, an teneatur dotare filiam uersam ad fidem, & filio dona-
 tionem propter nuptias constituere, & quid de alio infideli par. ii.
 cap. i. nume. 8. cum seq. car. eadem
 Pater iudæus an admittatur ad defendendum filium, in causa capitali,
 sicut pater christianus, par. ii. cap. i. nu. 6. car. 49
 Pater iudæus an admittatur ad beneficium legis milites agrum. §. de-
 fertorem. ff. de remilitari. ibidem. car. eadem
 Pagani unde dicti, par. i. cap. i. nu. 19. car. 7
 Paganorum cibus, quando uesci liceat christianis, & quibus, parte. i.
 cap. iii. nume. 21. car. 15
 Paruuli iudæorum an sint cogendi, per uim ad baptismum parte. iii.
 cap. ii. nume. 6. car. 132
 Penitens an possit iudæum, qui postulauit baptismum, uel sit cogen-

I N D E X

dus baptizari quando peruenit ad actum, par. iii. cap. iii. nu. i. c. 134	
Pœnæ criminum sunt arbitrariæ quando non sunt aliqua lege terminatæ, par. ii. cap. iii. nume. 3.	car. 53
Pœnæ criminis, quando est arbitraria, an possit iudex extendere arbitrium usque ad mortem, & quæ ad hoc sint requisita. ibidem. nume. 4.	car. 54
Populi Romani appellatione, quæ gentes ueniant, parte prima cap. v. nume. 6.	car. 17
Præuilegium tacitæ hypothecæ an competat hæreticæ mulieri sicut iudææ, par. i. cap. iii. nu. 3.	car. 9
Principes christiani an possint expellere iudæos de eorum terris & auferre ab eis bona, par. i. cap. 7. nu. i. cum seq.	car. 25
Præmissa fuerunt in lege ueteri plura quæ hodie non admittuntur, par. ii. cap. iii. nume. 5.	car. 54
Præcepta iudicialia ueteris testamenti, quando obligent in nouo, ibidem. nume. 6.	car. ead.
Præcepta iudicialia ueteris testamenti potuisse, & posse tolli, & quando, par. ii. cap. iii. nume. i.	car. 59
Primogenituræ iura, an sint hodie inter iudæos seruanda ibi. nume. 2. & nume. 4.	car. eadem
Primogenituræ intra quæ & qualia fuerint, ibi. nu. 3.	car. ead.
Præscribere an iudæus possit contra christianum. parte secunda cap. ii. nume. 3.	car. 51
Præuilegium tacitæ hypothecæ, an extédatur ad iudæos & hæreticos, par. ii. cap. v. nume. 22.	car. 65
Procurator in iudicio an esse possit iudæus pro christiano, contra christianum, par. ii. cap. vii. nu. 4.	car. 77
Procurator principis an iudæus esse possit, ibi. nu. 12.	car. 78
Prophetarum occisiones per iudæos, par. iii. cap. i. nu. 43.	car. 111
Proximus quis dicatur, par. i. cap. xi. nu. 6.	car. 35
Prædicationes apostolorum, in quibus prouinciis, parte. iii. cap. pri. nume. 25.	car. 97
Psalmos Davidis decantant etiam maumetistæ & ceteri infideles ibi. nume. 35.	car. 105

De Litera R.

Raptus pœna, an habeat locum in meretrice, parte secunda cap. iii. nume. 9.	car. 54
---	---------

I N D E X

Rescriptum Papæ ut iudæi non distinguantur habitu, stante loci consuetudine ualet, par. i. cap. iii. nu. 3.	car. 12
Regnum spirituale & sacerdotium translatum in Christum, parte. ii. cap. vi. nume. 5.	car. 67
Regnum temporale in CHRISTVM translatum, ibi. nu. 10. car. 68	
Respublica iudæorum non restaurabilis, par. ii. cap. vi. nu. 7.	car. 67
Ritus iudæorum cur tollerandi, & non aliorum infidelium par. i. cap. ii. nume. vii.	car. 8

De Litera S.

Sacerdotium & regnum iudæis ablatum, par. ii. cap. vi. nu. 2.	car. 66
Sacerdotium olim fuisse apud tribum leuiticam, ibi. nu. 3.	car. 67
Sacra & sacrificia legis ueteris mortua esse cum CHRISTO in cruce, & omnia ornamenta sacerdotalia, ibi. nume. 8.	car. 68
Sacer homo quis sit, & sacrum uer quid, par. iii. cap. i. nu. xvii.	car. 94
Sacerdotium gentilium scelera nonnulla, par. iii. cap. i. nu. xviii. car. 95	
Sanguis iustorum clamât ad Deum, ibi. nu. 46.	car. 112
Sacerdotes quorum perfractioibus fuit occisus CHRISTVS; ex tribu leui descendisse, par. i. cap. i. nu. 4.	car. 4
Sarracenos hodie iudaizare, & subinde cum eis prohiberi manducationes & potationes, & alia ut in iudæis, par. i. cap. iii. n. 22.	car. 15
Sarraceni qui nam sint, par. i. cap. i. nu. 13. 16. 17.	car. 6
Sarracenos compescendos a publica inuocatione maumetis & ritibus eorum, & de eorum templis, ibi. nu. 13.	car. eadem
Sarracenorum origo, ibi. nu. xv.	car. ead.
Sarracenorum & gentilium idem nomen, ibi. nu. xvi.	car. eadem
Sarraceni quos liberos admittant legis ueteris, nu. xvii.	car. ead.
Sarraceni appellantur etiam pagani, ibi. nu. xviii.	car. ead.
Seruus non efficitur liber per baptismum, par. iii. cap. v. nu. ix. car. 141	
Seruus infidelis effectus christianus, leniter est pertractandus & non sicut prius, par. ii. cap. v. nu. xx.	car. 65
Seruitutis plures species renuissive, par. iii. cap. iii. nu. xi.	car. 138
Sepulturæ cura an sit adhibenda per christianos. parte prima cap. iii. nume. xx.	car. 11
Securitas data pro se, & sociis, extenditur ad socium iudæum part. ii. cap. i. nume. xii.	car. 50
Serui iudæorum an Dominis inuitis possint baptizari, par. iii. cap. i. nu. 8.	car. 133

I N D E X

Signa clericorum & mulierum nuptiarum, par. i. cap. iiii. nu. xi.	car. 13
Signa ostendunt cuius sit res signata. ibi. nu. 2.	car. 13
Synagogæ veteres iudæorum tollerantur inter christianos, par. pri. cap. iii. nume. i.	car. 9
Synagoga quid sit, ibid. nume. 4.	car. eadem
Synagoga funditus destructa, an possit reedificari. ibi. nu. 8.	car. ead.
Synagoga noua in ciuitate noua, an possit erigi. ibi. nu. 14.	car. 14
Sodomiae crimen an sit Ecclesiasticum vel mixti fori. part. ii. cap. ix. nume. 7.	car. 85
Spirituales actus festis diebus exerceri posse, part. pri. in prohemio. nume. 2.	car. 2
Statuta excludentia fœminas propter marohulos an habeant locum in iudæis. par. ii. cap. ii. nume. 4.	car. 51
Statutum retractus, an habeat locum inter iudæos. ibid. nu. 6.	car. 52
Statuta loquentia de iudæis an extendantur ad paganos, ibidem numero viii.	car. eadem
Sybillæ quæ & qualia de CHRISTO prædixerint. par. iii. capi. pri. nume. 57.	car. 117
Sybillæ an fuerint spiritu sancto afflatæ. ibid. nume. 58.	car. 118
Sybillæ an fuerint salutem consecutæ. ibidem nume. 59.	car. 119

De Litera T.

Talmudica iudæorum doctrina falsissima, par. iii. cap. i. nu. 49.	car. 114
Tempore belli, quæ merces, & tempore pacis deferri possint ad infideles. par. i. cap. v. nu. ii. & iii.	car. 16. & 17
Tempore belli an liceat deferre ad infideles merces prohibitas. parte eadem.	car. eadem
Templum pantheon beatissimæ uirgini & omnibus sanctis consecratum, par. i. cap. i. nu. xiiii.	car. 6
Testificari an possit iudæus contra christianum, parte secunda cap. v. nume. 9.	car. 63
Testamentum iudæi etiam publici sceneratoris, an ualeat. par. ii. cap. i. nume. 2.	car. 49
Trinitas per solum CHRISTVM reuelata, par. iii. cap. i. nu. 5. c. 89	
Turca uel sarracenus habens carnis copulam, cum christiana qualiter puniatur. par. ii. cap. iii. nu. xx.	car. 58
Tutor Christiani an iudæus esse possit. par. ii. cap. vii. nu. 14.	car. 78
Turcarum Imperator, inuitatur ad suscipiendum baptismum. parte. iii.	

I N D E X

te. iii. cap. pri. nume. 39.

car. 108

De Litera V.

Vaticinium Esaiæ loquentis, De reliquiis iudæorum cōuertēdis qualiter intelligatur. par. i. cap. vii. nu. 3.	car. 24. 26
Vestes antiquæ iudæorum & sacerdotum, & diuersarum gētium par. i. cap. iiii. nu. i. cum seq.	car. 12
Vestes primorum parentum, & de statu eorum. ibi. nu. 12.	car. 13
Violenter nemo ad fidem trahendus. par. iii. cap. ii. nu. 5.	car. 131
Violentia & coactio præcisæ quæ sit, & quæ conditionata. par. iii. cap. ii. nume. 8.	car. 133
Vita hominis quo nam tempore sit præfinita, & de tempore vitæ antiquorum patrum, par. iii. cap. i. nu. 81.	car. 129
Vsuram esse peccatum contra naturam. par. i. cap. xi. nu. i.	car. 33
Vsura prohibita iure diuino, & tam ciuili quàm canonico. ibidem. nume. 2.	car. 34
Vsurarii an possint criminaliter castigari. ibi. nu. 8.	car. 36
Vsurarum repetitio, an possit sponte remitti. nu. 16.	car. 42
Vxorem esse ex ara deorum, & a Deo, par. ii. cap. iii. nu. 10.	car. 55
Vxor Iudæi usufructuaria, institutis filiis hæredibus quid habere debeat, & an secundum consuetudinem bulgari. parte secunda cap. ii. nume. 7.	car. 52

F I N I S.

R E G I S T R V M.

† †† ††† †††† A B C D E F G H I K
 L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB
 CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
 NN OO PP QQ RR.

Omnes sunt Duerniones.

Venetijs apud Cominum de Tridino Montisferrati.
 M D LVIII.

E R R A T A.

Fol. 1. a tergo. versiculo 33. ibi hæc ideo, dic Nec ideo.
 Fol. 2. a fronte vers. 18. ibi eorū fructibus, sequuntur ista uerba, & in satiatione faciendā ac messe. l. ij. cum ibi. not. C. de feri. multo magis debet concedi in fructibus : .
 Fol. 2. a tergo ver. 13. ibi scripta hæc meo, Dic hæc mea, fol. 4. a tergo, ver. 2. 4. ibi Abrahæ, dic Deo.
 fol. 5. a fronte vers. 7. ibi Different, & habetur, dic Differentia habetur. eod. fol. ver. 32. ibi minus idoneæ, dic minus idonee. eod. fol. a tergo, ver. 1. ibi & mirum est, dic & mirum non est. fol. 5. a fronte, vers. 13. ibi tanq̄ hebræi, dic tanq̄ heberei. fol. 7. a fronte, ver. 4. ibi agarini, dic agareni. fol. 5. a tergo, ver. 10. ibi Isidorus de summo bono, Deest libro. 9. eod. fol. a fronte vers. 6. ibi arrea, reman-
 sit, dic arrea. fol. 13. a tergo, vers. 14. ibi de excessu planto, di pralato. eod. fol. a fronte, ver. 15. vitas hyacinthinas, dic vitas hiacimibinas, & ver. 20. cū scis, dic sis. & a tergo, ver. 8. distinguuntur hō, dic distinguuntur hō. & ver. 9. ratio capitis, dic rasio. fol. 17. a tergo, ver. 7. actus veritatis, dic virtutis. fo. 18. a fronte, ver. 5. eos dicēs, dic diēt. et ver. 21. de pani. & ternis, dic & remis. fol. 23. a fronte, ver. 1. ibi S. actorem, dic actlonum. eod. fol. a tergo. vers. 12. ibi feriacium, dic fecialium, & parum post fecialis. fol. 38. a tergo. ver. 23. ibi cōmodus, dic Conradus. fol. 39. a fronte vers. vlti. ibi libasti Domino, dic libasti aurum Domino. fol. 41. a fronte, ver. 13. ibi de nouo, dic de nouo. fol. 45. a tergo, ver. 3. 2. ibi vsus, auerant, dic vsurpauerant. fol. 50. a tergo, vers. 9. ibi sui parentibus, dic subditi. fol. 51. a tergo, ver. 26. ibi & ideo dicunt, Adde & consi. 70. col. i. vol. i. Guil. de benedic. in c. Rainucius de testa. fol. 53. a tergo, ver. 25. ibi aut per, dic & per. eod. fol. ver. 31. ibi a thinee, dic phinee. fol. 54. a fronte, ver. 27. ibi & reg. x. de Iesu, dic iij. regū. x. de Iehu. eod. fol. a tergo. ver. fin. ibi Aꝛ in l. si xor, dic tex. in l. fol. 55. a fronte ver. 6. ibi que tā, dic tamen. & ibidē vers. 31. ibi cōmu-
 niter, dic cōtus. fol. 56. a tergo. ver. 32. ibi D. Abbas infra, dic in pri. nota. fol. 69. a fronte, ver. 5. ibi per ipsum Christi, dic Christum. fol. 69. a fronte, ver. 4. ibi videndū an regnū, dic quomodo reg-
 num. fol. 71. a tergo, vers. 26. ibi vnde lusa, dic Lucan. & ver. 28. ibi locantur iudicis, dic iudicis. fol. 72. a fronte, ver. 18. ibi quando enim, dic ipsi. n. & ver. 23. ibi encinorum, dic enceniorum. fol. eod. a fronte, ver. 13. ibi in simpesit, dic in simpōtis. fol. 75. a tergo. ver. 28. ibi & veni, dic & venti. & ver. 32. ibi vniuersalem, dic vniuersales. fol. 83. a fronte, ver. 26. ibi nasci a cane, dic il verno cane. fol. 89. a tergo, ver. 5. adde. tum quia filius non natura sed persona tāti, a patre seingitur, vñ de cum patre essentialiter idem & unus, cæcutiuit ideo mercurius asserens, Deus secundum fecit Deū. eod. fol. a tergo, ver. 23. ibi que differt, dic quam differt. fol. 90. a fronte, ver. 21. ibi ego sum hostiū, dic ostium. eod. fol. a tergo. ver. 15. ibi non exuries, setis, dic esuries, sitis, & ver. 19. ibi nedum flenda est, dic nedum flenda non est. fol. 91. a fronte, ver. 22. ibi carnaliter, dic corporaliter. & ver. 35. ibi formā daret, adde licet nō improbaret. fol. 92. a fronte, ver. 21. ibi per sephonem, dic proserpinā. & a tergo, ver. 4. ibi apud sanmos iuno, dic samos. & ver. 11. ibi eteris ignibus, dic eternis ignibus. fol. 93. a tergo, ver. 14. ibi iudicium euidēt, dic indicium euidēt. fol. 95. a fronte, ver. 34. ibi seu maui, dic seu maui. eod. a tergo, ver. 14. ibi selnius, dic setinus & ver. 18. ibi pocus, dic potus, fol. 96. a tergo, ver. 32. ibi pomina eternorum, dic externorū. et ver. 20. ibi & silij ismel, dic israel. & ver. 23. ibi per aꝛoreos, dic aꝛotios. fol. 97. a fronte, vers. 21. ibi vite peractis, dic rite peractis. & ver. 21. Discendas, dic discedas & a tergo, ver. 5. ibi ismaelico, dic israelitico. & ver. 29. ibi repleue rint, dic repleuerim. fol. 98. a fronte, ver. 24. de rege humorum, dic humorum. & ver. 9. ibi passus, dic fassus. fol. 99. a tergo, ver. 10. ibi sedie, dic sedis. fol. 100. a tergo, ver. 16. & 17. ibi Alexum, dic alterum. fol. 101. a fronte, ver. 24. ibi interficit, dic interficiet. & a tergo, vers. 34. ibi ismaeli-
 tas, dic israelitas. fol. 103. a fronte, ver. 5. ibi sartagenes, dic sartagines. & vers. 31. ibi coactores, dic coactiones. et ver. fin. ibi per, dic & fol. 104. a fronte, vers. 10. ibi habit a religionis, dic relatione. fol. 105. a fronte, ver. 36. ibi arauit, dic orauit. fol. 106. a tergo, ver. 19. ibi prohibent, dic perhibēt. & ver. 34. ibi. vt, dic ne. fol. 108. a tergo, ver. 23. ibi a patre, dic a parte. & ver. 5. ibi Clodoneus, dic Clodoueus. fol. 109. a fronte, versicul. 11. ibi ielibus, dic iclibus. fol. 110. a tergo, versicu. 35. ibi ismaeliticum, dic israeliticum, fol. 111. a tergo, versiculo 11. ibi & per, dic & qui. fol. 112.

a fronte, versiculo. 11. ibi ad nos, dic ad os. & a tergo, versiculo. 11. ibi lacedæmonis, dic cæcolæ-
 monis. fol. 114. a fronte, versicul. 3. ibi secundum, dic secundam. & ver. 10. ibi Aquileæ, dic Aquile.
 fol. 115. a tergo, ver. 5. ibi ceptus sum, dic ceptum est. fol. 115. a tergo. vers. 16. ibi vsi, dic vsi. &
 ver. 39. ibi vos, dic nos. fol. 117. a fronte, ver. 1. ibi cancellum, dic tantillum. a tergo, vers. 10. ibi no-
 minum, dic hominum. & ver. 12. porfica, dic libica. & ver. 12. terrarum, dic tenbrarium. & vers.
 20. super strata, dic super sedem stratam. & vers. 24. educabitur, Adde Deus. & homo. fol. 118. a
 fronte, ver. 4. tota, dic toto. & ver. 20. letitia sempiternæ, dic letitia sempiterna. a tergo, ver. 14. diu-
 tius, dic diuinus. fol. 120. a tergo, ver. 6. latitiuam, dic laminam. fol. 123. a fronte, ver. 31. eundē
 fuisse, dic esurisse. & a tergo, ver. 33. ne fetant, dic ne feteant. eod. fol. a fronte, ver. 6. platinus, dic plo-
 tinus. fol. 127. a fronte, ver. 1. ex contractu, dic ex contractu. & ver. 14. contra hereses, Adde iuxta
 sanctam vero ecclesiā, cui firmiter credimus viij. Idus Ianuarij, & ver. 34. igna, dic igne. & vers.
 36. superfluit, non, sed dic & fol. 128. a fronte, ver. 1. factam, dic sanctificans sanctos. fol. 130. a ter-
 go, ver. 3. aperto sicut, dic aperto sinu. fol. 131. a fronte, ver. 29. Dies. xi. dic dies. xl. & vers. 38. re-
 ctus, dic tractus. fol. 137. a tergo, ver. 9. nolentes, dic uolentem. fol. 139. a tergo, vers. 36. quisque si-
 delis, dic infidelis. fol. 140. a fronte, vers. 5. iudicia, dic indicia. & ver. 12. tunc etiam, dic tunc esse.
 & ver. 29. conclusum est, Adde verbum fallit.